This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

B 50343 5

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

DS
2.
.B
18

Digitized by Google

S. Harding del.

W.N. Gardiner sc.

EDVARDUS POCOCK, S.T.P.

Ædis Christi Canonicus.

Linguarum Heb. et Arab.

In Academia Oxoniensi Professor.

Digitized by Google

Bar Hebraeus, 1226-1286.

SPECIMEN
HISTORIÆ ARABUM;

AUCTORE EDVARDO POCOCKIO.

ACCESSIT

HISTORIA *VETERUM* ARABUM
EX ABU'L FEDA:

CURA ANTONII I. SYLVESTRE DE SACY.

EDIDIT JOSEPHUS WHITE, S. T. P.

ÆDIS CHRISTI CANONICUS,

LINGUARUM HEB. ET ARAB. IN ACAD. OXON. PROFESSOR.

OXONII,

E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO.

MDCCCVI.

Digitized by Google

Digitized by Google

HONORABILI ADMODUM VIRO

GULIELMO SCOTT,

EQUITI AURATO,

JUDICI IN CURIA SUMMA MARIS PRÆFECTURÆ, &c. &c. &c.

OPUS quod ad te defero, primum Editorem habuit EDVARDUM POCOCKIUM, egregium illud literarum Orientalium decus, et ab omnibus qui in eo genere aliquid ſaperent fuit ſemper magni æſtimatum. Neque temere a me actum eſſe opinor, quod Te potiſſimum ad partes meas in præſentia advocem. Cum enim animadverterem quod Vir eruditiſſimus primam ipſe libri ſui Editionem dicatam voluiſſet magno SELDENO, mihi circumſpicienti, quemnam pari gravitate et nominis ſplendore adſciſcerem Editioni meæ patronum, ad Te præcipue viſum eſt id patrocinium pertinere. Fuit nempe SELDENUS literarum fautor eximius, deque Academia noſtra optime meritus propter beneficia ſua in Bibliothecam Bodleianam collata; idem ipſe omni eruditione inſtructiſſimus, juriſconſultus peritiſſimus; ſenator denique ab Academia legatus. Cujus viri laudum et titulorum quæ tandem pars penes Te non eſt? Quantum ſit quod potes in Literis, dudum cognovimus, tum quum vita Academica et umbratilis tibi placebat, ſive ſtudia humanitatis in Præceptoris munere fungendo

387260

Digitized by Google

pro elegantia ista tua juventuti nostræ commendares, sive ex Professoris Cathedra antiquæ Historiæ monumenta doctissime exponendo dilucidiora faceres. Interea Bibliotheca Bodleiana, quod reditibus hoc tempore fruatur tam amplis, adeoque conspiciatur copiis in omni genere indies instructior, id tuo est olim effectum consilio, tuâ providentia. Postquam autem ex Academia excesseris, in Foro talem fuisse Te accepimus, qualem nobis jam antea pollicebatur spectata ingenii vis et mentis acumen. Etsi vero Te etiam absentem et in aliis versatum negotiis, satis astrictum esse nobis animo et benevolentia tua confidimus, tamen quo arctiori necessitudine conjunctum haberemus, et ne noster desineres esse, delectus es, universis conspirantibus suffragiis, qui res nostras in summo totius Gentis concilio fide tua et auctoritate defenderes.

Merito igitur, et jure, ad tuum Patrocinium confugit Operis Pocockiani quæ nunc prodit Editio; Commentariis ipsius copiosis et doctissimis illustrata; Opusculo eleganti a manu Amici mei Parisiensis, A. I. Sylvestre de Sacy, aucta; et cura mea qualicunque nitidior saltem et emendatior facta.

JOSEPHUS WHITE.

Digitized by Google

EDITORIS PRÆFATIO.

LECTORI S.

IN hac noſtra Editione Libri laudatiſſimi quid præſtitum ſit, vel tentatum, paucis te commonitum velim. Totum opus, antehac peſſime habitum a typothetis, mendiſque infinitis depravatum, conatus ſum pro virili emendatius dare. Neque tamen in hac parte voluntati meæ ſatisfeciſſe ipſe mihi videor: præſertim in Notis; propterea quod, quos citat ex variis ſcriptoribus locos Vir eruditiſſimus pæne innumeros, cum in librum ſuum conjecerit ſine ulla *capitis* vel *paginæ* commemoratione, nulla mea induſtria potui omnes indagare, et ad veritatem perducere. Non neſcius eram, extare operis exemplar auctoris manu conſcriptum, cum cætera ejus ſupellectile literaria conſervatum: cujus exemplaris ope et admonitu, ſi eo uti mihi licuiſſet, intelligebam poſſe plura melius conſtitui. Idcirco precibus egi cum Viro beato qui theſaurum eum jam poſſidet, ut Codex ille evolvendus mihi permitteretur. Sed neſcio qua mala mea fortuna preces illæ mihi minus ſucceſſerunt.

Uſus ſum tamen exemplari impreſſo cum notis MSS. caſu quodam ad manus delato, quod olim fuiſſet GEORGII SALE[a], id quod ſimilitudine ſcripturæ deprehendi: habet enim notas nonnullas margini adſcriptas, breves quidem et raras, quas tamen, ne om-

[a] Cujus Prolegomena ad Verſionem Alcorani, ut id obiter notem, ſunt fere tota ex hoc ipſo libro Pocockiano deſumpta.

Digitized by Google

nino intercíderent, dignas judicavi quæ in Editionem noſtram transferrentur (deſignantur litera S. appoſita). Singulæ item paginæ, correctionibus ad rem typographicam pertinentibus refertæ, præ ſe ferunt ſpeciem operis prelo deſtinati. Virum autem iſtum doctiſſimum novæ Editioni hujuſce Libri adornandæ operam dediſſe conſtat ex commentariolo ejus, quod in Bibliotheca Bodleiana inter Chartas *Gagnieranas* extat. Ipſum codicem, de quo loquor, ut pateat Eruditis, jam reponendum curavi in eadem Bibliotheca.

Sed unicum operis noſtri ornamentum, et acceſſio pulcherrima, eſt Appendix a Viro Clariſſimo SYLVESTRE DE SACY, Pariſienſi, confecta, et humaniſſime mecum communicata. Siſtit ea tibi Excerpta ex parte Annalium Abulfedæ inedita de rebus Arabum *ante* Mohammedem. Cum enim partem illam utiliſſimam cognitu, et a Pocockio in Notis ſuis multo cum fructu tractatam, nulla hucuſque editio Abulfedæ proponat; particulas tantum decerpſit A. Schultenſius in *Hiſtoria Imperii vetuſtiſſimi Jocktanidarum;* illuſtris ille Pariſienſis, pro amore quo eſt in has literas, ægre ferens eam in tenebris deliteſcere, EXCERPTA inde, quæ juſtum aliquod opuſculum de Hiſtoria Arabum *Paganorum* conficerent, e MSS. deſcripta et Latine converſa, ad me tranſmiſit. Quo nomine quicquid gratiæ vel pretii chartis noſtris accedat, ei omne lubens acceptum refero.

Ad calcem libri habes *Indicem* a me conflatum. Atque inſuper Pocockii Effigiem, juxta tabulam in Bibliotheca Bodleiana penſilem excuſam, in fronte operis propoſui; ut ne cui ignotum ſit, qualis fuerit vultum atque oris lineamenta Vir, quem præ doctrina, ingenio, atque animi ſanctitate poſteri nunquam non ſuſpicient.

Digitized by Google

لمع من اخبار العرب

SPECIMEN
HISTORIÆ ARABUM,

SIVE

GREGORII ABU'L FARAGII MALATIENSIS,

DE

ORIGINE ET MORIBUS ARABUM
SUCCINCTA NARRATIO,

IN LINGUAM LATINAM CONVERSA, NOTISQUE E PROBATISSIMIS APUD IPSOS AUTHORIBUS, FUSIUS ILLUSTRATA.

OPERA ET STUDIO

EDVARDI POCOCKII,

LINGUARUM HEBR. ET ARAB. IN ACADEMIA OXONIENSI PROFESSORIS.

ما لا يعلم كله لا يترك كله فان العلم بالبعض خير من الجهل بالكل ٭

Quod totum ſciri non poteſt, ne omittatur totum, ſiquidem ſcientia partis melior eſt ignorantia totius. Abu'lFeda.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRÆFATIO

AD LECTOREM.

NON alius de legentium affectu magis ſollicitus temere prodiit, quam qui ſe præſentem oculis tuis ingerit, liber. Idque merito; utpote qui cum illos quibus ſe viæ indicem pollicetur, per *Arabiæ*, minus Fœlicis, ſaxa et arenas circumducat, eorum expectare poſſit ſortem, quibus illi qui eorum opera per loca non ante trita utuntur, ſentibus et viæ aſperis offenſi, ὁδηγοῖς licet non infidis, convitia rependunt. Verum ego bonarum mentium candore me conſolor, facile ſperans eos qui melioribus detenti in hæc obiter tantum oculos conjecerint, veniam ejus quo aliis prodeſſe ſtuduerim laboris conceſſuros; illos autem, quibus hæc etiam ſtudia cordi ſunt, bonam ſaltem voluntatem agnituros. Utriſque (ut aliquam inſtituti mei rationem reddam,) aliquod operæ pretium facturum me arbitrabar, ſi quorum linguam docendi mihi incumbebat munus, eorum etiam mores, quam hactenus noſtris fuerunt, notiores facerem; ut ſi in iis nihil imitandum invenerint, ex ipſis ſaltem quid fugiendum ſit diſcant. Quem in finem, hæc e diverſis apud ipſos authoribus

Digitized by Google

fide dignis deprompta, in unum quaſi faſciculum ita congeſſi, ut quæ de iis ſummatim narrat *Gregorius*, textûs, reliqua, quæ ad illa fuſius illuſtranda faciant, notarum locum occupent. *Gregorii* igitur, tanquam præcipui authoris, ductum cum ſecuti fuerimus, hic etiam illi honos debebitur, ut de eo, ejuſque quod ad manus noſtras pervenit ſcripto, aliqua præfationis loco diſſeramus. Ipſe quis, et qua inter doctos fama fuerit, ex hoc exemplaris, anno Hejræ 900. exarati, titulo diſcimus. قال مولانا وسيدنا الاب القديس الطاهر النفيس العالم العلامة ملك العلماء افضل الفضلاء قدوة الزمان فريد الوقت والاوان افتخار اهل الفضل والحكمة المغريان اليهيد مار كريغوريوس ابو الفرج بن الحكيم الغاضل اهرون البنطيب الملطي *Dixit dominus noſter, pater ſanctus, eximius, doctrina et eruditione inſignis, doctorum rex, excellentium excellentiſſimus, temporum ſuorum exemplar, ſeculi phœnix, ſapientum gloria, doctor divina ope ſuffultus*, Mar Gregorius Abu'lFaraj, *filius excellenter ſapientis* Ahronis, *medici* Malatienſis: e quorum verborum regione in margine, manu recentiori, appoſitum eſt, المشهور بابن قف النصراني i. e. *qui vulgo notus eſt nomine* Ebn Koff, *Chriſtiani*. Nec minus glorioſis elogiis (pro more Orientalium) ad alterius exemplaris calcem ornatur, ſcilicet, ابينا وسيدنا ملك العلماء وتاج الفضلاء محل المشكلات الخفية من الكلمات الالهية رييس روسا

Digitized by Google

الامة النصرانية وخلاصة نضار الملة اليعقوبية مار غريغوريوس السيد الاب المفريان وحيد العصر وفريد الزمان *Pater et dominus noſter, rex doctorum, et corona virorum virtute præſtantium, dubiorum in theologicis occultorum* ἐπιλύτης, *Chriſtianorum princeps primarius, ſectæ Jacobiticæ* * *medulla*, Mar Gregorius, *dominus, pater, unicum ævi decus, et ſeculi phœnix.* His addi poſſunt, e titulo Grammaticæ Syriacæ ab ipſo conſcriptæ hæc, אבן קדישא מלך ידועתנא מרי גריגודיוס מפריאנא דמדנחא אבו אלפרג בר אהרן אסיא מילישטיניא *Pater noſter ſanctus, rex doctorum,* Mor Gregorius, *doctor orientis, qui idem eſt Abu'lFaraj, filius Ahronis, medici Militinienſis,* i. e. *Malatienſis.* Ipſi igitur nomen proprium, *Gregorius*, agnomen a filio deſumptum, *Abu'l-Faraj*, a patre, *Ebn Ahrun:* titulo quaſi proprio, omnium conſenſu ملك العلماء *doctorum rex* inſignitur. Eruditione autem ſibi famam conciliaſſe, non ſolum apud Chriſtianos, ſed et apud Judæos et Mohammediſtas videtur. Utrorumque manibus tritam hiſtoriam ejus, teſtatur duorum quibus uſus ſum, exemplarium alterum, cujus margines ipſorum notis paſſim interpolati, et ad cujus calcem de authore cenſura hæc docti alicujus *Mohammedani* adſcribitur, مصنفه ابو الفرج بن حكيما كان كثير الاطلاع وحصل علومًا شتي واتقنها وانفرد بالطب في زمانه حتي شدّت اليه الرجال بارض المغرب كان عيسويًا واخذ عنه كثير

* Ad verb. *pura ſubſtantia.*

Digitized by Google

من فضلاء المسلمين وقيل انه عند موته رجع عن اعتقاد العيسوية *Author libri eſt* Abu'l-Faraj Ebn * Hocima, *vir multæ lectionis, variiſque ſcientiis inſtructus et penitus imbutus, præcipue autem medicinæ gloria ſeculo ſuo clarus, adeo ut ad eum e plagis occidentalibus frequentes contenderent. Chriſtianus erat, a quo tamen didicerunt multi e Muſlemorum eximie doctis. Ferunt ipſum morti propinquum, a fide Chriſtiana deſciviſſe.* Hæc ille; quem non aliam ob cauſam ſuſpicionem hanc, quaſi a fide Chriſtiana defeciſſet hic noſter, injeciſſe puto, quam quod tantam eruditionem Chriſtianis invideret. Si enim apoſtatam egiſſet, nequaquam tanto eum honore, ſed anathematis potius et diris proſecuti fuiſſent ejus temporis Chriſtiani. Cujus autem inter Chriſtianos ſectæ fuerit, et jam didicimus, *Jacobita* ſcilicet, ut perhibet exemplar a Chriſtiano exaratum, cui potius fidem habemus, quam docto cuidam Judæo, qui eum vocat *Ebno'l Koff, Chriſtianum Malatienſem, ſecta Melchitam.* Quo tempore floruerit, non aliunde certius diſcimus, quam ex ipſius verbis, quibus ſe hiſtoriam hanc uſque † ad tempora ſua perduxiſſe teſtatur[a]. Floruit ergo quo tempore *Tatari Moguli Meſopotamiam* et *Syriam* pervaſerunt, quorum res geſtas tradit a *Jingiſchan* (qui occiſo *Ung-Chan*, eo qui ملك يوحنا *Rex Yuhanna*,

* *Syr.* חכימא [i. e. medici] *exprimere voluit.*

† الي زماننا

[a] Vide omnino Vitam Abu'l Faragii, apud Aſſeman. Bibl. Or. tom. ii. p. 244 et ſeq. W.

Digitized by Google

seu *Johannes* dictus est, e tribu كريت *Carrit*, quæ Christianam professa est religionem, ad imperium evectus est circa annum *Alex.* 1514. *Hejræ* 599.) usque ad *Abaga Il-Chan*, anno *Hejræ* 675. (quo tempore obiit *Nasiroddinus Tusiensis*, Philosophus et Mathematicus insignis,) vel, ut in altero exemplari, usque ad *Argun Il-Chan*, anno *Hejræ* 683, *Alex.* 1596. Historiam autem suam, quam in decem *Dynastias** divisit, contexuisse se scribit ex eorum qui hoc in genere diversis linguis, *Syriaca* scilicet, *Arabica*, aliisque scripserunt, monimentis. In priore ejus parte, secutum se ait, *Eusebium* et *Andronicum* Chronologos, quod cum iis conveniisse videret eruditissimo Viro *Jacobo Rohawiensi*, trium linguarum, *Hebraicæ* scilicet, *Græcæ*, et *Syriacæ* peritia insigni. In ea quæ *Arabes* et *Mohammedanos* spectat, secutus præcipue videtur *Saedum* quendam, *Ebn Ahmed Andalosenum*, seu *Hispanum*, urbis *Tolaitelæ*, i. e. Toleti judicem. Hæc autem quæ ex historiæ ipsius corpore excerpta damus, quasi prolegomena quædam sunt *Dynastiæ* nonæ, quæ apud ipsum est *Arabum Mohammedanorum*, quibus eorum, quorum res gestas deinceps explicaturus est, originem et mores, brevi quasi tabella, lectori ob oculos ponit: methodo certe magis perspicua et succincta, quam apud alium quemvis gentis ejus Historicorum videre nobis contigit: quam ideo sequendam duximus, ut ita quæ ex aliis con-

M. Polus Ven. Presbyterum Joannem vocat: et vide Scalig. de Emend. Temp.

* *unde nomine* مختصر الدول i. e. *Compendium Dynastiarum, nota est.*

Digitized by Google

geſſimus authoribus, ſingula ad capita ab ipſo indicata referrentur, pleraque conceptis ipſorum verbis, in gratiam linguæ Arabicæ ſtudioſorum, (cum libri adhuc ἀνέκδοτοι ſint,) Latinitate tamen omnia donata, eo fine, ut qui hiſtoriæ magis quam linguæ notitiam quærant, omiſſis Arabicis, pede inoffenſo pergant. *Arabum* interim noſtrorum monimenta, cum *Græcis* et *Latinis* conferre, hujus eſſe operis non duximus. Porro monendus es, Benevole Lector, nos in nominibus, ſive virorum, ſive locorum propriis, ſuperſtitioſe *Arabum*, tam ſcribendi, quam pronuntiandi in pleriſque mori adhæſiſſe; non ſatis ea, quo vulgo efferri vel appellari ſolent modo, expreſſa ratos, cum nihil in *Arabum* libris, vel tranſcribendis vel tranſferendis, plurium errorum (imo monſtrorum) cauſa fuerit, quam hac ex parte incuria; nec tamen, cum nimis frequenter puncta literarum ὁμοειδῶν diacritica omittere, vel mutare ſoleant ſcribæ, in omnibus, quod volui aſſecutum me polliceri auſim. Si cui exemplaria magis fida contigerint, ſicubi erratum ſit, facile erit corrigere. In exprimendo autem Latinis literis *Arabica*, ſi a more recepto alicubi receſſerim, factum hoc in noſtratium gratiam, qui certe Arabicis pronuntiandis apti ſatis nati ſunt, nec tamen omnes Alphabeti Latini literas eo, quo alii, modo efferunt. Hanc ob cauſam cum *Arabum* ج vulgo, nec inepte per *Italorum gi* exprimatur, et *g Anglico*, ſuo loco

Digitized by Google

reſpondeat; quia tamen non eſt ea conſtans apud nos iſtius literæ ſonus, adeo ut viris non indoctis erroris hæc aliquando cauſa fuerit, malui iſtam ipſorum literam per *j* conſonam, quod perpetuo ſonum iſtum apud noſtros retinet, exprimere, quamvis et nomine et natura ad *g* propius accedere videatur. Quod ſi alicubi a viris harum literarum peritiſſimis, quorum famam integram volo, in diverſum, cogente vero, abierim, eo me candore illud præſtitiſſe ſpero, qui eundem mihi ab aliis viciſſim impetret, a quibus doceri, et amice moneri beneficii loco duxero. Utere interim iſtis, ad majora tibi forſan adminiculo futuris, quæ aſſecutus, nobis etiam impertiri ne graveris. Sunt enim *Arabibus*, in omni literarum genere, gazæ nondum recluſæ, quibus eruendis manum admovere, quo minus infra ſtudiorum tuorum gravitatem exiſtimes, habes ubique fere gentium nobiliſſimos viros, et *conſilio* et exemplo præeuntes, quos inter, primas apud noſtros tenet Nobiliſſimus et Doctiſſimus Vir * افتخار اهل الفضل وواسطة عقدهم JOHANNES SELDENUS, cui multis me nominibus qua publicis, qua privatis devinctum profiteor, meæque erga ipſum obſervantiæ et gratitudinis hoc quodcunque eſt opellæ teſſeram eſſe volo.

* decus excellentium et præcipuus unio monilis eorum.

Digitized by Google

Digitized by Google

ذكر امم العرب واحوالهم

DE

ARABUM POPULIS,

EORUMQUE

MORIBUS.

Digitized by Google

ذكر احوال العرب قبل الاسلام

قال القاضي صاعد بن احمد الاندلسي صاحب قضا مدينة طليطلة ان العرب فرقتان فرقة بايدة وفرقة باقية اما الفرقة البايدة فكانت امما ضخمة كعاد وثمود وطسم وجديس ولتقادم انقراضهم ذهبت عنا حقايق اخبارهم وانقطعت عنا اسباب العلم باثارهم واما الفرقة الباقية فهي متفرعة من جذمين قحطان وعدنان وبضمهما جميعا حالان حال الجاهلية وحال الاسلام فاما حال العرب في الجاهلية فحال مشهور عند الامم من العز والمنعة وكان ملكهم في قبايل قحطان وكان بيت الملك الاعظم في بني حمير وكان منهم الملوك السادة الجبابرة المتتابعة واما ساير عرب الجاهلية بعد الملوك فكانوا طبقتين اهل مدر واهل وبر فاما اهل المدر فهم الحواضر وسكان القري وكانوا يحاولون المعيشة من الزرع والنخل والماشية والضرب في الارض للتجارة واما اهل الوبر فهم قطان الصحاري وكانوا يعيشون من البان الابل ولحومها

Digitized by Google

DE

ARABUM MORIBUS

ANTE MOHAMMEDEM.

DUO ſunt (inquit *AlKâdi Saëd Ebn Ahmed Andaloſenus*, Judex urbis *Tolaitelæ*) Arabum genera; unum quod periit, alterum adhuc ſuperſtes. Quod ad illos qui perierunt, gentes erant copioſæ, velut *Ad*, et *Thomûd*, et *Teſm*, et *Jadîs*, qui quod ita pridem deleti ſunt, certis eorum memoriis deſtituimur, et defecerunt prorſus rationes quibus in ipſorum veſtigia inquiramus. Quod ad eos qui ſuperſunt, illi duplici ſtirpe oriundi ſunt; ſcilicet *Kahtân* et *Adnân*; duplexque iis pariter convenit ſtatus, *Ignorantiæ* alter, alter *Iſlamiſmi*. Status autem Arabum, *Ignorantiæ* temporibus, robore et potentia inter gentes celebris eſt. Fuitque regnum ipſorum penes tribus *Kahtân*, et præcipua regum familia apud *Hamyarenſes*, e quibus fuerunt *Reges*, *Domini*, *Tyranni* et *Tobbaï*. Reliqui vero Arabum, per *Ignorantiæ* tempora, poſt *Reges*, duorum erant ordinum, *Urbani* ſcilicet et *Nomades*. Quod ad *Urbanos*; erant illi urbium et oppidorum incolæ, qui victum ſuum e ſatione, palmarum fructibus, pecore, et mercaturam peregre exercendo quærebant. Quod ad *Nomades*; deſertorum illi incolæ, quibus camelorum

Duo Arabum *genera.*

Eorum ante Iſlamiſmum *ſtatus.*

Digitized by Google

منتجعين بهنابت الكلا مرتادين لمواقع القطر فيخيمون هنالك ما ساعدهم الخصب وامكنهم الرعي ثم يتوجهون لطلب العشب وابتغا المياة فلا يزالون في حل وترحال كما قال بعضهم عن ناقته

تقول اذا دارات لها وضيني
اهذا دينه ابدا وديني
اكل الدهر حل وارتحال
اما يبقي علي ولا يقيني

وكان ذلك دابهم زمان الصيف والربيع فاذا جا الشتا واقشعرت الارض انكمشوا الي اريناف العراق واطراف الشام فشتوا هناك متقاسيين جهد الزمان ومصطبرين علي بوس العيش ٭ وكانت اديانهم مختلفة فكانت حمير تعبد الشمس وكنانة القمر وميسم الدبران ولخم وجدام المشتري وطي سهيلا وقيس الشعري العبور واسد عطارد وثقيف بيتا باعلي نخلة يقال لها اللات وكان فيهم من * يقول بالمعاد و يعتقد ان من نحرت ناقته علي قبره حشر راكبا ومن لم يفعل ذلك حشر ماشيا فاما علم العرب الذي كانوا

* Al. exempl. يقر

lac et carnes victum præbebant, dum loca herbida perquirerent, et aquæ pluvialis defluvia sectarentur, ibi tentoria figentes quamdiu terræ uberis beneficio, quo pascerentur, invenirent; deinde ad herbas, et aquam, indagandas proficiscebantur, nunquam alternis, sedes figere, et subinde migrare, desistentes, sicut ex illis nonnemo quasi sub *cameli* sui persona loquitur.

Dicit, cum in eum clitellas meas injicerem,
Hæccine semper ipsius, et mea conditio?
Totumne tempus inter morandum, et [subinde] *migrandum transigetur?*
Annon aliquando miserebitur mei, et rationem salutis meæ habebit?

Fuitque ista eorum consuetudo, temporibus æstivo et verno: adventante vero jam hyeme, cum herbis nudaretur terra, ad *Erâci* rura, et *Syriæ* confinia se recipientes, hiemabant, temporis incommoda tolerantes, et contra victus penuriam patientia luctantes. Quod ad religiones eorum, diversæ erant. Colebat *Hamyar* Solem, *Cenânah* Lunam, *Misam* stellam *Aldebaran* [oculum Tauri], *Lachamus* et *Jedamus* Jovem, *Tai* stellam *Sohail* [Canobum], *Kais* stellam *Alshaari' lobûr* [Sirium], *Asad* Mercurium, *Thakîf* ædiculam in superiore parte *Nachlæ*, quæ vocabatur *Allat*. Erant ex ipsis qui resurrectionem mortuorum agnoscerent, asserentes, si cujus camelus super ipsius sepulchrum mactatus fuerit, ipsum, cum ad judicium resurgat, equitaturum; at qui hoc fieri non curaverit, peditem futurum. Eruditio autem *Arabum*,

Eorundem *Religiones.*

Arabum *Scientiæ.*

Digitized by Google

يتفاخرون به فعلم لسانهم واحكام لغتهم ونظم الاشعار وتاليف الخطب وكان لهم مع هذا معرفة باوقات مطالع النجوم ومغاربها وعلم بانوا الكواكب وامطارها علي حسب ما ادركوه بغرط العناية وطول التجربة لاحتياجهم الي معرفة ذلك في اسباب المعيشة لا علي طريق تعلم الحقايق واما علم الفلسفة فلم يمنحهم الله شيا منه ولا هيا طبايعهم للعناية به فهذه كانت حالهم في الجاهلية واما حالهم في الاسلام فعلي ما نذكره باوجز ما يمكننا واقصر ان شا الله *

صاحب الشريعة الاسلامية محمد بن عبد الله

ذكر النسابون ان نسبته ترتقي الي اسمعيل بن ابراهيم الخليل الذي ولدت له هاجر امة سارا زوجته وكان ولاده بمكة سنة اثنتين وتسعين وثمانماية للاسكندر ولما مضي من عمره سنتان بالتقريب مات عبد الله ابوه وكان مع امه امنة بنت وهب ست سنين فلما توفت اخذه اليه جده عبد المطلب وحنا عليه فلما حضرته الوفاة اوصي ابنه ابا طالب بحياطته وضمه اليه وكفله ثم خرج به وهو ابن تسع سنين الي الشام فلما نزلوا بصري خرج

cujus gloriæ præcipue ſtudioſi erant, hæc erat: linguæ ſuæ peritia, ſermonis proprietas, carminum textura, et orationum compoſitio. Noti etiam illis erant ſtellarum ortus, et occaſus, item quænam ex illis ita oppoſitæ ſint, ut, oriente hac, illa occidat, quamque in pluviis excitandis vim habeant; quantum quidem ſumma attentione, et diuturna experientia aſſecuti ſint, (quod ſcilicet hanc rerum iſtarum cognitionem vitæ ratio illis neceſſariam faceret,) non, qua vera ſcientia acquiritur, methodo. Verum quod ad philoſophiæ ſcientiam, nihil ejus admodum conceſſerat illis Deus, nec eos ad hæc ſtudia idoneos fecerat. Atque hic ſtatus eorum erat per *Ignorantiæ* tempora; at ſub *Iſlamiſmo* talis, qualem, volente Deo, quam breviſſime et compendioſiſſime fieri poſſit, deſcripturi ſumus.

Status ſub Iſlamiſmo.

Author Legis Iſlamiticæ Mohammed Ebn Abdallah.

Tradunt originum ſcriptores deduci originem ipſius ab *Iſmaele, Abrahami,* Amici Dei, filio, quem peperit illi *Hagar,* ancilla *Saræ* uxoris ejus. Natus eſt *Meccæ,* anno *Alexandri* 892; antequam autem annum ætatis ſecundum tranſegiſſet, mortuus eſt pater ipſius *Abdallah.* Manſit ergo apud matrem ſuam *Amenam, Wahebi* filiam, ſex annos; qua defuncta, eum ad ſe receptum avus ipſius *Abd'almotallab* tenero fovit affectu, donec et ipſe jam morti vicinus filio ſuo *Abu Taleb* eundem curandum commendavit, qui ei ad ſe recepto tutorem ſe præbuit, deinde annos jam novem natum ſecum *Damaſcum* deduxit. Cum autem jam *Boſram* perveniſſent, progreſ-

Mohammedis *proſapia et nativitas.*

Digitized by Google

اليهم راهب عارف اسمه بحيرا من صومعته وجعل يتخلل القوم حتي انتهي اليه فاخذه بيده وقال سيكون من هذا الصبي امر عظيم ينتشر ذكره في مشارق الارض ومغاربها فانه حيث اشرف اقبل وعليه غمامة تظلله ولما كمل له من العمر خمس وعشرون سنة عرضت عليه امراة ذات شرف ويسار اسمها خديجة ان يخرج بمالها تاجرا الي الشام وتعطيه افضل ما تعطي غيره فاجابها الي ذلك وخرج ثم رغبت فيه وعرضت نفسها عليه فتزوجها وعمرها يومئذ اربعون سنة واقامت معه الي ان توفت بمكة اثنتين وعشرين سنة ولما كمل له اربعون سنة اظهر الدعوة ولما مات ابو طالب عمه وماتت ايضا خديجة زوجته اصابته قريش بعظيم من اذي * فهرب عنهم الي المدينة وهي يثرب وفي السنة الاولي من هجرته انحفل الناس اليه ونصروه علي المكيين اعدايه وفي السنة الثانية من هجرته الي المدينة خرج بنفسه الي غزاة بدر وهي البطشة الكبري وهزم بثلثماية وثلثة عشر رجلا من المسلمين الفا من اهل مكة المشركين وفي هذه السنة صرفت القبلة عن جهة البيت المقدس الي جهة الكعبة وفيها فرض صيام شهر رمضان

* Al. exempl. فامره الله تعالي بالهجرة الي المدينة i. e. *præcepit ei Deus ut fugeret* Medinam.

Digitized by Google

ſus ad eos e coenobio ſuo monachus quidam doctus, nomine *Bohîra*, per mediam turbam ad ipſum contendens, manuque ejus prehenſa, *Futurum eſt* (inquit) *ab hoc puero magnum aliquid, cujus fama per orientem et occidentem ſe diffundet: nam cum appropinquaret nube obumbratus apparuit.* Cumque jam viginti quinque ætatis annos compleviſſet, obtulit ei fœmina quædam nobilis et dives, nomine *Chadîjah*, conditionem, cum facultatibus ſuis ad mercaturam exercendam, *Damaſcum* proficiſcendi, ſe plus illi quam alii cuipiam daturam; cui cum ille morem gerens profectus eſſet, ea ipſius amore capta, ſe illi in uxorem obtulit. Duxit ergo illam annos tum natam quadraginta, quæ cum eo viginti duobus annis conſtanter vixit, donec *Meccæ* tandem diem obiret. Poſt completos demum annos ætatis quadraginta, prophetiæ munus ſibi arrogavit. Mortuis autem jam *Abu Taleb* patruo ejus, et uxore *Chadîjah*, cum magno illum malo afficerent *Koraiſhitæ*, ab illis *Medinam*, *Yathebrum* ſcilicet, fugit: ubi anno *Fugæ* primo congregati ſunt ad ipſum, qui contra *Meccenſes* hoſtes ſuos opem ipſi ferrent. Anno autem, ex quo *Medinam* fugit, ſecundo exiit ipſe ad prælium *Bedrenſe*, celebre illud certamen, in quo trecentorum et tredecim *Muſleminorum* ope mille e *Meccenſibus* Idololatris profligavit. Eodem anno converſa eſt *Keblah*, ab ea cœli parte quæ templum *Hieroſolymitanum* ſpectat, ad eam quæ *Caabæ* imminet. Eodem etiam injunctum eſt

Mohammed *prophetiam venditat.*

Medinam *fugit.*

Prælium Bedrenſe.

Mutatio Keblæ *ſeu loci ad quem faciem inter orandum obvertunt* Mohammedani.

Digitized by Google

وفي السنة الثالثة خرج الي غزاة احد وفيها هزم المشركون المسلمين وشج في وجهه وكسرت رباعيته وفي السنة الرابعة غزا بني النضير اليهود واجلاهم الي الشام وفيها اجتمع احزاب شتي من قبايل العرب مع اهل مكة وساروا جميعا الي المدينة فخرج اليهم ولانه هال المسلمين امرهم امر بحفر خندق وبقوا بضعا وعشرين يوما لم يكن بينهم حرب ثم جعل واحد من المشركين يدعو الي البراز فسعي نحوه علي بن ابي طالب وقتله وقتل بعده صاحبا له وكان قتلها سبب هزيمة الاحزاب علي كثرة عددهم ووفرة عددهم وفي السنة الخامسة كانت غزاة دومة الجندل وغزاة بني لحيان وفي السنة السادسة خرج بنفسه الي غزاة بني المصطلق واصاب منهم سبيا كثيرا وفي السنة السابعة خرج الي غزاة خيبر مدينة اليهود وينقل عن علي بن ابي طالب انه عالج باب خيبر واقتلعه وجعله مجنا وقاتلهم وفي الثامنة كانت غزاة الفتح فتح مكة وعهد الي المسلمين ان لا يقتلوا فيها الا من قاتلهم. وامن من دخل المسجد ومن اغلق علي نفسه بابه وكف يده ومن تعلق باستار الكعبة سوي قوم كانوا يوذونه ولما اسلم ابو سفيان وهو عظيم مكة من تحت

jejunium menſis *Ramadâni.* Anno tertio prodiit ad prælium *Obud,* quo Idololatræ *Moſleminos* in fugam dederunt, ipſique *Mohammedi* vulnus in facie inflictum, et dentes primores confracti. Anno quarto *Judæos,* dictos *Bani Nadir,* bello aggreſſus in *Syriam* fugavit. Eodem, cum collectæ e diverſis *Arabum* tribubus, copiæ plures *Meccenſes Medinam* comitarentur, obviam illis egreſſus eſt; cumque id terrori eſſet *Moſleminis,* effodi juſſit vallum, quo factum eſt ut ultra viginti dies quieti manſerint, nullo inter eos inito prælio. Poſtea ex Idololatris quendam, qui ad duellum provocaverat, accurrens *Ali* interfecit, mox et ſocium ejus: quorum cædes in cauſa fuit ut fugerent copiæ iſtæ tanta et virorum multitudine, et armorum copia inſtructæ. Anno quinto fuit prædatoria illa excurſio *Dumato'l'Jundal,* et prælium *Bani Labyan.* Anno ſexto exiit ipſe ad oppugnandos *Bani Moſtalak,* multoſque ex ipſis captivos cepit. Anno ſeptimo exiit ad expugnandam *Chaibar Judæorum* urbem: in quo factum *Ali Ebn Abi Taleb* narratur, ipſum portas *Chaibar* loco motas et avulſas ſibi pro ſcuto ſumpſiſſe, atque ita cum illis pugnaſſe. Anno octavo fuit prælium expugnationis, quo ſcilicet expugnata eſt *Mecca,* ubi *Muſleminis* præcepit ne in ea quempiam occiderent, niſi qui ipſos oppugnaret, et ſecuritatem conceſſit omnibus, qui Templum ingrederentur, et qui janua occluſa ſe a pugna continerent, et qui aulæa *Caabæ* apprehenderent; illis tantummodo exceptis qui damno ipſum affecerant. Cumque jam *Abu Sofyân,* quidam e *Meccæ* primoribus,

Jejunium Ramadân.
Prælium Ohud.

Bellum foſſæ.

Ali *duellatores duos ſuperat.*

Factum ejus egregium.

Expugnatio Meccæ.

Digitized by Google

السيف وراي جيوش المسلمين قال للعباس
يا ابا الفضل لقد اصبح ملك ابن اخيك عظيما
فقال له ويحك انها النبوة قال نعم اذن وفي
السنة التاسعة خرج الي غزاة تبوك من بلاد
الروم ولم يحتج فيها الي حرب وفي السنة
العاشرة حج حجة الوداع وفيها تنبا باليمامة
مسيلمة الكذاب وجعل يسجع مضاهيا للقران
فيقول لقد انعم الله علي الحبلي اخرج منها
نسمة تسعي من بين صفاق وحشا وفي
هذه السنة وعك عليه السلام ومرض وتوفي يوم
الاثنين لليلتين بقيتا من صفر وكان عمره بجملته
ثلاثا وستين سنة منها اربعين سنة قبل
دعوة النبوة ومنها بعدها ثلثة عشر سنة
مقيما بمكة ومنها بعد الهجرة عشر سنين مقيما
بالمدينة ولما توفي اراد اهل مكة من المهاجرين
رده اليها لانها مسقط راسه واراد اهل المدينة من
الانصار دفنه بالمدينة لانها دار هجرته ومدار نصرته
وارادت جماعة نقله الي بيت المقدس لانه موضع دفن
الانبيا ثم اتفقوا علي دفنه بالمدينة فدفنوه بحجرته
حيث قبض واختلفوا في عدد ازواجه واكثر ما قالوا
سبع عشرة امراة سوي السراري وولد له سبعة اولاد

Digitized by Google

qui religionem *Iſlamiticam* præ metu gladii amplexus fuerat, *Moſleminorum* copiis conſpectis diceret *Abbâſo, Heus* Abu fadl, *certe magnum jam evaſit imperium nepotis tui: Væ tibi,* inquit ille, *imo vero, prophetia eſt.* Reſpondit ille, *Eſto igitur* [*ſi libet*]. Anno nono egreſſus eſt ad expugnandam *Tabûc,* quæ regio eſt *Græcorum,* qua in occupanda pugna opus non habuit. Decimo demum inſtituit peregrinationem valedictionis, quo etiam pro propheta ſe venditans, in [regione] *Yamâma, Moſeilema* mendax, librum *Corano* ſimilem componere aggreſſus eſt, in quo hæc habet. *Utique Deus benignitatem præſtitit gravidæ, educens ex ea ſpiritum, qui currat inter cuticulam et viſcera, &c.* Porro hoc anno febricula correptus *Mohammedes* ægrotavit, et diem obiit die Lunæ, qui viceſimus octavus fuit menſis *Safar,* annos natus ſexaginta tres, quorum quadraginta [tranſacti ſunt] antequam munus propheticum ſibi vendicaret; tredecim alii dum *Meccæ* ſubſiſteret, et decem demum poſt *Hejram,* quibus *Medinæ* ſubſtitit. Cumque jam mortuus eſſet, voluerunt *Meccenſes fugæ Comites Meccam* eum reportari, quod ibi natus eſſet; at *Medinenſes Adjutores, Medinæ* eum ſepeliri, quod *Aſylum* ipſi fuiſſet, et auxilii locus. Voluerunt demum nonnulli *Hieroſolymas* eum transferri, locum ſcilicet in quo ſepulti eſſent prophetæ: at in hoc tandem convenerunt ut *Medinæ* ſepeliretur, ubi eum *manſiuncula* ſua humarunt, eodem quo mortuus eſt loco. Porro in numero uxorum ejus aſſignando variatur. Qui plurimas dicunt, ſeptendecim illi aſſignant, præter concubinas.

Moſeilema *pſeudopropheta.*

Obit Mohammed.

Sepelitur Medinæ.

Quot uxores habuerit et liberos.

Digitized by Google

ثلثة بنين واربع بنات كلهم من خديجة الا ابرهيم ابنه فانه من مارية القبطية التي بعث بها المقوقس * الي الاسكندرية مع اختها شيرين ولم يهت من نسايه قبله الا اثنتان ولم يعش من اولاده بعده الا ابنة واحدة هي فاطمة زوجة علي بن ابي طالب وتوفيت بعد ابيها بثلثة شهور*

فصل

وقد ادعي علما الاسلاميين ورود ذكره في كتب الله المنزلة اما في التورية ففي اية جا الله من سينا واشرق من ساعير واستعلن من جبل فاران قالوا هذه اشارات الي نزول التوراة علي موسي والانجيل علي عيسي والقران علي محمد واما في الزبور ففي اية يظهر الله من صهيون اكليلا محمودا قالوا الاكليل رمز علي الملك والمحمود علي محمد واما في الانجيل ففي اية ان انا لم اذهب الفارقليط لا يجيكم وقد نقل عنه معجزات كانشقاق القمر وانجذاب الشجر

* Cum *Mariam* iſtam, poſt heri obitum, in *Arabia* manſiſſe, et *Medinæ* tandem mortuam ac ſepultam fuiſſe, conſtanter tradant *Arabum* Hiſtorici, emendandus eſt proculdubio hic locus, quantumvis contra fidem exemplarium quibus uſus eſt doctiſſimus Editor; Codice item nitidiſſimo, quem nunc ſub oculis

Digitized by Google

Liberos genuit septem, filios tres, et quatuor filias; e *Chadijah* omnes, uno excepto *Abrahimo* filio, qui natus est ex *Maria Cophtitica*, quam una cum sorore *Shirina Alexandriam* * misit *Makokus*. Neque vero mortuæ sunt ante ipsum ex uxoribus ejus nisi duæ, neque ex liberis superstites reliquit præter filiam unicam, *Fatemam* scilicet, uxorem *Ali Ebn Abi Taleb*, quæ et tribus post patrem suum mensibus obiit.

SECTIO I.

PORRO asserunt *Islamitarum* docti factam fuisse mentionem *Mohammedis* in libris a Deo demissis, scilicet in Lege, isto textu, * *Venit Deus a Sina et ortus est a Sair, et manifestatus est a monte Paranis:* quibus verbis indicari dicunt descensum Legis ad *Mosem*, Evangelii ad *Jesum*, et Alcorani ad *Mohammedem*. Porro in libro Psalmorum, isto textu, † *Manifestavit Deus e Sione* [*Eclilan Mahmûdan*] *Coronam laudatam*; per *Coronam* indigitari aiunt *Regnum*, per *Mahmûd*, i. e. laudatam, *Mohammedem*. In Evangelio ‡ demum, isto textu, *Si ego non abeam, Paracletus ad vos non veniet*. Narrantur etiam de eo miracula quædam, qualia, lunæ fissura; arborum ei obviam euntium processus; quod a lapidibus salutaretur, et quod

Textus S. Script. qui Mohammedem *spectare dicuntur.*

* Deut. xxxiii. 2.

† Ps. l. 2.

‡ Joh. xvi. 7.

Mohammedis miracula.

habeo, nequicquam reclamante; ac pro الي legendum عن: ut sensus sit, *quam una cum sorore* Shirina *ab* Alexandria [dono nempe *Mohammedi*] *miserat* Makokus: *quod* veritati historicæ consentaneum. S.

Digitized by Google

اليه وتسليم الحجر عليه ونبوع الما من بين اصابعه واشباع الخلق الكثير من الطعام القليل وحنين الخشب وشكاية الناقة وشهادة الشاة المشوية يقول ذراعها له لا تاكلني فاني مسموم ولها لم يبلغ رواة هذه الغرايب حد التواتر بل انها نقلت علي سبيل الاحاد كان اعتماد العلما من الاسلاميين في اثبات نبوته علي القران وادعوا فيه الاعجاز لانه تحدي الفصحا لمعارضته وهم عجزوا عن الاتيان بسورة واحدة من مثله

فصل

وقد وقع في الاسلام اختلافات شتي كما وقع في غيره من الاديان بعضها في الاصول وهي موضوع علم الكلام وبعضها في الفروع وهي موضوع علم الفقه والخلاف في الاصول فيحصي في اربع قواعد الاولي الصفات والتوحيد والثانية القضا والقدر الثالثة الوعد والوعيد الرابعة النبوة والامامة *

وكبار فرق الاصوليين ست المعتزلة ثم الصفاتية وهما متقابلتان تقابل التضاد وكذلك القدرية تضاد الجبرية والمرجية الوعيدية والشيعية الخوارج

*Al. exempl. والامان fed perperam. S.

Digitized by Google

aqua inter ipsius digitos scaturiret; quod turbam multam exiguo cibo saturaret; quod ipsi adgemisceret trabs; quod apud eum quereretur camelus; quod ei testimonium perhibuerit ovis assa, cujus armus ipsi dixerit, *Cave me comedas, veneno siquidem infectum.* At cum non ad eum numerum pervenerint qui hæc miracula narrarunt, ut frequenter facta prodantur, sed ut semel patrata recensentur, innituntur magis *Islamitarum* docti, ad prophetiam ejus confirmandam, uni *Alcorano*; in quo ipso hoc pro miraculo habent, quod cum conati sint eloquentissimi quique ei par aliquid elaborare, ne capitulum quidem unicum ipsi conferendum proferre potuerint.

SECTIO II.

JAM vero in religione *Islamitica* ortæ sunt variæ dissensiones, (ut et in aliis factum est,) quarum nonnullæ circa Radices, quæ subjectum sunt Theologiæ Scholasticæ; aliæ circa Ramos, quæ subjectum sunt Scientiæ *Juris*. Quæ circa Radices sunt differentiæ ad quatuor reducuntur capita, quorum primum est Attributa et Unitas Dei; secundum, Decretum ejus et Judicium; tertium, Promissa et Minæ; quartum, Prophetia et *Antistitis munus.

Dissensiones ortæ in Islamismo.

* *Al. lect.* Fides.

Sectæ autem eorum qui circa has radices versantur præcipuæ sex sunt, scilicet *Motazalæ*, tum *Sefatii*, atque hi inter se contrarii sunt, ut et *Kadarii Jabariis* adversantur, et *Morgii Waidiis*, et *Shii Chawarigiis*. Oriuntur

Sectæ Mohammedanorum *præcipuæ.*

Digitized by Google

ويتشعب عن كل فرقة اصناف فتصل الي ثلث وسبعين فرقة اما المعتزلة فالذي يعمهم من الاعتقاد القول بنفي الصفات القديمة عن ذات الباري تعالي هربا من اقانيم النصاري فمنهم من قال انه تعالي عالم لذاته لا بعلم وكذلك قادر وحي ومنهم من قال انه عالم بعلم هو ذاته وكذلك قادر وحي فالاول نفا الصفة راسا والثاني اثبت صفة هي بعينها ذات واتفقوا علي ان كلامه تعالي محدث * بخلقة في محل وهو حرف وصوت وكتب امثاله في المصاحف وبالجملة نفي الصفات مقتبس من الفلاسفة الذين اعتقدوا ان ذات الله تعالي واحدة لا كثرة فيها بوجه ومن المعتزلة احمد بن حايط زعم ان المسيح تدرع بالجسد الجسماني وهو الكلمة القديمة المتجسدة كما يقولوا النصاري ومن المعتزلة ايضا عيسي الملقب بالمردار بالغ في القول بخلق القران وان العرب كانوا قادرين علي مثله فصاحة وبلاغة لولا منعوا عن الاهتمام به وبازا المعتزلة الصفاتية وهم يثبتون لله صفات ازلية من العلم والقدرة والحيوة وغيرها وبلغ بعضهم في اثبات الصفات كالسمع والبصر والكلام الي حد

* Al. exempl. بخلقه

Digitized by Google

deinde ab unaquaque harum sectarum species diversæ, adeo ut usque ad septuaginta tres sectas numerentur. Quod ad *Motazalas* attinet, illud de quo inter eos in universum convenit, hoc est, quod attributa æterna ab essentia Creatoris, qui supra omnia excelsus, amoveant, fugientes [distinctionem] personarum quam [constituunt] *Christiani*; suntque ex illis qui dicant, Deum per essentiam *suam scire*, sed non per scientiam, et eodem modo *potentem esse*, et vivere: ex illis etiam qui dicunt ipsum *scire per* scientiam, quæ ipsa essentia ejus est, atque eodem modo potentem esse et vivere. Primi illi attributa omnino rejiciunt, secundi attributa asserunt quæ sint ipsa essentia: hoc unanimiter statuunt, verbum Dei creatum esse in subjecto, literisque et voce consistere, ejusque exemplar in libris scriptura exprimi. Negatio autem attributorum omnino desumpta est a philosophis, Dei essentiam unam esse citra ullam omnino multiplicitatem asserentibus. E *Motazalis* autem *Ahmed Ebn Hayet* asseruit *Christum* corpus proprie dictum induisse, esseque eum Verbum æternum incarnatum, sicut dicunt *Christiani*. Ex iisdem *Isa*, cognominatus *Merdâd*, eo processit ut assereret ipsum *Alcoranum* creatum esse, et potuisse *Arabes* aliquid quod elegantia et eloquentia par esset componere, nisi prohibiti essent in id animum intendere. *Motazalis* contrarii sunt *Sefatii*, qui statuunt in Deo attributa æterna scientiæ, potentiæ, vitæ, et ejusmodi alia. Imo eousque processerunt eorum nonnulli in adstruendis attributis, qualia auditus, visus, et loquela, ut corporeitatem

Motazalæ *quid statuant.*

Sefatii.

Digitized by Google

التجسيم فقال لا بد من اجر الايات الدالة عليها كالاستوا علي العرش واليخلق باليد وغيرهما علي ظاهرها من غير تعرض للتاويل الا ان قوما منهم كابي الحسن الاشعري وغيره لما باشروا علم الكلام منعوا التشبيه وصار ذلك مذهبا لاهل السنة والجماعة وانتقلت * سنة الصفاتية الي الاشعارية

* Al. exempl. سمة

واما القدرية فهم معتزلة ايضا وانما لقبوا بالقدرية لنفيهم القدر لا لاثباتهم اياه فانهم يقولون ان العبد قادر خالق لافعاله خيرها وشرها مستحق علي ما يفعله ثوابا وعقابا فالرب تعالي منزه عن ان يضاف اليه شر وظلم وسموا هذا النمط عدلا وحدوه بانه اصدار الفعل علي وجه الصواب والمصلحة † لمقتضي العقل من الحكمة وبازا القدرية الجبرية الذين ينفون الفعل والقدرة علي الفعل عن العبد ويقولون ان الله تعالي يخلق الفعل ويخلق في الانسان قدرة متعلقة بذلك الفعل ولا تاثير لتلك القدرة علي ذلك الفعل ومنهم من يثبت للعبد قدرة ذات اثر ما في الفعل

† Al. exempl. بمقتضي

adſtruant, aſſerentes neceſſe eſſe ut textus iſti in quibus fit eorum mentio, puta, ſeſſionis in throno, creationis manu peractæ, et ejuſmodi aliorum, ſenſu literali intelligantur, ut non opus ſit ad explicationem aliquam confugere; niſi quod eorum nonnulli, inter quos *Abu'l Haſan Aſharius*, aliique, dum Theologiæ ſcholaſticæ præcepta tradunt, comparationem prohibeant *, quæ ſententia recepta eſt ab iis qui traditionibus [*Mohammedis*] et ſociorum [ipſius] conſenſui innituntur. Atque ita doctrina *Sefatiorum* ad hanc *Aſhariorum* tranſlata eſt.

* *Scilicet, ne quæ in Deo ſunt iis quæ in creaturis ſunt comparentur.*

Aſharii.

Jam vero *AlKadarii* ſunt et illi e *Motazalis*, nomen *AlKadariorum* inde ſortiti, quod *alKadar*, i. e. *Decretum* [divinum] tollant, non quod illud afferant. Affirmant ſiquidem hominem poteſtate præditum eſſe, qua actiones edat tam bonas quam malas, mererique ob ea quæ facit præmium et pœnam, longeque abeſſe ab hoc Dominum ſuper omnia excelſum, ut attribuatur illi malum et iniquitas: et hoc dogma *Æquitatem* nominarunt, quam definiunt Ordinationem actionis ſecundum modum rectitudinis, et rectam diſpoſitionem ejus quod ſtatuit intellectus ſecundum ſapientiam. Contrarii *AlKadariis* ſunt *Al'Jabarii*, qui ab homine actionem, aut poteſtatem in actionem, prorſus removent, dicentes, Deum ſupra omnia excelſum creare actionem, et creare potentiam in homine, quæ ad actionem illam pertinet, nec tamen eſſe aliquem in iſtam actionem ab iſta potentia influxum. Sunt et ex illis qui afferant in homine potentiam quæ impreſſionem aliquam habeat in actionem, dicantque

Kadarii.

Jabarii.

Digitized by Google

ويقولون ان الله مالك في خلقه يفعل فيهم ما يشا ولا يسال عما يفعل فلو ادخل الخلايق باجمعهم الجنة لم يكن حيفا ولو ادخلهم باجمعهم النار لم يكن جورا بل هو في كل ذلك عادل لان العدل علي رايهم هو التصرف فيما يملكه المتصرف

واما المرجية فهم يقولون بارجا حكم صاحب الكبيرة من المومنين الي القيامة اي بتاخيره اليها فلا يقضون عليه بحكم ما في الدنيا من كونه ناجيا او هالكا ويقولون ايضا انه لا يضر مع الايمان معصية كما لا ينفع مع الكفر طاعة وبازا المرجية الوعيدية القايلون بتكفير صاحب الكبيرة وتخليده في النار وان كان مومنا لكن يكون عقابه اخف من عقاب الكفار واما الشيعة فهم الذين شايعوا علي بن ابي طالب وقالوا بامامته بعد النبي وان الامامة لا تخرج من اولاده الا بظلم وبجمعهم القول بثبوت عصمة الايمة وجوبا عن الكباير والصغاير فان الامامة ركن من اركان الدين لا يجوز للنبي اغفاله ولا تفويضه الي العامة

Digitized by Google

Deo jus eſſe in creaturas ſuas, quicquid velit in illis faciendi, ita ut nemo ab eo quærere debeat cur hoc fecerit; quod ſi omnes ſine diſcrimine homines in paradiſum admitteret, nullam hic fore injuſtitiam, aut ſi in ignem omnes injiceret, nullam hic fore injuriam, ſed futurum ipſum in omnibus iſtis juſtum. Juſtitiam ſiquidem eſſe cum ut viſum eſt utatur qui jus habet, illo in quod jus habet.

Jam quod ad *Morgios*, aſſerunt illi differri judicium cujuſvis *Muſlemini*, qui peccatum aliquod grande commiſerit, uſque ad reſurrectionem mortuorum; ſcilicet non prius vocatum iri illum in quæſtionem; neque ſententiam de eo in hoc ſeculo ferunt, ſive abſolutionis, ſive condemnationis. Dicunt inſuper non nocere cum fide impietatem, uti neque prodeſſe cum infidelitate pietatem. *Morgiis* adverſi ſunt *AlWaidii*, qui pro fidei deſertore habent illum qui peccatum aliquod grande commiſerit, ipſumque perpetuo in gehenna manſurum, licet veram amplectatur fidem: futuram tamen pœnam ipſius leviorem, quam infidelium. Porro *AlShii* (ſcilicet *Alis* Sectatores) illi ſunt qui ſe *Ali* filio *Abi Taleb* addixerunt, ipſumque in Antiſtitis munere Prophetæ ſucceſſiſſe aſſerunt, nec munus illud aliis præterquam ipſius progeniei, niſi injuria, deferri: in hoc omnes conſpirant, quod aſſerant debere neceſſario antiſtites, cohibere ſe a peccatis, tum grandioribus, tum levioribus; eſſeque antiſtitis munus unam e columnis fidei, cujus aut negligentem eſſe, aut *illud* vulgo permittere, non conveniat prophetæ.

Morgii.

Waidii.

Shii.

Digitized by Google

ومن غلاة الشيعة النصيرية القايلون بان الله تعالي ظهر بصورة علي ونطق بلسانه مخبرا عما يتعلق بباطن الاسرار وقوم منهم غلوا في حق ايتهم حتي اخرجوهم من حدود الخليقة وحكموا فيهم باحكام الاهية وبازا الشيعة الخوارج فمنهم من * اخطا علي بن ابي طالب فيما تصرف فيه ومنهم من تخطي عن تخطيته الي تكفيره ومنهم من جوز ان لا يكون في العالم امام اصلا وان احتيج اليه فيجوز ان يكون عبدا او حرا او نبطيا او قريشيا اذا كان عادلا فان عدل عن الحق وجب عزله وقتله فهذا اقتصاص مذاهب الاصوليين علي سبيل الاختصار

* Al. exempl. خطّا

فصل

واما مذاهب الفروعيين المختلفين في الاحكام الشرعية والمسايل الاجتهادية فالمشهورة منها اربعة مذهب مالك بن انس ومذهب محمد بن ادريس الشافعي ومذهب احمد بن حنبل ومذهب ابي حنيفة النعمان بن ثابت واركان الاجتهاد ايضا اربعة الكتاب والسنة والاجماع والقياس

Digitized by Google

Jam inter eos qui modum excesserunt ex *AlShiis* sunt *AlNosairii*, qui asserunt Deum supra omnia excelsum forma *Alis* apparuisse, et lingua ipsius locutum, ea quæ ad abditissima mysteria pertineant, enarrasse. Eorum etiam nonnulli modum adeo excesserunt in iis quæ ad antistites suos spectant, ut eos extra terminos creaturarum eduxerint, et ipsis proprietates divinas attribuerint. Nosairii.

AlShiis contrarii sunt *AlChawarigii:* e quibus sunt qui *Ali Ebn Abi Taleb,* in iis quæ administravit, peccatum impingant; et ex illis alii qui in eo peccati arguendo eo transeunt, ut et infidelitatis accusent; et ex illis demum qui asserunt admitti posse ut nullus sit omnino in mundo antistes; quod si tali opus sit, competere ut sit vel servus vel liber, vel *Nabatæus* vel *Koraishita,* modo justus sit; quod si a veritate declinaverit, gradu moveri, et morte affici debere. Atque hæc narratio est sectarum quæ circa fundamenta versantur, juxta viam compendii. Chawarigii.

SECTIO III.

JAM vero inter sectas quæ circa Ramos versantur, quæque inter se differunt de conclusionibus legalibus, et dubiis sub disquisitionem cadentibus, maxime celebres sunt quatuor; scilicet Secta *Maleci Ebn Anas,* Secta *Mohammedis Ebn Edris Asshafiensis,* Secta *Ahmedis Ebn Hanbal,* et Secta *Abu Hanifæ AlNoomân Ebn Thâbet.* Fundamenta etiam disquisitionis sunt quatuor, *Liber* [scilicet *Alcoranus*], *Assonnah* [i. e. Traditio], *Consensus,* et *Ra-* *Sectæ Juristarum quatuor:* *Maleci,* *Shafii, Hanbali, Hanefi.*

وذلك لانه اذا وقعت لهم حادثة شرعية من حلال وحرام فزعوا الي الاجتهاد وابتدوا بكتاب الله تعالي فان وجدوا فيه نصا تمسكوا به والا فزعوا الي سنة النبي فان * راوا لهم في ذلك خبر نزلوا علي حكمه والا فزعوا الي اجماع الصحابة لانهم راشدون حتي لا يجتمعون علي ضلال فان عثروا † بما يناسب مطلوبهم اجروا حكم الحادثة علي مقتضاه والا فزعوا الي القياس لان الحوادث والوقايع غير متناهية والنصوص متناهية فلا يتطابقان فعلم قطعا ان القياس واجب الاعتبار ليكون بصدد كل حادثة شرعية اجتهاد قياسي ومن الايمة داود الاصفهاني نفي القياس اصلا وابو حنيفة شديد العناية به وربما يقدم القياس الجلي علي احاد الاخبار ومالك والشافعي وابن حنبل لا يرجعون الي القياس الجلي ولا الخفي ما وجدوا خبرا او امرا وبينهم اختلاف في الاحكام ولهم فيها تصانيف وعليها مناظرات ولا يلزم بذلك تكفير ولا تضليل وبالجملة اصول شريعة الاسلام الطهارة في حواشي الانسان واطرافه لارسالها وملاقاتها النجاسات والصلوة وهي خضوع وتواضع لرب العزة والزكاة وهي مواساة ومعونة وافضال

* Al. exempl. روي

† Al. exempl. علي ما

Digitized by Google

tio. Nempe quia, cum orta fuerit nova aliqua quæſtio legalis de licito et illicito, ad diſquiſitionem confugientes, primo *Alcoranum* adeunt, ubi ſi textum aliquem invenerint, ei adhærent; ſin minus, ad *Aſſonnah,* ſeu traditionem Prophetæ confugiunt, ubi ſi quid occurrat * [quod dubium explicet], in ipſius ſententiam deſcendunt; ſin minus, ad *conſenſum ſociorum* [*ejus*] confugiunt, quoniam illi orthodoxi cenſentur ut in errorem conſpirare noluerint: ibi ergo ſi inciderint in aliquid quod dubio ſuo affine fuerit, ad ejus normam de quæſtione ſua ſtatuunt; ſin minus, ad *rationem* itur, quoniam quæ oriri et accidere poſſint [dubia] infinita ſunt, authoritates vero finitæ, ita ut paria non ſint. Jam certo conſtat quod *ratio* neceſſarii ſit uſus, ut ſecundum eam de unaquaque quæſtione legali diſquiratur. Ex antiſtitibus vero *David Aſphahanienſis* rationis [uſum] penitus rejecit, cui e contra *Abu Haniſa* plurimum ſe addixit, adeo ut non raro rationem manifeſtam vel teſtimoniis particularibus præferret. *Malec* autem, *Shafeïus,* et *Ebn Hanbal,* modo occurrat vel teſtimonium, vel præceptum, ad rationem ſive manifeſtam, ſive obſcuram, minime recurrunt. Jam cum inter hos ſint in ſententiis ferendis differentiæ, de quibus extant apud eos libri et diſputationes, non tamen ideo quiſquam eorum infidelitatis aut erroris reus exiſtimatur. In ſumma, Fundamenta Legis *Iſlamiticæ* hæc ſunt: 1. Munditiei in extremis corporis partibus, et veſtium oris, quod dependeant et rebus ſpurcis occurrant, cura. 2. Oratio; quæ

* *Dictum aliquod ab ipſo relatum.*

Fundamenta Iſlamiſmi.

Digitized by Google

والصيام وهو رياضة وتذليل وقمع الشهوة تحصل به رقة القلب وصفا النفس والحج وهو مثال الخروج عن الدنيا والاقبال علي الاخرة واكثر ما فيه من المناسك امتحان وابتلا العبد بامتثاله ما شرع له وذلك كالسعي والهرولة في الطواف ورمي الجمار واما الجمعة والاعياد فجعلت مجمعا للامة يتلاقون ويتزاورون ويستريحون فيها عن كد الكدح واما الختان فهو سنة فيه ابتلا وامتحان وتسليم واما تحريم الميتة والدم ففي كراهية النفس ونفار الطبع ما يوجب الامتناع منها ٭

eſt ſubjectio et demiſſio ſui coram Domino omnipotente. 3. Eleemoſyna; quæ eſt communicatio in miſeriis, et auxilium, et largitio. 4. Jejunium; quod eſt ſui domatio, et depreſſio, et ſubjugatio concupiſcentiæ, qua producatur teneritas cordis, et animæ puritas. 5. Peregrinatio; quæ exitus e mundo et itionis in occurſum futuri typus eſt: nec alio plerique eorum qui in ea obſervantur ritus, tendunt, quam probationi et tentationi hominis, an ea quæ ipſi mandata ſint ſectari velit; quales ſunt curſus et properatio in circuitione [*Caabæ*], et jactus lapillorum. Quod vero ad obſervationem diei Veneris et feſtorum, inſtituta ſunt ea ad congregationem populi, quo conveniant, et ſe mutuo viſant, et in iis a laborum tædiis quieſcant. Circumciſio autem injunctio eſt, cui ineſt tentatio et probatio, et deditio ſui [Deo]. Quod ad prohibitionem morticinii, et ſanguinis, in eo quod horreat ea animus, et refugiat natura, ſatis eſt quod abſtinentiam ab illis ut neceſſariam ſuadeat.

Digitized by Google

Digitized by Google

NOTÆ,

IN QUIBUS

ALIQUAMMULTA

QUÆ AD

HISTORIAM ORIENTALIUM

APPRIME ILLUSTRANDAM

FACIUNT,

E MELIORIS APUD IPSOS NOTÆ AUTHORIBUS
IN MEDIUM PROFERUNTUR,

OPERA ET STUDIO

ED. POCOCKII,

LINGUÆ ARABICÆ IN UNIVERSITATE OXONIENSI PROFESSORIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

NOTÆ.

ARABUM] Illis quæ de *Arabum* appellatione a viris doctis traduntur, lubens acquiesco; inde scilicet nomen accepisse quod Regionem illam incolant quæ *Arabia* dicta est, vel propter colluvionem et miscellaneam plurium gentium turbam, quæ in illa olim promiscue habitarunt, vel quia solitudines immanes et campestria multa haberet, ex vi vocis *Hebraicæ* ערב. Atque his etiam ipsi *Arabes* fidem faciunt. *AlMotarrezi* in libro *Mogreb*, اختلف في نسبتهم والاصح انهم نسبوا الي عربة فهي من تهامة عمرهـا قدما ابوهم اسمعيل i. e. *Diversæ sunt de Arabum denominatione sententiæ, at omnium verissima quæ illam deducit ab Araba, quæ Tahamæ regionis pars est, quam olim Ismael eorum pater incoluit.* Idem asserit *Mohammed AlFirauzabadius, Kamûsi*, sive Oceani linguæ Arabicæ, author, &c. *Safio'ddinus* عربة *Arabah* ait appellari جزيرة العرب totam Arabum Peninsulam, atque inde denominari *Arabes*. At cur qui olim *Arabes*, postea *Saraceni* dicti sint, nondum in iis quæ a nostris edita sunt reperio quod inquirenti satisfaciat. Explosa est merito eorum sententia, qui a *Sarah* nomen traxisse autumant; Pag. 3. l. 2.

Digitized by Google

et paſſim jam obtinuit ut a سرق *Sarak*, quod *furari* denotat, appellati exiſtimentur, voce quæ genus hominum ferox et λῃστρικὸν indigitet. At a quibus hoc nomen illis inditum? Non ab ipſis, qui famæ ſuæ peperciſſent: ſin ab aliis, ſua potius lingua, quam *Arabum*, quibus hoc ad opprobrium ſonat, locuturos fuiſſe credibile eſt. Deinde viderint eruditi an a سرق * *Sarak*, quod *clam furari* ſignificat, nomen, quo publicis latrociniis infames deſignentur, commode petatur. Me ſi quis in indagandis *Saracenis* ducem ſequetur, *ad orientem faciem convertat*. Quid enim aliud ſonat *Saracenus* et *Saraceni* quam شرقي *Sharkion*, et in plurali شرقيون et شرقيين *Sharkiûn* et *Sharkiîn*, i. e. اهل الشرق *ahlo'lShark*, *Orientis incolas*, *Orientales?* quales habiti olim *Arabes*, *Judæis* præſertim, *quorum terra fineſque*, (inquit *Tacitus* †), *qua ad Orientem vergunt*, *Arabia terminantur*. Ita *Joctanis poſteros*, qui *Arabes*, ad Orientem collocat S. Scriptura ‡, in ea ſcilicet plaga quæ *Meſham* et *Sapharum* montem Orientis interjacet, i. e. ſi audiendus *R. Saadias*, من مكة الي ان تجي الي مدينة الجبل الشرقي i. e. *a Mecca uſque dum pervenias ad urbem montis Orientalis*; vel, ut in Codice MS. legitur, الي المدينة الشرقي *ad urbem Orientalem* (*Medinam*, puto, vult) ad Orientem ſitam. Perhibetur § ſapientia *Salomonis* major quam ſapientia כָּל בְּנֵי קֶדֶם *omnium Orientalium*, i. e. (ut *Judæus* ille, quiſquis fuit, qui libros Regum in linguam *Arabicam* vertit) اهل الشرق *Saracenorum*, ſeu *Arabum*. Ita ſcilicet vocantur *Arabes Kedareni* || בני קדם *Filii Orientis*, ſive *Orientales*. Sapientes illos qui

* *Id genus hominum noſtrates etiamnum appellant* Shark.

† Hiſt. l. v.

‡ Gen. x. 30.

§ 1 Reg. iv. 30.

|| Jer. xlix. 28.

Digitized by Google

ἀπὸ ἀνατολῶν veniſſe dicuntur *, ab *Arabia* veniſſe, veterum Chriſtianorum ſententiam fuiſſe obſervat Nobiliſſimus et Doctiſſimus *Hugo Grotius*, quam et ipſe ſequitur. *Nonnoſus*, apud *Photium*, legatione ſe functum ſcribit ad *Æthiopes*, *Homeritas*, atque *Saracenos*, καὶ πρὸς ἄλλα ἀνατολικὰ ἔθνη. *Saraceni* ergo inter Orientis gentes; imo non aliam ob rationem *Saraceni*, quam quod ad Orientem. Vicos quoſdam, Orientalis ad alia loca ſitus ratione, شرقة *Sharakah* et شرقية *Sharakiah* nomen ſortitos memorant *Mohammed AlFirauzabadius*, *Safio'ddinus*, &c. adeoque incolas eorum شرقيون *Saracenos* audiiſſe. Quid ni pari ratione et illi qui totam regionem quæ aliarum reſpectu الشرق *alShark*, ſive *Oriens*, dici meruit occupant? Nec alias ſe ipſi melius diſtinxerint ab illis quos ipſi vulgo *Magrebinos*, i. e. *Occidentales*, nuncupant, *Mauritaniæ* ſcilicet incolas: ut illi *alMogrebîni*, ſeu المغاربة *alMagârabæ*, ita qui *Arabiam* incolunt مشارقة *Maſâracæ* et *Saraceni* merito audiunt, nomine non a vitæ inſtituto, ſed a ſitu, impoſito; ut et librum inter celebris iſtius philoſophi *Avicennæ* præcipuos, cui titulus الفلسفة المشرقية *alFelſafato 'lmaſhrekîah*, *Philoſophiam Saracenicam* recte inſcripſeris, non quod Barbara, ſed quod Orientalis. Quod *Arabum* litera ش per *Græcorum* Σ efferatur, nullum hic ſcrupulum injicere debet, cum non aliter *Hebræorum* ש exprimere ſoleant. Sonabit vox *Saraceni* ab alio themate, ſcilicet شرك *Sharac*, Idololatras, Κοινωνητὰς, *Communicatores*, qui Deo conſortes adjungunt; ſed hoc nomen, ut merito *Arabibus* antiquis, ita *Chriſtianis* im-

* Matth. ii.

Digitized by Google

pie et blaſpheme impingunt *Mohammedani*, ipſi horrent; nec hujus eſt loci.

Pag. 3. l. 4. *Ad, et Thomûd*] vel *Thamûd*. Frequens horum in *Alcorano* mentio. Quæ de illis traduntur hæc ſunt; fuiſſe *Adum* filium عوس *Auſi*, filii *Arami*, filii *Semi*, filii *Noæ*, qui poſt confuſionem linguarum ſedem ſibi في حضرموت in regione *Hadramautica* fixerit; ejus poſteri cum ad idololatriam delapſi eſſent, miſiſſe ad eos Deum prophetam *Hûd*, illum, cujus meminit *Alcoranus* *, (eundem quidam cum *Ebero* fuiſſe volunt,) et cum ei monenti et a falſo cultu revocanti aurem præbere nollent, immiſſo vento qui ſeptem noctes et octo dies continuos flaret, paucis admodum exceptis qui *Húdo* crediderant, et una cum eo ſe in locum alium receperant, e medio ſuſtuliſſe. Regiones quas obtinuerunt *Ado* oriundi dictas eſſe الاحقاف *al Ahkâf*, quod *Arenas flexuoſas* ſonat, *Yamano* et *Ommâno* adjacentes: primum omnium apud illos regnaſſe *Sheddadum Adi* filium, ipſi e poſteris multos ſucceſſiſſe, de quibus multa et diverſa a ſcriptoribus traduntur, omnia falſo quam vero propiora. *Lokmânum* quendam ex his fuiſſe narrant, alium a *Lokmâno* Sapiente, quem *Davidis* tempore floruiſſe perhibent, qui *Meccam*, una cum aliis quibuſdam, a popularibus ſuis ad pluviam a Deo impetrandam miſſus, cladem iſtam evaſerit; idem cui a Deo conceſſum ut ſeptem aquilarum, quorum morienti uni alter recens ovo excluſus ſubſtitueretur, ætatem viveret, fabulantur poetæ. Hæc *Iſmael*, Provinciæ *Hamah* prin-

* Surat. 7. 11, 26, 46. &c.

Digitized by Google

ceps, celebris ille Geographiæ author, in Hiſtoria ſua, qui quod noſtris *Abu'lfedæ* nomine notior, eodem deinceps a nobis laudabitur. Meminerunt *Al'ſannabius* et *Ahmed Ebn Yûſef*, ſeu *Joſephi* filius, *Adi* poſterioris, qui prioris reliquiæ; illi nempe qui *Meccæ* ſubſtiterunt: periiſſe tamen et ipſos, in *ſimias* ſcilicet (ſit penes *Mohammedem* authorem fides) converſos. A celebri horum antiquitate obtinuit, ut ſi quid valde antiquum innuere velint, شيا عاديا *ſhian Adian*, quaſi *rem Ado* coævam, *ſeu quæ* ab *Adi* uſque temporibus duraverit, appellare ſoleant, ut Græci Κρονικὸν et Ὠγύγιον.

Thomûd] vel *Thamûd*. Sunt et hi *Arabum* antiquiorum tribus, *Thamûdo*, *Getheri* *, ut perhibent, filio oriundi, قوم صالح i. e. Populus *Sâlehi*, inde dictus, quod ad ipſos miſſus fit *Sâlehus*, (ita tradente *Alcorano* †) qui a plurium ad unius Dei cultum invitaret. Cui pauci admodum paruerunt, reliquis ſignum petentibus, quo impleto ſe etiam credituros polliciti ſunt. Signum hoc fuit, ut e rupe quadam camelam ipſis educeret: quod cum a Deo impetraſſet, et e rupe prodiens camela pullum ederet, increduli nihilominus perſtiterunt, et camelæ inſuper ſuffragines ſuccideruntur: quo facto provocatus Deus, illos, poſt triduum, horrido fragore cœlitus demiſſo conſternatos perdidit. Sedem populi hujus ſtatuunt regionem حجر *Hejr*, quæ *Hegiâzum* et *Syriam* interjacet; ubi et domus eorum rupibus exciſas, quarum meminit *Alcoranus*, adhuc videri aſſerunt, e quarum al-

* غاثر *ſcilicet, non* عابر *ut in meo* Abu'lfedæ *exemplari, legendum conſtat.* V. Gen. x. 23. *vel potius* جاثر, *ut* Heb. ג *efferre ſolent* Arabes.

† Surat. 7, 26, &c.

Digitized by Google

titudine nihilo hodiernis celsiore, argumentum petit *Ahmed Ebn Yusef* contra ea quæ de immani eorum proceritate narrantur. Verba apponam : ومساكنهم علي قدر مساكن اهل عصرنا وهذا يدل علي ان اجسامهم كانت كاجسامنا i. e. *Domus autem eorum ejusdem sunt cum nostris magnitudinis, atque hoc indicium est fuisse corpora eorum corporibus nostris σύμμετρα.*

Tesm (vel *Tasm*), *et Jadis*] *Tasmum* e posteris *Lûdi* filii *Semi* statuit *Abu'lfeda*, *Jadisum* e filiis *Getheri*; promiscue autem habitasse tribus istas in peninsula *Arabum*, imperio penes *Tasmum* manente, donec devolutum tandem sit ad tyrannum quendam qui legem condidit ne nuptum daretur cuipiam e *Jadiso* virgo, nisi a se prius vitiata: quod cum ægre tandem ferrent *Jadisidæ*, inter eos convenisse ut gladiis arena tectis regem una cum viris e *Tasmo* primariis ad convivium evocatum adorirentur, atque ita maximam *Tasmi* partem e medio sustulisse. De quo eorum facto *Tasmidarum* quendam apud *Tobbaüm Yamani* regem questum, auxilium ab ipso contra eos impetrasse; qui ergo tribum *Jadis* adortus eos internecione delevit, adeo ut post hæc nulla fere *Tasmi* et *Jadis* memoria superfit.

Porro tribubus *Arabum* deperditis accensetur etiam *Jorham* جرهم الاولي prior: altera enim ejusdem nominis memoratur, quibuscum *Ismaelis* posteros coaluisse volunt. *Jorhamum* autem priorem, *Ado* σύγχρονον, funditus periisse, et obliteratam esse eorum memoriam. Qui octo-

Digitized by Google

ginta capita una cum *Noah* in arcam receptos fabulantur, inter eos *Jorhamum* horum patrem numerant. Multa de his, quas recenſuimus, gentibus, fabulantur *Arabes*, quæ omnia nihil aliud ſunt quam احاديث طسم واحلامهـا *fabulæ de Taſmo, et mera ſomnia*, ut proverbio jactant in eum qui mira, quibus nihil ineſt certi, narrat. Hæc præcipue ex *Iſmaele Abu'lfeda*, qui fabulis non nimis indulgere videtur, aliiſque, referre viſum eſt, ut *Alcorano*, poetis et proverbiis *Arabum*, in quibus frequens eorum *mentio* occurrit, lucem aliquam afferrent. Verendum enim hic fuit magis ne nimium, quam ne ſatis dicerem, ideoque non ſolum a fabuloſis iſtis, ſed et *Alcorani* et poetarum teſtimoniis adhibendis abſtinui.

Duplici ſtirpe oriundi ſunt, ſcilicet Kahtân, et Adnân] Pag. 3. l. 8. Fuerit ergo *Kahtan* idem qui *Joctan* filius *Eberi*. Ita Scholiaſtes in Poema *Ebn Abduni*, يقطن هو قحطـان *Yoktan idem qui Kahtân*; quod *R. Saadias* pro conceſſo habens, *in* verſione Pentateuchi *Arabica* pro יקטן ſubſtituit قحطان, et *Georgius Ebno'lAmid, Elmacini* (quod epitheton, ab eruditionis ſoliditate, potius quam nomen) titulo jam notus, in prima Hiſtoriæ ſuæ parte, *Joctanum* Patrem *Arabum* vocat. *Adnânus* autem inter *Iſmaelis* poſteros cenſetur. *Kahtâno* ergo oriundi العرب العاربة *Arabes puri*, genuini; *Adnâno* العرب المستعربة *Arabes facti*, ſeu inſititii. Hæc *Arabum* qui jam ſuperſunt recepta eſt apud hiſtoricos diſtributio, teſte *Iſmaele Abu'lfeda*. Alii tam hos quam illos pro *inſtitiis* habent, hac differentia quod *Kahtâni* poſte-

Digitized by Google

ros المتعربة *Mota-Arabes* nuncupent, *Adnâni*, quaſi longius tranſlatos, المستعربة *Moſt-Arabes*, (monente *Jallalo'ddin-Aſſoyutio* in libro *Mezhar*,) neutros pro *Arabibus puris* reputandos; illos ſcilicet fuiſſe, præter jam dictas tribus *Adi*, *Thamûdi*, *Taſmi*, *Jadîſi*, et *Jorhami*, tres alias, nempe عمليق *Amalecum*, امتم *Amtemum* et حاشم *Hâſhemum*, quibus et alii duas præterea addunt, عابيل *Abilum*, et بار *Bâr*, niſi a ſcriba erratum ſit, quod ſuſpicor: hos omnes periiſſe, exceptis reliquiis quibuſdam reliquis jam tribubus confuſim permiſtis, nec ſupereſſe qui *Arabum purorum* nomine cenſendi ſint. Sunt et qui *Kahtânum* ipſum, quem præcipuarum apud *Arabes* tribuum patrem ſtatuunt, poſteris *Iſmaelis* accenſeant, ut teſtantur *Jallalo'ddinus Aſſoyutius*, Scholiaſtes in Poema *Ebn Abdûni*, *Ahmed Ebn Yuſef* in Hiſtoria, &c. nec reperiri jam alios quam *Arabes Iſmaelitas*, quæ nomina idem ſonant apud Paraphraſtas *Chaldæos* et *Arabes*, *Geneſ.* xxxvii. Sed ut ſententiam magis receptam et viam a pluribus tritam ſequamur, *Arabes* qui jam ſuperſunt duplici ſtirpe oriundos pro conceſſo habeamus, *Kahtâno puros*, *Adnâno Moſt-arabes*, ſeu *inſititios*. Hos cur ita nuncupent, ratiõnem hanc aſſignant; quod ſcilicet *Iſmael* eorum pater, cum origine et lingua non *Arabs*, ſed *Hebræus* fuerit, poſtquam cum *Jorhamidis* affinitatem contraxiſſet, ipſorum moribus, dialecto, et vitæ inſtituto aſſueverit, ipſoque oriundi in unam cum illis gentem coaluerint. Cur autem *Adnânum* potius quam ipſum *Iſmaelem*, vel aliquem e poſteris ab ipſo propiorem, tribuum patrem ſtatuant,

Digitized by Google

in cauſa eſt quod ad ipſum uſque in genealogiis ſuis inoffenſa ſerie aſcendant, cum de iis qui inter ipſum et *Iſmaelem* interceſſerint controverſum ſit. His præmiſſis, operæ pretium duximus, ut tribus quæ utraque ſtirpe ortæ perhibentur præcipuas recenſeamus. Erunt forſan quibus non ingratum erit quid *Arabes* de Originibus ſuis tradant audire.

Joctano ergo, ſeu *Kahtâno*, ex eorum ſententia filii duo يعرب *Yaarab*, ſeu *Jareb*, qui *Arabum Yamanenſium* pater, جرهم *Jorham*, qui *Hejazenſium*: (filios ei triginta unum una matre genitos aſſignant, teſte * *Ahmede Joſephi* filio, ſed reliquos *Arabiæ* finibus egreſſos *Indiæ* regiones occupaſſe:) *Jarebo* filius يشجب *Yaſhhab*, *Yaſhhabo* filius سبا *Saba*, a quo originem ducunt quotquot ſunt *Arabum Yamanenſium tribus* et *reges*. Filios ſcilicet huic complures fuiſſe, e quorum numero حمير *Hamyar*, كهلان *Cahlân*, عمرو *Amrus*, اشعر *Aſhar*. Ab *Hamyaro* tribus *Hamyarenſes*, quarum pater قضاعة *Kodâah*, a quo tribus *Hamyarenſium* complures oriundæ *Kodaënſes* denominantur. Ex illis 1. كلب *Calb*, ſeu بنو كلب *Banu Calb*, filii *Calb*, *Calbenſes*, quorum ſedes olim دومة الجندل *Duma* vel *Daumato'ljandal*, et تبوك *Tabûc*, et اطراف الشام *extremæ Syriæ Damaſcenæ oræ*. 2. بهرا *Bahrâo*. 3. جهينة *Johainah*, quæ familia ſeu tribus magna eſt, et diverſas ſub ſe familias contribules continet. Sedes illis boreales *Hejázi* partes, quæ mari جدة, quod ſcilicet juxta *Joddam* eſt, alluuntur. Ex his fuit a quo originem traxit proverbium, عند جهينة الخبر اليقين *Apud Johainam* [ſeu *Johainienſem*]

* V. *et Schol. in Poema Ebn Abdúni.*

verum est nuntium, frequentis apud *Arabes* usus; historiam ad calcem, in proverbiorum elencho, attexemus, ان شا الله * 4. بلي *Baliyo*. 5. تنوخ *Tanûch*. Tribum hanc nobilitavit insignis poeta *Abu'lOla alMaarri* qui تنوخي *Tanuchiensis* fuit. Ejus vitam describens doctissimus historicus *Ebn Chalican*, *Tanûch* non tam tribum singularem, quam plurium tribuum complexum statuit, et primam nomini literam vocali *Damma* insigniendam †. 6. بنو سليح *Banu Salîh*, filii *Salihi*, *Salihenses*, qui cum desertum *Syriæ* incolerent a regibus *Gassanensibus* victi et deleti sunt. 7. بنو عذرة *Banu Odhra*, filii *Odhræ*. 8. بنو نهد *Banu Nahd*, *Nahdienses*. 9. E familiis etiam *Hamyarensium*, شعبان *Shaabân*.

Posteri *Cahlân* filii *Sabæ*. Horum tribus diversæ: insigniores autem septem. 1. الازد *AlAzd*. 2. طي *Tay*. 3. مذحج *Madhej*. 4. همدان *Hamdân*. 5. كندة *Cendah*: ex his الكندي *alCendi*, celebris *Arabum Philosophus*. 6. مراد *Morâd*. 7. انمار *Anmâr*. Hæ singulæ varias continent familias. Familiæ *Azdensium* præcipuæ sunt, 1. غسان *Gassân*; quæ regum *Syriæ Damascenæ* familia. 2. الاوس *AlAus*, et 3. الخزرج *AlChazraj*, *Yathrebi* incolæ, qui الانصار *alAnsâr*, *Ansarii*, scilicet *Mohammedis* profugi adjutores, dicti. 4. خزاعة *Chozâah*, *Chozaenses*, inde appellationem sortiti quod تخزعت, scilicet, quasi *abscissi* fuerint a reliquis *Yamanensium* tribubus, cum ob celebrem istam inundationem, سيل العرم ‡ in *Alcorano* dictam, sedes mutare coacti, in vallem *Marri*, *Meccæ* vicinam, se reciperent, ubi et principatum obtinuerunt, et clavium *Caabæ*

* *Si voluerit Deus*. S.

† Ideoque nomen *Tonûch* efferendum. S.

‡ *Diluvium* alArem. V. Alcor. Surat. 34. com. 16. S.

Digitized by Google

cuſtodiam, donec eas tandem venderet *Abu Gabſhân* quidam *Coſaiyo Koraiſhidæ*, utre vini, cujus ſtultitia et ſera pœnitentia proverbiis *Arabum* decantata; unde اخسر من ابي غبشان dicunt, et اندم—i. e. *Magis damnum paſſus*, vel *Magis ſera pœnitentia cruciatus quam Abu Gabſhân*. De *Chozaenſium* origine dubitatur *Maadienſes* fuerint et *Iſmaele* oriundi, an *Yamanenſes*: in eam autem ſententiam a pluribus itur, ut pro *Yamanenſibus* habeantur, ex *Azdi* poſteris. Porro e *Chozaenſium* familiis fuerunt بنو المصطلق *Banu'l Moſtalak*, poſteri *Moſtalaki*, quos bello aggreſſus eſt *Mohammedes*. 5. بارق *Bârek*, qui a loco juxta quem ſedem fixerunt nomen mutuati ſunt. 6. دوس *Daus:* regnum hi in *Erâci* confiniis occuparunt. 7. عتيك *Atîc*. 8. غافق *Gâfek*. 9. *Azdenſes* etiam بنو الجلندي *Banu'l Jolanda*, qui reges *Ommâni* quorum unuſquiſque الجلندي *al Jolandius* audiit. Atque hæ *Azdenſium* familiæ.

2. *Taiyenſium* pater طي *Taiyus*, qui ادد *Odad* filius *Zeidi*, filius *Cahlân*. Hi, irrumpente inundatione prædicta, ſcilicet سيل العرم, *Yamano* pulſi ſedem fixerunt in *Najd Hejâzi* provincia juxta montes اجي *Aja* et سلمي *Salma*, qui inde montes *Tay* appellati. *Taiyenſium* autem familiæ, 1. جديلة *Jadîlah*. 2. نبهان *Nabhân*. 3. بولان *Baulân*. 4. سلامان *Salâmân*; e quibus بنو بحتر *Bohtarenſes*. 5. هني *Hana*. Ex his *Aiyas* filius *Kabiſæ*, qui *Noomano* in regno ſucceſſit. 6. سدوس *Sodûs*, cum *Damma*; atque ita a *Sadûſo*, altera tribu e *Rabîæ* poſteris, vel ut *al Jauharius*, e *Shaibâni*, diſtinguitur. 7. His accenſentur بنو ثعل *Banu Thoal*, filii *Thoali*, qui (inquit *al Jauharius*) pater tribus

Digitized by Google

Digitized by Google

NOTÆ.

ARABUM] Illis quæ de *Arabum* appellatione a viris doctis traduntur, lubens acquiesco; inde scilicet nomen accepisse quod Regionem illam incolant quæ *Arabia* dicta est, vel propter colluvionem et miscellaneam plurium gentium turbam, quæ in illa olim promiscue habitarunt, vel quia solitudines immanes et campestria multa haberet, ex vi vocis *Hebraicæ* ערב. Atque his etiam ipsi *Arabes* fidem faciunt. *AlMotarrezi* in libro *Mogreb*, اختلف في نسبتهم والاصح انهم نسبوا الي عربة فهي من تهامة عمرها قدما ابوهم اسمعيل i. e. *Diversæ sunt de Arabum denominatione sententiæ, at omnium verissima quæ illam deducit ab Araba, quæ Tahamæ regionis pars est, quam olim Ismael eorum pater incoluit.* Idem asserit *Mohammed AlFirauzabadius, Kamûsi*, sive Oceani linguæ Arabicæ, author, &c. *Safio'ddinus* عربة *Arabah* ait appellari جزيرة العرب totam Arabum Peninsulam, atque inde denominari *Arabes*. At cur qui olim *Arabes*, postea *Saraceni* dicti sint, nondum in iis quæ a nostris edita sunt reperio quod inquirenti satisfaciat. Explosa est merito eorum sententia, qui a *Sarah* nomen traxisse autumant; Pag. 3. l. 2.

Digitized by Google

et paſſim jam obtinuit ut a سرق *Sarak*, quod *furari* denotat, appellati exiſtimentur, voce quæ genus hominum ferox et λῃστρικὸν indigitet. At a quibus hoc nomen illis inditum? Non ab ipſis, qui famæ ſuæ peperciſſent: ſin ab aliis, ſua potius lingua, quam *Arabum*, quibus hoc ad opprobrium ſonat, locuturos fuiſſe credibile eſt. Deinde viderint eruditi an a سرق * *Sarak*, quod *clam furari* ſignificat, nomen, quo publicis latrociniis infames deſignentur, commode petatur. Me ſi quis in indagandis *Saracenis* ducem ſequetur, *ad orientem faciem convertat*. Quid enim aliud ſonat *Saracenus* et *Saraceni* quam شرقي *Sharkion*, et in plurali شرقيون et شرقيين *Sharkiûn* et *Sharkîîn*, i. e. اهل الشرق *ahlo'lShark*, *Orientis incolas*, *Orientales?* quales habiti olim *Arabes*, *Judæis* præſertim, *quorum terra fineſque*, (inquit *Tacitus* †), *qua ad Orientem vergunt*, *Arabia terminantur*. Ita *Joctanis poſteros*, qui *Arabes*, ad Orientem collocat S. Scriptura ‡, in ea ſcilicet plaga quæ *Meſham* et *Sapharum* montem Orientis interjacet, i. e. ſi audiendus *R. Saadias*, من مكة الي ان تجي الي مدينة الجبل الشرقي i. e. *a Mecca uſque dum pervenias ad urbem montis Orientalis*; vel, ut in Codice MS. legitur, الي المدينة الشرقي *ad urbem Orientalem* (*Medinam*, puto, vult) ad Orientem ſitam. Perhibetur § ſapientia *Salomonis* major quam ſapientia כָּל בְּנֵי קֶדֶם *omnium Orientalium*, i. e. (ut *Judæus* ille, quiſquis fuit, qui libros Regum in linguam *Arabicam* vertit) اهل الشرق *Saracenorum*, ſeu *Arabum*. Ita ſcilicet vocantur *Arabes Kedareni* || בני קדם *Filii Orientis*, ſive *Orientales*. Sapientes illos qui

* *Id genus hominum noſtrates etiamnum appellant* Shark.

† Hiſt. l. v.

‡ Gen. x. 30.

§ 1 Reg. iv. 30.

|| Jer. xlix. 28.

Digitized by Google

ἀπὸ ἀνατολῶν veniſſe dicuntur *, ab *Arabia* veniſſe, veterum Chriſtianorum ſententiam fuiſſe obſervat Nobiliſſimus et Doctiſſimus *Hugo Grotius*, quam et ipſe ſequitur. *Nonnoſus*, apud *Photium*, legatione ſe functum ſcribit ad *Æthiopes, Homeritas*, atque *Saracenos*, καὶ πρὸς ἄλλα ἀνατολικὰ ἔθνη. *Saraceni* ergo inter Orientis gentes; imo non aliam ob rationem *Saraceni*, quam quod ad Orientem. Vicos quoſdam, Orientalis ad alia loca ſitus ratione, شرقة *Sharakah* et شرقية *Sharakiah* nomen ſortitos memorant *Mohammed AlFirauzabadius, Safio'ddinus*, &c. adeoque incolas eorum شرقيون *Saracenos* audiiſſe. Quid ni pari ratione et illi qui totam regionem quæ aliarum reſpectu الشرق *alShark*, ſive *Oriens*, dici meruit occupant? Nec alias ſe ipſi melius diſtinxerint ab illis quos ipſi vulgo *Magrebinos*, i. e. *Occidentales*, nuncupant, *Mauritaniæ* ſcilicet incolas: ut illi *alMogrebini*, ſeu المغاربة *alMagârabæ*, ita qui *Arabiam* incolunt مشارقة *Maſâracæ* et *Saraceni* merito audiunt, nomine non a vitæ inſtituto, ſed a ſitu, impoſito; ut et librum inter celebris iſtius philoſophi *Avicennæ* præcipuos, cui titulus الفلسفة المشرقية *alFelſafato 'lmaſhrekiah*, *Philoſophiam Saracenicam* recte inſcripſeris, non quod Barbara, ſed quod Orientalis. Quod *Arabum* litera ش per *Græcorum* Σ efferatur, nullum hic ſcrupulum injicere debet, cum non aliter *Hebræorum* ש exprimere ſoleant. Sonabit vox *Saraceni* ab alio themate, ſcilicet شرك *Sharac*, Idololatras, Κοινωνητὰς, *Communicatores*, qui Deo conſortes adjungunt; ſed hoc nomen, ut merito *Arabibus* antiquis, ita *Chriſtianis* im-

* Matth. ii.

Digitized by Google

pie et blaſpheme impingunt *Mohammedani*, ipſi horrent; nec hujus eſt loci.

Pag. 3. l. 4. *Ad, et Thomûd*] vel *Thamûd*. Frequens horum in *Alcorano* mentio. Quæ de illis traduntur hæc ſunt; fuiſſe *Adum* filium عوس *Auſi*, filii *Arami*, filii *Semi*, filii *Noæ*, qui poſt confuſionem linguarum ſedem ſibi في حضرموت in regione *Hadramautica* fixerit; ejus poſteri cum ad idololatriam delapſi eſſent, miſiſſe ad eos Deum prophetam *Hûd*, illum, cujus meminit *Alcoranus* *, (eundem quidam cum *Ebero* fuiſſe volunt,) et cum ei monenti et a falſo cultu revocanti aurem præbere nollent, immiſſo vento qui ſeptem noctes et octo dies continuos flaret, paucis admodum exceptis qui *Hûdo* crediderant, et una cum eo ſe in locum alium receperant, e medio ſuſtuliſſe. Regiones quas obtinuerunt *Ado* oriundi dictas eſſe الاحقاف *al Ahkâf*, quod *Arenas flexuoſas* ſonat, *Yamano* et *Ommâno* adjacentes: primum omnium apud illos regnaſſe *Sheddadum Adi* filium, ipſi e poſteris multos ſucceſſiſſe, de quibus multa et diverſa a ſcriptoribus traduntur, omnia falſo quam vero propiora. *Lokmânum* quendam ex his fuiſſe narrant, alium a *Lokmâno* Sapiente, quem *Davidis* tempore floruiſſe perhibent, qui *Meccam*, una cum aliis quibuſdam, a popularibus ſuis ad pluviam a Deo impetrandam miſſus, cladem iſtam evaſerit; idem cui a Deo conceſſum ut ſeptem aquilarum, quorum morienti uni alter recens ovo excluſus ſubſtitueretur, ætatem viveret, fabulantur poetæ. Hæc *Iſmael*, Provinciæ *Hamah* prin-

* Surat. 7. 11, 26, 46. &c.

Digitized by Google

ceps, celebris ille Geographiæ author, in Hiſtoria ſua, qui quod noſtris *Abu'lfedæ* nomine notior, eodem deinceps a nobis laudabitur. Meminerunt *Al'ſannabius* et *Ahmed Ebn Yûſef*, ſeu *Joſephi* filius, *Adi* poſterioris, qui prioris reliquiæ; illi nempe qui *Meccæ* ſubſtiterunt: periiſſe tamen et ipſos, in *ſimias* ſcilicet (ſit penes *Mohammedem* authorem fides) converſos. A celebri horum antiquitate obtinuit, ut ſi quid valde antiquum innuere velint, شيا عاديا *ſhian Adian*, quaſi *rem Ado* coævam, *ſeu quæ* ab *Adi* uſque temporibus duraverit, appellare ſoleant, ut Græci Κρονικὸν et Ὠγύγιον.

Thomûd] vel *Thamûd*. Sunt et hi *Arabum* antiquiorum tribus, *Thamûdo*, *Getheri* *, ut perhibent, filio oriundi, قوم صالح i. e. Populus *Sâlehi*, inde dictus, quod ad ipſos miſſus fit *Sâlehus*, (ita tradente *Alcorano* †) qui a plurium ad unius Dei cultum invitaret. Cui pauci admodum paruerunt, reliquis ſignum petentibus, quo impleto ſe etiam credituros polliciti ſunt. Signum hoc fuit, ut e rupe quadam camelam ipſis educeret: quod cum a Deo impetraſſet, et e rupe prodiens camela pullum ederet, increduli nihilominus perſtiterunt, et camelæ inſuper ſuffragines ſuccciderunt: quo facto provocatus Deus, illos, poſt triduum, horrido fragore cœlitus demiſſo conſternatos perdidit. Sedem populi hujus ſtatuunt regionem حجر *Hejr*, quæ *Hegiâzum* et *Syriam* interjacet; ubi et domus eorum rupibus exciſas, quarum meminit *Alcoranus*, adhuc videri aſſerunt, e quarum al-

* غاثر *ſcilicet, non* عابر *ut in meo* Abu'lfedæ *exemplari, legendum conſtat.* V. Gen. x. 23. *vel potius* جاثر, *ut* Heb. ג *efferre ſolent* Arabes.

† Surat. 7, 1 26, &c.

Digitized by Google

titudine nihilo hodiernis celſiore, argumentum petit *Ahmed Ebn Yuſef* contra ea quæ de immani eorum proceritate narrantur. Verba apponam : ومساكنهم علي قدر مساكن اهل عصرنا وهذا يدل علي ان اجسامهم كانت كاجسامنا i. e. *Domus autem eorum ejuſdem ſunt cum noſtris magnitudinis, atque hoc indicium eſt fuiſſe corpora eorum corporibus noſtris σύμμετρα.*

Teſm (vel *Taſm*), *et Jadis*] *Taſmum* e poſteris *Lûdi* filii *Semi* ſtatuit *Abu'lfeda*, *Jadîſum* e filiis *Getheri*; promiſcue autem habitaſſe tribus iſtas in peninſula *Arabum*, imperio penes *Taſmum* manente, donec devolutum tandem ſit ad tyrannum quendam qui legem condidit ne nuptum daretur cuipiam e *Jadîſo* virgo, niſi a ſe prius vitiata: quod cum ægre tandem ferrent *Jadiſidæ*, inter eos conveniſſe ut gladiis arena tectis regem una cum viris e *Taſmo* primariis ad convivium evocatum adorirentur, atque ita maximam *Taſmi* partem e medio ſuſtuliſſe. De quo eorum facto *Taſmidarum* quendam apud *Tobbaüm Yamani* regem queſtum, auxilium ab ipſo contra eos impetraſſe; qui ergo tribum *Jadis* adortus eos internecione delevit, adeo ut poſt hæc nulla fere *Taſmi* et *Jadis* memoria ſuperſit.

Porro tribubus *Arabum* deperditis accenſetur etiam جرهم الاولي *Jorham* prior: altera enim ejuſdem nominis memoratur, quibuſcum *Iſmaelis* poſteros coaluiſſe volunt. *Jorhamum* autem priorem, *Ado* σύγχρονον, funditus periiſſe, et obliteratam eſſe eorum memoriam. Qui octo-

Digitized by Google

ginta capita una cum *Noah* in arcam receptos fabulantur, inter eos *Jorhamum* horum patrem numerant. Multa de his, quas recenſuimus, gentibus, fabulantur *Arabes*, quæ omnia nihil aliud ſunt quam احاديث طسم واحلامهـا *fabulæ de Taſmo, et mera ſomnia*, ut proverbio jactant in eum qui mira, quibus nihil ineſt certi, narrat. Hæc præcipue ex *Iſmaele Abu'lfeda*, qui fabulis non nimis indulgere videtur, aliiſque, referre viſum eſt, ut *Alcorano*, poetis et proverbiis *Arabum*, in quibus frequens eorum *mentio* occurrit, lucem aliquam afferrent. Verendum enim hic fuit magis ne nimium, quam ne ſatis dicerem, ideoque non ſolum a fabuloſis iſtis, ſed et *Alcorani* et poetarum teſtimoniis adhibendis abſtinui.

Duplici ſtirpe oriundi ſunt, ſcilicet Kahtân, et Adnân] Pag. 3. l. 8. Fuerit ergo *Kahtan* idem qui *Joctan* filius *Eberi*. Ita Scholiaſtes in Poema *Ebn Abduni*, يقطن هو قحطـان *Yoktan idem qui Kahtân*; quod *R. Saadias* pro conceſſo habens, *in* verſione Pentateuchi *Arabica* pro יקטן ſubſtituit قحطان, et *Georgius Ebno'lAmid, Elmacini* (quod epitheton, ab eruditionis ſoliditate, potius quam nomen) titulo jam notus, in prima Hiſtoriæ ſuæ parte, *Joctanum* Patrem *Arabum* vocat. *Adnânus* autem inter *Iſmaelis* poſteros cenſetur. *Kahtâno* ergo oriundi العرب العاربة *Arabes puri*, genuini; *Adnâno* العرب المستعربة *Arabes facti*, ſeu inſititii. Hæc *Arabum* qui jam ſuperſunt recepta eſt apud hiſtoricos diſtributio, teſte *Iſmaele Abu'lfeda*. Alii tam hos quam illos pro *inſititiis* habent, hac differentia quod *Kahtâni* poſte-

Digitized by Google

ros المتعربة *Mota-Arabes* nuncupent, *Adnâni*, quaſi longius tranſlatos, المستعربة *Moſt-Arabes*, (monente *Jallalo'ddin-Aſſoyutio* in libro *Mezhar*,) neutros pro *Arabibus puris* reputandos; illos ſcilicet fuiſſe, præter jam dictas tribus *Adi*, *Thamûdi*, *Taſmi*, *Jadîſi*, et *Jorhami*, tres alias, nempe عمليق *Amalecum*, امتم *Amtemum* et حاشم *Hâſhemum*, quibus et alii duas præterea addunt, عابيل *Abilum*, et بار *Bâr*, niſi a ſcriba erratum ſit, quod ſuſpicor: hos omnes periiſſe, exceptis reliquiis quibuſdam reliquis jam tribubus confuſim permiſtis, nec ſupereſſe qui *Arabum purorum* nomine cenſendi ſint. Sunt et qui *Kahtânum* ipſum, quem præcipuarum apud *Arabes* tribuum patrem ſtatuunt, poſteris *Iſmaelis* accenſeant, ut teſtantur *Jallalo'ddinus Aſſoyutius*, Scholiaſtes in Poema *Ebn Abdûni*, *Ahmed Ebn Yuſef* in Hiſtoria, &c. nec reperiri jam alios quam *Arabes Iſmaelitas*, quæ nomina idem ſonant apud Paraphraſtas *Chaldæos* et *Arabes*, *Geneſ.* xxxvii. Sed ut ſententiam magis receptam et viam a pluribus tritam ſequamur, *Arabes* qui jam ſuperſunt duplici ſtirpe oriundos pro conceſſo habeamus, *Kahtâno puros*, *Adnâno Moſt-arabes*, ſeu *inſititios*. Hos cur ita nuncupent, ratiõnem hanc aſſignant; quod ſcilicet *Iſmael* eorum pater, cum origine et lingua non *Arabs*, ſed *Hebræus* fuerit, poſtquam cum *Jorhamidis* affinitatem contraxiſſet, ipſorum moribus, dialecto, et vitæ inſtituto aſſueverit, ipſoque oriundi in unam cum illis gentem coaluerint. Cur autem *Adnânum* potius quam ipſum *Iſmaelem*, vel aliquem e poſteris ab ipſo propiorem, tribuum patrem ſtatuant,

Digitized by Google

in cauſa eſt quod ad ipſum uſque in genealogiis ſuis inoffenſa ſerie aſcendant, cum de iis qui inter ipſum et *Iſmaelem* interceſſerint controverſum ſit. His præmiſſis, operæ pretium duximus, ut tribus quæ utraque ſtirpe ortæ perhibentur præcipuas recenſeamus. Erunt forſan quibus non ingratum erit quid *Arabes* de Originibus ſuis tradant audire.

Joctano ergo, ſeu *Kahtâno*, ex eorum ſententia filii duo يعرب *Yaarab*, ſeu *Jareb*, qui *Arabum Yamanenſium* pater, جرهم *Jorham*, qui *Hejazenſium*: (filios ei triginta unum una matre genitos aſſignant, teſte * *Ahmede Joſephi* filio, ſed reliquos *Arabiæ* finibus egreſſos *Indiæ* regiones occupaſſe:) *Jarebo* filius يشجب *Yaſhhab*, *Yaſhhabo* filius سبا *Saba*, a quo originem ducunt quotquot ſunt *Arabum Yamanenſium tribus* et *reges*. Filios ſcilicet huic complures fuiſſe, e quorum numero حمير *Hamyar*, كهلان *Cahlân*, عمرو *Amrus*, اشعر *Aſhar*. Ab *Hamyaro* tribus *Hamyarenſes*, quarum pater قضاعة *Kodâah*, a quo tribus *Hamyarenſium* complures oriundæ *Kodaënſes* denominantur. Ex illis 1. كلب *Calb*, ſeu بنو كلب *Banu Calb*, filii *Calb*, *Calbenſes*, quorum ſedes olim دومة الجندل *Duma* vel *Daumato'ljandal*, et تبوك *Tabûc*, et اطراف الشام *extremæ Syriæ Damaſcenæ oræ*. 2. بهرا *Bahrâo*. 3. جهينة *Johainah*, quæ familia ſeu tribus magna eſt, et diverſas ſub ſe familias contribules continet. Sedes illis boreales *Hejázi* partes, quæ mari جدة, quod ſcilicet juxta *Joddam* eſt, alluuntur. Ex his fuit a quo originem traxit proverbium, عند جهينة الخبر اليقين *Apud Johainam* [ſeu *Johainienſem*]

* V. *et Schol. in Poema Ebn Abdûni.*

verum eſt nuntium, frequentis apud *Arabes* uſus; hiſtoriam ad calcem, in proverbiorum elencho, attexemus, * ان شـا الله 4. بلي *Baliyo*. 5. تنوخ *Tanûch*. Tribum hanc nobilitavit inſignis poeta *Abu'lOla alMaarri* qui تنوخي *Tanuchienſis* fuit. Ejus vitam deſcribens doctiſſimus hiſtoricus *Ebn Chalican*, *Tanûch* non tam tribum ſingularem, quam plurium tribuum complexum ſtatuit, et primam nomini literam vocali *Damma* inſignien-dam †. 6. بنو سليح *Banu Salîh*, filii *Salihi*, *Salihenſes*, qui cum deſertum *Syriæ* incolerent a regibus *Gaſſanenſibus* victi et deleti ſunt. 7. بنو عذرة *Banu Odhra*, filii *Odhræ*. 8. بنو نهد *Banu Nahd*, *Nahdienſes*. 9. E familiis etiam *Hamyarenſium*, شعبان *Shaabân*.

Poſteri *Cahlân* filii *Sabæ*. Horum tribus diverſæ: inſigniores autem ſeptem. 1. الازد *AlAzd*. 2. طي *Tay*. 3. مذحج *Madhej*. 4. همدان *Hamdân*. 5. كندة *Cendah*: ex his الكندي *alCendi*, celebris *Arabum Philoſophus*. 6. مراد *Morâd*. 7. انمار *Anmâr*. Hæ ſingulæ varias continent familias. Familiæ *Azdenſium* præcipuæ ſunt, 1. غسان *Gaſſân*; quæ regum *Syriæ Damaſcenæ* familia. 2. الاوس *AlAus*, et 3. الخزرج *AlChazraj*, *Yathrebi* incolæ, qui الانصار *alAnſâr*, *Anſarii*, ſcilicet *Mohammedis* profugi adjutores, dicti. 4. خزاعة *Chozâah*, *Chozaenſes*, inde appellationem ſortiti quod تخزعت, ſcilicet, quaſi *abſciſſi* fuerint a reliquis *Yamanenſium* tribubus, cum ob celebrem iſtam inundationem, سيل العرم ‡ in *Alcorano* dictam, ſedes mutare coacti, in vallem *Marri*, *Meccæ* vicinam, ſe reciperent, ubi et principatum obtinuerunt, et clavium *Caabæ*

* *Si voluerit Deus*. S.

† Ideoque nomen *Tonûch* efferendum. S.

‡ *Diluvium* alArem. V. Alcor. Surat. 34. com. 16. S.

Digitized by Google

cuſtodiam, donec eas tandem venderet *Abu Gabſhân* quidam *Coſaiyo Koraiſhidæ*, utre vini, cujus ſtultitia et ſera pœnitentia proverbiis *Arabum* decantata; unde اخسر من ابي غبشان dicunt, et اندم—i. e. *Magis damnum paſſus*, vel *Magis ſera pœnitentia cruciatus quam Abu Gabſhân*. De *Chozaenſium* origine dubitatur *Maadienſes* fuerint et *Iſmaele* oriundi, an *Yamanenſes*: in eam autem ſententiam a pluribus itur, ut pro *Yamanenſibus* habeantur, ex *Azdi* poſteris. Porro e *Chozaenſium* familiis fuerunt بنو المصطلق *Banu'l Moſtalak*, poſteri *Moſtalaki*, quos bello aggreſſus eſt *Mohammedes*. 5. بارق *Bârek*, qui a loco juxta quem ſedem fixerunt nomen mutuati ſunt. 6. دوس *Daus:* regnum hi in *Erâci* confiniis occuparunt. 7. عتيك *Atîc*. 8. غافق *Gâfek*. 9. *Azdenſes* etiam بنو الجلندي *Banu'l Jolanda*, qui reges *Ommâni* quorum unuſquiſque الجلندي *al Jolandius* audiit. Atque hæ *Azdenſium* familiæ.

2. *Taiyenſium* pater طي *Taiyus*, qui ادد *Odad* filius *Zeidi*, filius *Cahlân*. Hi, irrumpente inundatione prædicta, ſcilicet سيل العرم, *Yamano* pulſi ſedem fixerunt in *Najd Hejâzi* provincia juxta montes اجي *Aja* et سلمي *Salma*, qui inde montes *Tay* appellati. *Taiyenſium* autem familiæ, 1. جديلة *Jadîlah*. 2. نبهان *Nabhân*. 3. بولان *Baulân*. 4. سلامان *Salâmân*; e quibus بنو بحتر *Bohtarenſes*. 5. هني *Hana*. Ex his *Aiyas* filius *Kabiſæ*, qui *Noomano* in regno ſucceſſit. 6. سدوس *Sodûs*, cum *Damma*; atque ita a *Sadûſo*, altera tribu e *Rabîæ* poſteris, vel ut *al Jauharius*, e *Shaibâni*, diſtinguitur. 7. His accenſentur بنو ثعل *Banu Thoal*, filii *Thoali*, qui (inquit *al Jauharius*) pater tribus

Digitized by Google

inter *Taiyenſes*, e quibus fuit عمرو بن المسيح *Amrus Masîhi* filius, qui ارمي الناس *hominum ſagittandi arte peritiſſimus*.

Tribus etiam *Taiyenſium* nobilitavit حاتم *Hâtemus*, decantatæ inter *Arabes* liberalitatis vir: adeo ut, cum inſignem beneficentia virum denotare velint, dicant اجود من حاتم *Hâtemo liberalior*.

3. Quin et *Madhejo* oriundæ familiæ plures; e quibus 1. خولان *Chawlân*. 2. جنب *Janb*. 3. اود *Aud*. 4. بنو سعد *Banu Saad*: quorum pater non antea mortuus eſt quam viris ipſo oriundis, qui equitantem comitarentur, trecentis ſtipatus incederet, quos عشيرته i. e. *cognatos ſuos* appellavit, دفعا للعين لهم *ad oculi invidi faſcinum avertendum*. Unde ipſis in cognomen ceſſit سعد العشيرة *Saado'l aſhîrah*. Ex horum familiis جعفي *Joſius*, *Joſienſes* *: et زبيد *Zobaid*, *Zobaidienſes*. 5. النخع *AlNachaa*, *Nachaënſes*. 6. عنس *Ans*.

* E quibus *alMotanabbi* poeta inſignis. S.

4. همدان *Hamdân*, *Hamdanenſes*, tribus ſunt et ante et poſt *Mohammedem* celebris, لهم صيت في الجاهلية والاسلام

5. Tribus quinta eſt كندة *Cendah*; ita eorum pater, cui nomen ثور *Thaur*, cognominatus eſt, لانه كند اباه i. e. *quod patris erga ſe beneficentiam inficiatus eſt*. E *Cendenſium* familiis ſunt 1. سكاسك *Sacâſec*, *Sacſacenſes*. 2. سكون *Sacûn*, *Sacûnienſes*.

6. مراد *Morâd*, *Moradienſes*. Eorum ſedes erant *montes Yaman* prope زبيد *Zabîd*.

7. انمار *Anmâr*, *Anmarienſium*, familiæ duæ. 1. بجيلة *Bajila*, unde بجلي *Bajalienſis*. 2. خثعم *Chathaam*. *Baja-*

Digitized by Google

lienſis erat جرير *Jarîr* quidam e *Mohammedis* ſociis, qui ob inſignem pulchritudinem gentis ſuæ *Joſephus* audiit, a poeta non ſine inſigni tribus ſuæ opprobrio laudatus hoc carmine,

لو لا جرير هلكت بجيلة ، نعم الفتي وبئست القبيلة

i. e. *Si non eſſet Jarîr, periiſſet Bajîlah: quam bonus puer, quam mala tribus!*

De duabus hiſce tribubus dubitatur num *Yamanenſes* fuerint origine, an *Maado* oriundæ *Yamanum* poſtea petierint. *Al'Jauharius*, in بجل et خثعم

Atque hæ *Bani Cahlân* familiæ præcipuæ. Tribus *Amro* filio *Sabæ* oriundæ ſunt, 1. لخم *Lachm, Lachmenſes:* e quibus *Mundari*, celebris illa regum *Hirenſium* familia; nec non بنو الدار *Banu'l Dâr, Darenſes*, quorum patrem عبد الدار *Abdo'l Dâr* nomen a *Dâro, Arabum* idolo, accepiſſe monet *AlFirauzabadius*. 2. جذام *Jodhâm*; quos non *Yamanenſibus*, ſed *Maadienſibus* a quibuſdam adnumerari monet *Al'Jauharius:* qui etiam (ut et *AlFirauzabadius*) ſedes eorum in montibus حسمي *Heſmai* collocat. *Jodhâmo* autem filii duo, جشم *Joſham* et جرام *Jorâm*, qui omnium *Jodhamenſium* patres. E familiis *Joſhamo* oriundis eſt illa عتيب ابن اسلم *Atîb Ebn Aſlam* proverbio celebris, referentibus *Al'Jauhario*, et *Al Firauzabadio*, ſcilicet, اودي عتيب i. e. *Periit Atîb:* quod in eos jactatur qui dum ſpe ſalutis inani ſe lactant miſere pereunt.

Tribus *Aſhaaro* filio *Sabæ* oriundæ بنو الاشعر *Banu'l Aſhaar*, et الاشعريون *Aſhaarienſes* appellantur. *Aſhaarum* filium *Sabæ*, filii *Yaſhhabi* &c. ſtatuit *Al'Jauharius*; at

AlFirauzabadius Aſhaarum ait eſſe *Nabtum* filium *Oddi*, *Aſhaarum* autem dictum quod cum naſceretur, شعر عليه *piloſus* fuerit. Porro بنو عاملة *Banu Amelæ*, *Amelenſes*, poſteri *Amelæ* filii *Sabæ* perhibentur, ſuntque ex octo tribubus quæ ab *Yamano* ob سيل العرم i. e. *inundationem Arem*, in *Syriam Damaſcenam* profectæ, ſedem prope *Damaſcum*, in monte qui ab illis جبل عاملة *Mons Amelæ* audit, fixerunt. De his monet *Al'Jauharius*, eſſe eos revera *Yamanenſes* e *Sabæ* poſteris, at eſſe qui eos *Kaſedo* oriundos volunt: atque ita certe ſtatuit *AlFirauzabadius*. Atque hi quos ordine recenſuimus *Arabes* regionis *Yaman* incolæ, *Sabæ* poſteri, quorum ad nos memoria pervenit.

ARABES MOST-ARABES, SEU INSITITII, QUI AB ISMAELE GENUS DUCUNT.

Iſmaeli peperit uxor quam e *Jorhamidis* duxit filios duodecim; e quibus قيدار *Kîdâr*, quem nonnulli volunt ab avunculis ſuis diademate et imperio ornatum. *Kîdâri* filius حمل *Hamal*; *Hamali* نبت *Nabt* vel نابت *Nâbet*, (quanquam alii *Nâbetum Kîdâri*, alii ipſius *Iſmaelis* filium ſtatuunt) *Nâbeti* سلامان *Salâmân*, *Salâmâni* الهميسع *Al-Homaiſao*, *Homaiſai* اليسع *AlYaſao*, *AlYaſai* ادد *Odad*, *Odadi* اد *Oddo*, *Oddi* عدنان *Adnân*: *Adnâno* filii duo, عك *Acc*, a quo بنو عك *Accenſes*, et معد *Maad*; *Maado* nati قضاعة *Kodâa*, a quo *Kodaënſes*, et نزار *Nazâr*, cui filii quatuor, 1. مضر *Modar*, in recta linea genealogiæ *Mohammedis*. 2. Extra lineam اياد *Aiyâd*, qui *Modaro* natu major, omnium *Aiyadenſium* qui e *Maaddi* poſteris pater. *Aiyadus* autem, relicta patria *Hejâz*, una cum familia ſua in *Erâci*

Digitized by Google

fines ſe recepit. *Aiyadenſis* fuit كعب *Caab* iſte cujus inſignis liberalitas in proverbium abiit, اجود مم كعب *Caabo liberalior*; ut et قس *Koſſus*, cujus eloquentia proverbio non minus noto celebrata: dicunt enim ابلغ من قس et اخطب من قس *Eloquentior Koſſo*. 3. ربيعة *Rabîah*, qui ربيعة الفرس *Rabîato'lfaras*, i. e. *Rabiah equorum*, cognominatus, quod patris equos jure hæreditario ſortitus ſit. Huic nati اسد *Aſad*, et ضبيعة *Dabiyah*, *Aſado* جديلة *Jodailah*, &c. E *Jodailenſibus* tribus وايل *Wâyel*, e *Wâyel* بكر *Becr*, et تغلب *Taglab*, e *Taglabo* كليب *Colaib* rex *Bani Wáyel*, quem interfecit جساس *Jaſſâs*, cujus cædes belli inter *Wáyelenſes*, *Becrenſes*, et *Taglabenſes* cauſa: e *Becro* بنو شيبان *Banu Shaibân*, e quibus مرة *Morrah*, et filius ipſius *Jaſſâs*; nec non طرفة *Tarafah* poeta celebris: *Becrenſes* etiam مرقش الاكبر *Morrakkeſho'l acbar*, i. e. major, et مرقش الاصغر *Morakkeſho'l aſgar*, i. e. minor, poetæ. E *Becro* item بنو حنيفة *Banu Hanîfah*, e quibus famoſus iſte pſeudopropheta *Moſailemah mendax*. Ex *Aſadi* filiis inſuper عنزة *Anzah*, a quo بنو عنزة *Banu Anzah*, qui *Chaibari* incolæ; ex his القارظان ſeu *Duo coriarii*, quorum infortunium anſam dedit proverbio لا اتيك او يووب القارظان i. e. *Non ad te veniam donec redierint duo coriarii:* et اذا ما للقارظ العنزي ايا i. e. *Quando coriarius Anzienſis redierit*. Porro e *Dobaiyæ* filii *Rabîæ* poſteris متلمس *Motalammes* poeta, a quo et ortum habuit proverbium: ſcilicet, صحيفة المتلمس *Literæ Motalammeſi*. E tribubus itidem *Rabîæ* نمر *Nemr*, et لحيم *Lohaim*, et عجل *Ajal*, et بنو عبد القيس *Banu Abdi'lKais*. E poſteris etiam *Rabîæ* سدوس *Sa-*

Digitized by Google

dûs, et اللهازم *AlLahâzem*, et انمار *Anmâr* [a], cujus in *Yaman* profecti cum multiplicarentur posteri, *Yamanenses* habiti sunt.

Modaro prædicto natus in recta serie (genealogiæ scilicet *Mohammedis*) الياس *AlYâs*; extra seriem قيس عيلان *Kais Ailân*, qui et الناس *AlNâs* dictus, ut in proverbio, اذا اتلف الناس اخلف الياس i. e. *Si perdiderit AlNâs, rependet AlYâs*. Multarum hic tribuum pater. Ortæ scilicet illo tribus هوازن *Hawazenenses*, qui filii *Saad Ebn Becr Ebn Hawâzen*, apud quos nutritus *Mohammedes*. E tribubus *Kaisi* etiam بنو كلاب *Banu Celâb*, e quibus *Halebi* sive *Aleppi* domini, quorum primus صالح *Sâleh Ebn Merdas*. Ex iisdem tribus عقيل *Okail*, quæ regum *Musal* familia. Item بنو عامر *Banu Amer*, et صعصعة *Saasaah*, et خفاجة *Chafâjah*, penes quos ab antiquo ad hæc usque tempora imperium *Erâci*. *Hawazenenses* etiam بنو ربيعة *Banu Rabîah Ebn Amer Ebn Saasaæ*, &c. Nec non جشيم *Jashîm* *; e *Jashîmo* دريد *Doraid Ebn AlSammah*.

* Al. جشم *Jeshm.*

E *Kais* etiam بكر *Bacr*, et بنو هلال *Banu Helâl*, et ثقيف *Thakîf*, *Thakifenses*, (quos alii *Aiyadenses*, alii *Thomûdi* reliquias perhibent) *AlTâyefi* incolæ. *Kaisenses* insuper بنو نمير *Banu Nomair*, et باهلة *Bâhelah*, et مازن *Mâzen*, et غطفان *Gatfân*, et بنو عبس *Banu Abas*: *Abasenses* autem erat عنترة *Antarah*, iste decantatæ inter *Arabes* fortitudinis heros. *Kaisenses* etiam *Gatfanidæ* اسجع *Asjaa*,

[a] Ex auctoris verbis male dispositis et interpunctis, videtur *Anmâr* istum fuisse e posteris *Rabiæ*, cum fuerit ejusdem *Rablæ* frater, et quartus *Nazâri* filius, qui numero alioquin deerit. S.

Digitized by Google

Asjaenſes: nec non tribus سليم *Salîm*; et بنو ذبيان *Banu Dhobyân*, e quibus بنو فزارة *Banu Fazârah*; atque ex his حصن *Heſnus*, cujus inſignem liberalitatem ita prædicat poeta:

تراه اذا ما جئته متهللا
كانك تعطيه الذي انت سايله

i. e. *Videbis eum cum acceſſeris exultantem,*
Ac ſi dares illi, quod ab eo petis.

Inter *Dhobyanenſes* et *Abaſenſes* fuit celebre illud bellum *Dâhes* et *Gabrah* (qui duo equi litis materia) quod quadraginta annos duravit. Unde lites ſedatu difficiles hoc indicant proverbio, *Accidit inter eos bellum* Dahes *et* Gabrah. *Dhobyanenſis* fuit النابغة *AlNâbegah* poeta celebris. Porro e tribubus *Kaiſo* oriundis عدوان *Adwân*, *Adwanenſes*, qui regionem *AlTayef* ante *Thakifenſes* incoluerunt. Ex his ذو الاصبع *Dhu'l Aſbaa* poeta.

AlYâſo in ſeriei genealogicæ *columna* (ut loquuntur *Arabes*) filius مدركة *Modrecah*; extra columnam طابخة *Tâbechah*. Hi, quibuſdam a matre خندف *Chendaf* denominati, et tribus ipſis oriundæ بنو خندف *Banu Chendaf*, *Chendafidæ*. A *Tabechah* بنو تميم *Banu Tamîm*, et رباب, *Rabbâb*, et بنو ضبة *Banu Dabbah*, et بنو مزينة *Banu Mozainah*, a matre appellati. *Modrecæ* natus in recta linea خزيمة *Chozaimah*, extra lineam هذيل *Hodhail*, الهذليين *Hodhalienſium* pater, (e quibus ابو ذويب *Abu Dhowaib* poeta,) et غالب *Gâleb*, et سعد *Saad*, et قيس *Kais*.

Chozaimæ in recta ſerie natus كنانة *Cenânah*, extra ſeriem الهون *AlHawn*, et اسد *Aſad*: *Hawno* oriundæ tri-

Digitized by Google

bus عضل *Adal*, quarum pater *Adal*, *Hawni* filius. Et الديش *AlDaiſh* qui *Hawni* frater. Dictæ hæ tribus القارة *AlKârah*, ſcilicet (monente *Al'ſauhario*) لاجتماعهم والتفافهم quod in unum collectæ et συμπεπλεγμέναι fuerint. *Aſado* oriundi الكاهلية *Câhelienſes*, et دودان *Dûdân*, aliique qui omnes ab eo *Aſadienſes* denominati.

Cenanæ in recta linea natus النضر *AlNadr*; cui fratres complures, ſcilicet ملكان *Malcân*, عبد مناة *Abd Manâh*, عمرو *Amrus*, عامر *Amer*, مالك *Mâlec*. *Malcano* oriundi *Banu Malcân*; *Abd Manaho* autem tribus complures. 1. بنو غفار *Banu Gefâr*. 2. بنو بكر *Banu Bacr*, e quibus الديل *AlDiyal*, *Diyalienſes*. 3. بنو ليث *Banu Laith*. 4. بنو الحارث *Banu'l Hâreth*. 5. بنو مدلج *Banu Modlaj*. 6. بنو ضمرة *Banu Damrah*.

Ab *Amro* autem, *Cenanæ* filio, ortum ducunt العمريون *Amrienſes*, ab *Amero* العامريون *Amerienſes*; a *Maleco* بنو فراس *Banu Ferâs*. E tribubus etiam *Cenanæ* الاحابيش *Al-Ahâbîſh**, quos falſo nonnulli, nomine decepti, pro *Abyſſinis* habent.

* Vel *Habeſſitæ*.

Nadro, quem falſo nonnulli *Koraiſhum* vocant, natus in recta ſerie مالك *Mâlec*; *Maleco* فهر *Fehr*, qui et قريش *Koraiſh*, ſeu ille potius a quo denominati *Koraiſhitæ* ob audaciam, ſcilicet a قرش *Korſh*, quod *belluæ marinæ* nomen. *Fehro* in recta linea غالب *Gâleb*, extra lineam محارب *Mohâreb*, et حرث *Hareth*. *Moharebo* oriundi بنو محارب *Banu Mohâreb*, qui iidem شيبان *Shaibân*: *Haretho* بنو الخلج *Banu'l Choloj*. *Galebo* natus in recta linea لوي *Lowa*, extra lineam تيم الادرم *Taiyemo'l Adram*, i. e. *Taiyem im-*

Digitized by Google

berbis, cujus posteri *Banu'l Adram*. *Lowæ* natus in recta linea كعب *Caab:* extra lineam, 1. سعد *Saad*. 2. خزيمة *Chozaimah*. 3. الحارث *AlHâreth*. 4. عامر *Âmer*. 5. اسامة *Asâmah*, (quibus addit author libri *Masâlec* جسم *Josham*, عوف *Auf*, et عمرو *Amrum*) a quorum singulis, excepto *Haretho*, denominatæ tribus. E filiis *Ameri* عمرو *Amrus*, et عبد ود *Abd Woddi*.

Caabo natus in linea recta مرة *Morrah*, extra lineam هصيص *Hosais*, et عدي *Ada*. *Hosaisi* posteri بنو جمح *Banu Jemah*, et بنو سهم *Banu Sahm*; *Adæ*, *Banu Ada*, e quibus عمر بن الخطاب *Omar Ebno'l Chetâb*, &c.

Morræ in recta linea successit كلاب *Celâb:* extra lineam sunt تيم *Taiyem* et يقظة *Yokdhah: Taiyemo* oriundi *Banu Taiyem*, e quibus *Abu Becr*, et طلحة *Talhah*; *Yokdhaho* autem بنو مخزوم *Banu Machzûm*, e quibus *Châled Ebno'l Walîd*. *Celabo* natus in recta linea قصي *Kosa*; extra lineam زهرة *Zohrah*, a quo *Banu Zohrah*, e quibus originem duxit *Amenah*, *Mohammedis* mater. Magni autem erat *Kosa* inter *Koraishitas* suos nominis, et cui claves *Caabæ* restitutas debent. Illi natus in linea recta عبد مناف *Abd Manâf* (cui nomen مغيرة *Mogîrah*); extra lineam عبد الدار *Abdo'l Dâr*, et عبد العزي *Abdo'l Uzza*. *Abdo'l Daro* oriundi بنو شيبة *Banu Shîbah*. Ex *Abdo'l Uzzæ* posteris زهير *Zohair*, et خديجة *Chadîjah*.

Abd Manafo natus in linea recta هاشم *Hâshem*, qui populi sui princeps fuit, ac primus الرحلتين i. e. *binas pabulatorum catervas*, æstivam scilicet et hybernam, quarum in * Alcorano fit mentio, apud eos instituit: extra

* Surat. 106.

Digitized by Google

lineam 1. عبد شمس *Abd Shems*, qui pater امية *Ommaiyæ*, a quo *Ommawaidæ*, e quibus *Othmân Ebn Affâni*; nec non *Moâwiah Ebn Abi Sofyân*, et *Merwân*. 2. المطلب *AlMotallab*, a quo المطلبيون *Motallabidæ*: e quibus fuit antiſtes ſectæ *Shafienſis*, ſcilicet *Mohammed Ebn Edrîs Ebni'l Abbâs Ebn* شافع *Shafei*, &c. 3. نوفل *Nawfal*, a quo النوفليون *Nawfalidæ*.

Haſhemo natus in linea recta عبد المطلب *Abdo'l Motallab*. *Abdo'l Motallabo* عبد الله *Abdo'llah*, in linea recta; extra lineam omnes patrui *Mohammedis*, ſcilicet حمزة *Hamzah*, العباس *AlAbbâs*, a quo *Chalifæ Abbaſidæ* genus ducunt, ابو طالب *Abu Tâleb*, pater *Alis*, ابو لهب *Abu Laheb*, الغيداق *AlGidâk*, الحارث *AlHâreth*, جحل *Jahel*, المقوم *AlMokawam*, ضرار *Dorâr*, الزبير *AlZobair*, قثم *Ketham*, عبد الكعبة *Abdo'l Caabæ*. *Abdo'llahi* filius *Mohammedes*, qui natus anno الفيل i. e. *Elephanti*, quæ *Arabum* ante *Hejram Epoche*.

Atque hæ præcipuæ ſunt *Arabum* antiquiorum tribus. Ego certe *Maimonidi*, inter eos qui non magni ſint momenti, quibuſque pervolvendis non multum inſumi debeat temporis, libros, انساب العرب i. e. *Origines Arabum* numeranti facile aſſenſerim, quas tamen hoc loco, qua potui fide, ex *Iſmaele Abu'lfeda* et *Shahâbo'ddino Ahmede Ebn Yahyæ* aliiſque ut referrem eo inductus ſum, quod ſcribit ille, qui *Chronicon Saracenorum* quod in calce Alcorani Latine verſi habetur, edidit, ſcilicet, *Non poſſe barbara illa nomina recte inſtaurari ſine libris Arabicis*: bene addit, *Nec etiam multum in his momenti eſt ſitum.*

Digitized by Google

Quod ſi vel aliquantillum inſit, tabulam iſtam, ex qua reponi poſſint, lectoris oculis ſubjecimus.

Duplexque iis pariter convenit ſtatus, Ignorantiæ *alter*, *alter* Iſlamiſmi.] Ita ſcilicet tempora et conditionem *Arabum*, qui ante et poſt *Mohammedem*, diſtinguunt. الجاهلية ſive *Ignorantiæ*, quem vocant, ſtatum ſic deſcribit *Ebno'l Athir*; eſſe ſcilicet الحال التي كانت عليها العرب قبل الاسلام من الجهل بالله ورسوله وشرايع الدين والمفاخرة بالانساب والكبر والتجبر وغير ذلك i. e. *Statum in quo fuerunt Arabes ante Iſlamiſmum, quod ad ignorantiam Dei et apoſtoli ejus et conſtitutionum religionis, et gloriationem de proſapiæ* [nobilitate], *et ſuperbiam, et faſtum*, &c. *Iſlamiſmum* autem vocant الطاعة والانقياد لله, cum quis *obedientiam et ſubmiſſionem Deo* profiteatur: vel, ut rectius *Muſtafa Ebn Kaſſai* in libro *Taarifât*, الاسلام هو الخضوع والانقياد بما اخبره الرسول Is demum *Iſlamiſmus eſt, cum quis ſe iis quæ a Mohammede tradita ſint ſubmittat et auſcultet*, ſeu religionem ab eo inſtitutam amplectatur. Ita ſcilicet (referente *Shahreſtanio*) roganti *Gabrieli* ſpeciem ac habitum *Arabis* induto, *Quid eſſet Iſlamiſmus?* Reſpondit *Mohammedes*, ان تشهد ان لا اله الا الله واني رسول الله وان تقيم الصلوة وتوتي الزكوة وتصوم شهر رمضان وتحج البيت ان استطعت اليه سبيلا i. e. *Ut confiteari non eſſe Deum præter Deum illum, et Me eſſe Apoſtolum Dei, et ut tempora precum ſtatuta diligenter obſerves, et eleemoſynam præſtes, et menſe Ramadâni jejunes, et ut ad Caabam, ſi commode poſſis, peregrinationem religionis ergo inſtituas.* Addit, hanc definitionem P. 3. l. 9.

Digitized by Google

teſtimonio ſuo comprobaſſe *Gabrielem*. Hinc ergo ſectam ſuam *AlEſlám*, *Iſlamiſmum*, ſe *Muſlemos*, ſeu *Iſlamitas* appellant: at *Judæi*, tranſpoſitis literis, eos *Iſmaelitas*, et religionem ipſorum *Iſmaeliſmum*; per contemptum quidem, at nomine quod ipſi facile admiſerint; utpote qui *Iſmaelem* tam generis quam religionis ſuæ parentem poſt *Abrahamum* agnoſcant, nec aliam eſſe contendant quam profitentur doctrinam ab ea quam ipſe olim a patre *Abrahamo* acceptam profeſſus, poſteris ſuis commendatam reliquit. Quod ſi ſemel a *Shahreſtanio* didicerimus, melius quæ poſtea dicenda ſunt, et quid prætexuerit *Mohammedes*, et quid egerit. intelligemus. Sic igitur ille:

لما انشعب النور الوارد من ادم الي ابرهيم ثم الصادر عنه في شعبين شعب في بني اسرايبل وشعب في بني اسمعيل وكان النور المنحدر الي بني اسرايبل ظاهرا والنور المنحدر الي بني اسمعيل مخفيا كان يستدل علي النور الظاهر بظهور الاشخاص واظهار النبوة في شخص شخص ويستدل علي النور المخفي بابانة المناسك والعلامات وستر الحال في الاشخاص وقبلة الفرقة الاولي بيت المقدس وقبلة الفرقة الثانية بيت الله الحرام وشريعة الاولي ظواهر الاحكام وشريعة الثانية رعاية المشاعر الحرام وخصما الفريق الاول الكافرون مثل فرعون وهامان وخصما للفريق الثاني المشركون من عبدة الاصنام والاوثان

i. e. *Poſtquam diviſa eſt lux quæ ab Adamo ad Abrahamum, deinde ab eo ad poſteros derivata eſt, in duas partes, quarum una apud filios Iſraelis manſit, altera apud filios Iſmaelis; fuitque lux quæ in poſteros Iſraelis deſcendit manifeſta, quæ ad poſteros Iſmaelis pervenit, occulta; lucis*

Digitized by Google

illius clarioris indicium factum eſt multarum perſonarum apparitione, et prophetiæ in multis ex ipſis manifeſtatione; at lucis obſcurioris, declaratione rituum et ſignorum, et inter paucos concluſus eſt rei ſtatus. Keblah autem ſectæ primæ fuit templum Hieroſolymitanum, ſecundæ vero Templum Meccanum. Lex prioris judiciis manifeſtis conſtabat, poſterioris, obſervatione ſignorum ſacrorum. Inimici prioris fuerunt infideles, ut Pharaoh et Haman, poſterioris autem, κοινωνηται ſeu idololatræ, idolorum et ſtatuarum cultores.

Hæc ille. Quid aliud ergo erit *Iſlamiſmus* quam *Iſmaeliſmus? Iſmaelem Jorhamidas* et *Amalekitas* الى الاسلام ſeu *ad Iſlamiſmum* invitaſſe dicunt: *Mohammedes* ergo, in quem lucem illam, prophetiæ in ipſo terminandæ ſignum, deſiiſſe volunt, dum apertiorem rituum *Iſmaelitarum* ſectæ propriorum doctrinam Alcorano (cœlitus, ut fingunt, demiſſo) tradidit, *Arabeſque* ſuos ab idolorum cultu revocavit, *Iſmaeliſmi* ſub *Iſlamiſmi* titulo reſtaurator haberi voluit.

Fuitque regnum ipſorum penes tribus Kahtân, &c.] Quod de veterum *Arabiæ* regum memoria ſupereſt, قليل من كثير i. e. *pæucum admodum de multo* eſſe extra dubium eſt. Ne penitus oblivioni traderentur eorum tam nomina quam res geſtæ, illorum diligentiæ debemus qui antiquitus ore tradita, nec aliis quam labili hominum (qui محل النسيان, * ac apud *Arabes* juxta grammaticorum non paucos ab *oblivione* nomen ſortiti) memoria, archivis repoſita literis conſignarunt. Si cui P. 3. l. 12.

* i.e. *Subjectum oblivionis.* S.

Digitized by Google

operæ pretium videatur veteris hiſtoriæ reliquias typorum etiam fidei committi, non gravabimur hic catalogum tam eorum qui apud *Hamyarenſes* in regione *Yaman* (quibus primas defert author noſter) quam qui alibi regnarunt, ex *Abu'lfeda*, *Al'Jannabio*, *Ahmede Joſephi* filio, ſcholiaſte in Poema *Ebn Abdûni*, &c. excerptum ſubnectere.

REGUM YAMANENSIUM SERIES. ملوك اليمن

1. قحطان *Kahtân* i. e. *Joctan*, *Eberi* filius. Fertur hic اول من ملك ارض اليمن ولبس التاج i. e. *primus qui in Yaman regnavit, et diadema induit:*

2. يعرب *Yaarab*, *Kahtani* filius; atque hic اول من نطق بالعربية واول من حياه ولده بتحية الملك ابيت اللعن وانعم صباحا i. e. *primus qui Arabice locutus eſt, et quem primo ſalutarunt filii ipſius ſalutatione regni (ſeu* ملوك i. e. *Regum) propria*, nempe, *Abnuas maledictionem, et proſpere*, ſeu *jucunde agas mane*. De ſalutandi, ſive bene precandi formula iſta, quam regum ſuorum propriam eſſe voluerunt οἱ πρόσθεν *Arabes*, non inutile fuerit pauca hic explicationis gratia attexere.

Sic igitur *AlMotarrazi* in libro *Mogreb*: ان اهل الجاهلية كانوا يحيون الملوك بقولهم ابيت اللعن ولا يخاطبون به غيرهم حتي ان احدهم اذا تولي الامارة والملك قيل له فلان نال التحية i. e. *Arabes priſci reges ſuos ſalutabant his verbis*, Abnuas maledictionem: *nec alium quempiam præter eos hac formula compellabant, adeo ut cum ipſorum quis ad regnum evectus eſſet, de eo dicerent*, ὁ δῖνα ſalutationem accepit. Unde et التحية i. e. *Salutatio*, idem apud ipſos per مجاز i. e.

Digitized by Google

metaphoram valet ac *Regnum*; et حياك الله (quod proprie ſonat, *Deus vitam tibi prolonget, ſeu, ſalutari te faciat*) idem ac ملكك الله *Deus te ad imperium evehat*, teſtibus *Al'Jauhario* et *AlFirauzabadio*, &c. Quod ad formulæ autem ſignificationem, ſic *Ebno'lAthir* ابيت اللعن كان هذا في تحايا الملوك في الجاهلية والدعا لهم ومعناه ابيت ان تفعل فعلا تلعن بسببه وتذم ∴ i. e. *Formula hac, Abaita'llaan*, i. e. Abnuas maledictum, *reges ſuos olim ſalutabant, iiſque bene precabantur; ſenſus autem ejus hic eſt, Cave facias aliquid cujus cauſa maledictis te inceſſant, et convitiis proſcindant*. Eadem fere apud *Al'Jauharium* legimus. Obſervatu autem hic dignum eſt verbum ابيت quod *imperandi* vim habet, præteriti forma efferri, ac ſonare, quaſi rem geſtam narraret, *Abnuiſti*, ſeu *Noluiſti* maledictionem: Quod et in aliis ſive bene, ſive male precandi formulis, apud *Arabes* fieri ſolet. Cujus rei rationem, quia non adeo trita eſt, ex *AlBarezii* in Sermones *Ebn Nobatæ* Scholiis referre libet. Ille igitur comprecationem iſtam qua, quoties *Mohammedis* nomen proferunt, utuntur, ſcilicet صلي الله عليه *Propitius ſit ei Deus*, explicaturus, hæc habet فعل ماض معناه الدعا اي اللهم صل عليه ولما كان البنا صيغته صيغة الامر والامر للادني ارادوا ابعاده عن ذلك فجعلوه بلفظ الخبر مثل غفر الله لك واحسن اليك وليس هذا في الحقيقة بفعل ماض انما هو سوال وتضرع i. e. *Verbum præteriti temporis hic comprecandi ſignificatum habet*, ſcilicet, *Deus ſis illi propitius. Cum autem hujuſmodi locutiones imperii ſpeciem habeant, imperari autem inferioribus ſoleat, hoc refugientes, eas verbo præteriti enuntiant*, ut غفر الله لك

Digitized by Google

Propitius fuit tibi Deus, et احسن اليك *Benefecit tibi Deus; ubi non pro revera præterito haberi debet verbum, ſed petitionis, ac ſupplicationis ſenſum habere,* ut imperativi vicem ſuſtineat, viz. Propitius tibi ſit, Benefaciat tibi Deus.

3. يشحب *Yaſhhab, Yaarabi* filius.

4. عبد شمس (q. d. *Servus Solis*) *Yaſhhabi* filius, qui quod multa ab hoſtibus ſpolia reportaverit وسبي خلقا كثيرا i. e. *multos fecerit captivos,* inde cognominatus eſt سبا *Saba.* Hic celebrem in regione مارب *Mâreb* aggerem ſtruxit, atque ipſam urbem *Mâreb,* quæ inde مدينة سبا i. e. *Urbs Sabæ* audit. Alii مارب *Mâreb* nomen arcis eſſe volunt, سبا *Saba* autem urbis, alii *Mâreb* cognomen regis qui *Yamano* imperavit. *Sabæ* iſti filii erant complures, e quibus حمير *Hamyar,* عمرو *Amrus,* كهلان *Cahlân,* اشعر *Aſhaar,* &c.

5. حمير *Hamyar Sabæ* filius, cui nomen illud (ut volunt) inditum لكثرة لباسه الثياب الحمر i. e. *quod plerumque veſtibus rubris indutus incederet.* Hic *Thamudum* ex *Yamano* in *Hejazum* expulit: ac primum hunc e regibus *Hamyarenſibus* capiti ſuo diadema aureum impoſuiſſe referunt *Al'Jannabius* et *Ahmed Joſephi* filius.

6. وايل *Wâyel, Hamyari* filius; ita *Abu'lFeda;* at alii *Hamyaro* fratrem ipſius *Cahlanum* ſucceſſiſſe volunt, et pro *Wayel* habent واثل *Wâthel.*

7. السكسك *AlSacſac, Wayeli* filius. *Al'Jauharius* السكاسك بن وايلة *AlSacâſec* filium *Wayelæ* vocat.

8. يعفر *Yaafar, AlSacſaci* filius.

Digitized by Google

9. ذو ريش *Dhu Riyâſh*, cui nomen عامر *Amer*, e poſteris *Auſi* filii *Hamyar*.

10. النعمان *AlNoomân*, *Yaafari* filius, المعاقر *AlMoâfer* dictus, qui collectis copiis *Amerum* fugavit.

11. اسمح *Aſmah*, *Noomani* filius.

12. شداد *Shaddâd* filius *Adi*, filii *AlMatatæ*, filii *Sabæ*, qui ad ultimum uſque occidentem pertingens multa potentiæ ſuæ veſtigia reliquit.

13. لقمان *Lokmân*, *Shaddadi* frater: at *Al'Jannabius* poſt *Shaddadum* collocat مرثد *Morthedum*, qui ذو اود *Dhu Aud* cognominatus, (quem ſexcentos annos regnaſſe refert *AlFirauzabadius*) deinde عمرو *Amrum*, *Morthedi* filium.

14. ذو سدد *Dhu Sadad*, ejuſdem frater.

15. لحرث *AlHareth*, *Dhu Sadadi* filius, qui الحرث الرايش *AlHareth alRâyeſh*, quod *reportatis* in *Yamanum ſpoliis* populum ditavit, cognominatus eſt: quoniam راش الناس في ايامه [*Becauſe in his days they feathered their neſts*, ut loquuntur noſtrates], a ريش quod proprie *plumam*, per metaphoram *opes* denotat. Hic ille eſt qui تبع الاول i. e. *Tobbaa primus* audit.

16. ذو القرنين اصعب *Dhu'l Karnain Aſſaab*, *Rayeſhi* filius: atque hunc *Bicornem* iſtum, cujus in *Alcorano* * mentio, non *Alexandrum Macedonem*, eſſe volunt ex *Ebn Abbaſi* ſententia. * Surat. 18.

17. ذو المنار ابرهة *Dhu'l Manâr Abrahah*, *Dhu'lKarnaini* filius, inde cognominatus, quod primus ضرب المنار على طريقه في مغازيه ليهتدي بها اذا رجع i. e. *pharos in via ſtruxit cum hoſtes bello invaderet, eos inter redeundum viæ indices habiturus.*

Digitized by Google

18. افريقس *Afrícus*, *Abrahæ* filius, a quo denominata *Africa* referentibus *Al'Jannabio*, *Ahmede Joſephi* filio, et Scholiaſta in Poema *Ebn Abdûni*, et بربر *Barbari*, populi a *Joſhua* fugati reliquiæ, e *Palæſtina*, *Ægypto*, &c. in eas quam jam occupant ſedes, tranſlati.

19. ذو الاذعار عمرو *Dhu'l Adhaâr Amrus*, *Africi* frater, inde *Dominus terrorum*, ſeu *terribilium*, cognominatus, quod monſtroſum quoddam hominum, quos bello ceperat, vel (ut alii) ſimiarum, aut ſatyrorum, genus in *Yamanum* invexit, quibus tunc primum viſis territus atque conſternatus eſt populus.

20. شرحبيل *Sharhabîl*, e *Sacſaci* poſteris, quem, pulſo *Dhu'l Adhaar*, regno præfecerunt *Hamyarenſes*.

21. الهدهاد *AlHodhâd*, *Sharhabili* filius.

22. بلقيس *Balkis*, *Hodhadi* filia, annos viginti regnaſſe fertur: atque hanc eam perhibent *Sabæ* reginam, quæ *Salomonem* adiit, eique nuptam.

23. ناشر النعم *Nâſhero'l neam* i. e. *Spargens beneficia*; ita dictus ob inſignem liberalitatem, cum alias nomen ipſi eſſet مالك *Mâlec*. Hunc, cum exercitum quem in Occidentem duxerat, arena obrutum perdidiſſet, ſtatuam ex ære conflatam erexiſſe tradunt; cujus pectori characteribus antiquis inſculpenda curavit hæc verba, ما وراي مذهب i. e. *Non eſt pone me aditus:* Non ultra. *Sharhabili* filius.

24. شمر يرعش *Shamer Yaraaſh* i. e. *Shamer qui tremit*, *tremens*; a tremore qui ipſum occupaverat denominatus. *Naſheri* filius, vel juxta alios, *Africi:* ab eo *Samarcan-*

Digitized by Google

dam nomen traxiſſe volunt.

25. ابو مالك *Abu Mâlec, Shameri* filius.

26. عمران *Amrân, Ameri* filius, e poſteris *Cahlani*, tranſlato tunc imperio a poſteris *Hamyari* ad poſteros fratris ipſius *Cahlan*. Fuit *Amran* iſte كاهنا *hariolus*.

27. عمرو بن عامر *Amrus* filius *Ameri*, cui cognomen مزيقيا *Mazîkia*, quaſi *Dilacerator* dicas, inditum, * quod binas, quas quotidie induebat, veſtes, veſperi dilaceraret, eas vel ipſe rurſum induere, vel ut ab aliis induerentur, pati dedignatus †.

28. الاقرن *Al Akran*, filius *Abi Maleci*.

29. ذو حبشان *Dhu Habſhân, Akrani* filius; atque hic eſt qui *Taſmum* et *Jadiſum* (ut perhibent) e medio ſuſtulit.

30. تبع *Tobbaa, al Akrani* filius.

31. كليكرب *Colaicarb*, vel, ut *Al Jannabius* et *Ahmed Ebn Yuſef*, مليك يكرب *Molaic Yacrab, Tobbai* filius.

32. ابو كرب اسعد *Abu Carb Aſaad*; qui تبع الاوسط i. e. *Tobbaa medius*, cujus in *Alcorano* ‡ mentio; ſeptingentis ante *Mohammedem* annis floruiſſe perhibetur, ac primus *Caabæ* aulæa circumdediſſe. Ejus ſuaſu ac ignis, quem in rebus dubiis conſulebant, quod تاكل المبطل ولا تضر المحق *qui falſum prætenderet, conſumere ſoleret, qui verum diceret, intactum relinqueret*, indicio, *Hamyarenſes* ab idolorum cultu ad *Judaiſmum* converſi, atque inde fuit اصل اليهودية في اليمن *Judaiſmi apud Yamanenſes origo* §. Mortuus eſt a ſuis occiſus.

33. حسان *Haſſân, Tobbai* filius: hic cum eos qui pa-

* Abu'lFeda *paulo aliter, quod ſcilicet quoties in publicum prodiret, novam aſſumeret veſtem, lacerata priore.*

†V. Al Jauharium *et* Al-Firauzabadium, &c.

‡ Surat. 44 et 50.

§ V. Al Jannab. Ahmedem *et Scholiaſten* Ebn Abdûni.

Digitized by Google

trem interfecerant e medio ſuſtuliſſet, ipſe a fratre interfectus eſt.

34. عمرو *Amrus Tobbai* filius, cognominatus ذو الاعواد *Dhu'l awâd* i. e. *Dominus lignorum*, quod continuis vexatus morbis, ne ad ſeceſſum, niſi ſella portatus, iret.

35. عبد كلال *Abd Colâl, Dhul' awadi* filius.

36. تبع حسان *Tobbaa Haſſân*, (at *Abu'lFedæ Tobbaa* filius *Haſſani*, filii *Colaibarb*,) تبع الاصغر *Tobbaa minor*, vel *minimus*, dictus.

37. الحارث *AlHâreth, Amri* filius; qui et *Judaiſmum* amplexus eſt.

38. مرثد *Morthed, Colali* filius; poſt quem diviſum eſt *Hamyarenſium* imperium. Regnaſſe tamen poſt illum perhibetur,

39. وكيعة *Wacîaa, Morthedi* filius.

40. ابرهة *Abrahah, AlSabahi* filius; qui cognominatus eſt شيبة الكمد *Sheibato'lkamd.*

41. صحبان *Sahbân*: ita *Abu'lFeda*; at loco ejus habent *Al'Jannabius* et *Ahmed* ابن دقيقان *Ebn Dakîkân*, cui fuit celebris ille *Amri Ebn Maadi Carbi* gladius, صمصامة *Samſâma* dictus, qui cum poſtea in manus *Raſhidi Chalifæ* perveniſſet, ac ad ipſum *Græcorum* imperator gladios quoſdam præſtantes miſiſſet, ille coram legatis prehenſo *Samſama* eos omnes medios, raphanorum inſtar, ſcidit, ut ne minimum interim in *Samſamæ* acie veſtigium appareret.

42. ذو شناتر *Dhu Shanâter*. Ita, teſte *AlFirauzabadio*, dictus لاصبع زايدة له quod *digitus illi eſſet ſuperfluus*: at

Al'ſauharius الشناتر Yamanenſibus *inaures* dici ſcribit, atque inde cognominatum regem iſtum, cui nomen لخنبعة *Lachtiaah*. Homo impuriſſimus, qui pueros nobiles turpi libidine dehoneſtavit, quo *Hamyarenſium*, apud quos cinædum regnare nefas, imperio inepti eſſent.

43. ذو نواس *Dhu Nowâs*, ita *cincinnis* a tergo pendulis dictus, cum alias nomen ipſi eſſet يوسف *Yuſef*, ſeu *Joſephus*. Hic omnes qui *Judaiſmum* profiteri recuſarent in اخدود i. e. *foveam ignis* accenſam conjecit. Unde et صاحب الاخدود quaſi *Dominus foveæ* appellatus. Ejus meminit *Alcoranus* * : annis ſeptuaginta ante *Mohammedem* floruit.

* Surat. 85.

44. ذو جدن *Dhu Jadan*, i. e. *Voce amenâ præditus*. Ultimum hunc ſtatuit *Abu'lFeda* regum *Hamyarenſium*, quorum imperium (juxta ipſum) duravit annos 2020: at ſecundum *Al'Jannabium* et *Ahmedem*, ultra 3000. *Quot annos ſinguli regnarunt non deſignavimus* (inquit) *quod omnino incertum ſit quod iis vulgo attribuitur ſpatium*. Unde eſt quod dixerit Author تواريخ الامم i. e. *Ærarum*, ſeu Hiſtoriæ gentium, non eſſe inter omnes hiſtorias اسقم من تواريخ ملوك حمير i. e. *minus ſana quam hiſtoriæ regum Hamyarenſium, cum pro tot annorum ſpatio tam paucos numerent reges. Sex enim et viginti reges* (inquit) *numerant, quorum regnum* 2020. *annorum ſpatium compleat*. Hæc ille; at authorem ab eo citatum erroris hac ex parte incuſat *Al'Jannabius*, quod certum ſit et alios poſt *Mazikiam* regnaſſe. Niſi ita excuſari poſſit ut dicatur viginti ſex ſolum eſſe de quorum regno conveniat inter hiſtoricos. Annos ergo, quos ipſorum nonnullis aſſignant alii,

Digitized by Google

omiſimus et nos, *Abu'lFedæ* judicium ſecuti. Poſt *Dhu'l-Jadan* imperarunt regioni *Yaman* ex *Abyſſinis* et *Perſis* octo: deinde in *Moſlemannorum* poteſtatem redacta eſt. Ita *Abu'lFeda:* at *Al'Jannabius* et *Ahmed Ebn Yuſef* ultimum regum *Hamyarenſium* ſtatuunt *Dhu Nowas*, qui cum 260 annos, juxta *Al'Jannabium*, 66, juxta *Ahmedem*, regnaſſet, in anguſtias ab *Abyſſinis* redactus, in mare, equo concitato, irruens periit. Cauſa belli crudelitas ipſius erga Chriſtianos, quos vivicomburio, et variis cruciatibus, e medio ſuſtulit, qua motus النجاشي *AlNajâſhi Æthiopum* rex, copias ſuas contra ipſum in *Yaman* miſit. Sub ipſo tamen Chriſtianiſmum amplexos *Najrani* incolas refert *Al'Jannabius*.

45. ارياط *Aryât*, Æthiops.

46. ابرهة الاشرم *Abrahah alAſhram*; ita a *cicatrice* vulneris ipſi in facie inflicti denominatus. Hic eſt qui صاحب الفيل i. e. *Dominus elephanti* audit, ejus nempe, a quo capitulo Alcorani, quod سورة الفيل * dicitur, titulus. Caput ipſum, quod et breve ſit et ad illuſtrandam hiſtoriam faciat, apponemus. بسم الله الرحمن الرحيم الم تر كيف فعل ربك باصحاب الفيل الم يجعل كيدهم في تضليل وارسل عليهم طيرا ابابيل ترميهم بحجارة من سجيل فجعلهم كعصف ماكول i. e. *In nomine Dei miſeratoris, miſericordis. An non vidiſti quomodo egerit Dominus tuus cum dominis elephanti? an non dolum ipſorum irritum fecit, miſitque contra eos avium greges quæ in ipſos lapillos e † luto cocto dejicerent, eoſque poſuit inſtar ſegetis depaſtæ?* Hiſtoriam, ad quam alludi hic volunt, ita narrant interpretes. *Abraham* ſcilicet iſtum, *Yamani*

* i. e. *Surata elephanti*; quæ ordine 105ta.

† طين مطبوخ *Fallalain.*

ſub اصحمة *As'hama AlNajaſhi*, ſeu *Æthiopum* rege, præfectum in urbe *Sanaa* eccleſiam ſtruxiſſe, ad quam, neglectui habita *Caaba*, peregrinationes ab hominibus inſtitui voluit: eam cum *Arabs* quidam conſpurcaſſet, et indigne tractaſſet, ad iram provocatum *Abraham* ſe ad diruendam *Caabam* juramento obſtrinxiſſe, atque, ejus rei gratia collectis copiis, *Meccam* recta tetendiſſe. Fuiſſe illi * elephantem nomine محمود *Mahmûd*, qui, cum jam *Meccæ* propinquis faciem *Caabæ* advertere cogeretur, in genua procumbens progredi recuſabat; cum alio alacriter pergebat. Miſiſſe autem Deum avium greges, quæ ſingulæ ternos geſtabant lapillos, ore unum, pedibus reliquos, magnitudine inter lenticulam et cicerem, ejus tamen ponderis, ut cum in hominem galea obtectum deciderent, perforatis galea et homine (addunt *Jallalani*, et elephanto) in terram caderent: iis inſcripta fuiſſe perdendorum nomina †. Contigiſſe hoc tradunt anno *Anuſherwani* quadrageſimo ſecundo, quo et natus eſt *Mohammedes* ‡.

* *Ut alii, (teſte* Abu'lFeda) *plures.*

† *Vide* AlCeſhaf, AlBidawium, Jallalani, *qui Commentarios in Alcoranum ſcripſerunt*; *et Hiſtoricos* Abu'lFedam, AlJannabium, Ahmedem, &c.

‡ Abu'l Feda.

47. يكسوم *Yacſûm*, *Abrahæ* filius.

48. مسروق *Maſruk*, *Abrahæ* filius; qui ultimus *Æthiopum Yamano* imperavit, reverſo ad *Hamyarenſes* regno. *Æthiopum* autem imperium annos ſeptuaginta duos circiter duraſſe refert *AlJannabius*; regnante *Aryato*, viginti, *Abrahah*, quinquaginta circiter, *Yacſumo*, duos.

49. سيف بن ذي يزن *Saif Ebn Dhi Yazan*, *Hamyarenſis*; qui, impetratis ab *Anuſherwano* rege *Perſarum*, (quas fruſtra prius ab *Heraclio* imperatore petierat) copiis,

regnum avitum ex *Æthiopum* manibus eripuit: a quorum tamen aliquibus, quibus familiariter uſus eſt, et ipſe interfectus eſt. Mortuo eo, non alii *Yamano* imperarunt quam quos præficeret كسري *Ceſra*, ſeu *Perſarum* rex: ac pro *Saifo Ahmed Ebn Yuſef* ipſius filium معدي كرب *Maadi Carb* ſubſtituit, *Saifo* ſcilicet ante impetratas a *Ceſra* copias, in *Perſia* mortuo; *Maadi Carbo* ab *Æthiopibus* interempto, regnum a *Sabæ* poſteris penitus tranſiiſſe, præfecto a *Ceſra* primo وهزر *Wahzar*, poſt eum مرزبان *Marzabân*, deinde سبحان *Sîhân*, quarto جرجيس *Jorjîs*, ſeu *Georgio*, ultimo بازان *Bâzâno*, quo *Mohammedi* nomen dante, ad *Mohammedanos* devoluta *Yamani* præfectura, cujus partem a *Mohammede* accepit شهر *Shahr*, *Bazani* filius.

Atque hæc regum *Hamyarenſium* ſeries eſt, quorum ſingulis titulus erat تبع *Tobbaa*, ut *Romanis Cæſar*, *Perſis* كسري *Ceſra*; iis nempe qui regionibus حمير *Hamyar*, et حضرموت *Hadramut*, dominarentur; alios enim *Tobbaos* non audiiſſe teſtatur *AlFirauzabadius*. قيل لا يسمي تبعا حتي يملك حضرموت وسبا وحمير *Non inſigniebantur titulo Tobbai* (inquit *Ebn Athir*) *niſi qui Hadramut, Saba, et Hamyar, poſſiderent*. Fuiſſe tamen et in aliis *Yamani* partibus reges *Saba* oriundos teſtantur hiſtorici, ſed de quorum numero et nominibus nihil certi conſtet. Cur autem *Tobbai* dicti fuerint rationem hanc reddit *AlKodaï*, لان كل منهم يتبع صاحبه كما يقال الخلفا في الاسلام i. e. *quoniam alter alteri ſuccederet, eodem modo quo et Chalifæ poſt Mohammedem appellantur*. Nomen ergo *Tobbaï* in verſio-

Digitized by Google

ne adhibuimus, ad quod in voce متتابعة quæ *alii aliis ſuccedentes* ſonat, alluditur; tum quod in alio exemplari, a tineis eroſo, ſcriptum fuiſſe, præfixa ، copulæ nota, conjicimus والتبابعة, quod plurale eſt تبع. Dicti autem et alias *Yamanenſium* reges, اقيال *Akyâl*, et اقوال *Akwâl* a ſingulari قيل *Kail*, quaſi *dictatores* a قول quod *dictum* ſignificat: سمي لانه يقول ما شا فينفذ *Ita vocatur rex* (inquit *Al-Firauzabadius*) *quia dicat quicquid voluerit, et* * *tranſit* dictum ejus, ſeu ſubditos dicto obſequentes habeat: eandem ob rationem et † مقاول *Makâwel* ab eodem themate dicuntur. Aliis tamen placet, (ut et apud ipſum videre eſt,) hos titulos potius regibus minoribus, ſeu præfectis regum attributos: القيل ملك من ملوك حمير دون الملك الاعظم AlKail *rex eſt e regibus Hamyar, infra regem maximum*, inquit *Al'Jauharius*. Ita et *Abu'lFeda*; المقاول هم الذين يلون الجهات الكبار من اليمن i. e. alMakâwel *ſunt qui magnis Yamani provinciis præſunt*.

* الملك النافذ القول والامر Ebno'l Athir.

† *In fing.* مقول

REGES ARABUM الذين كانوا في غير اليمن i. e. QUI ALIBI QUAM IN YAMAN REGNARUNT; AC PRIMO ملوك الحيرة REGES HIRENSES.

1. Primus in ‡ *Hira* regnaſſe perhibetur مالك *Mâlec* quidam e *Cahlani* poſteris, ac floruiſſe tempore ملوك الطوايف i. e. *regum provinciarum*, ſeu partium; ita vocant reges quos provinciis *Perſiæ Alexandrum* præfeciſſe autumant.

‡ Yamano, *ſcilicet, ob* سيل العرم *inundationem* AlArem *egreſſus*.

2. عمرو *Amrus, Maleci* frater.

3. جذيمة *Jodaimah, Maleci* filius, الابرش *AlAbraſh* dictus لبرص كان له, ſcilicet ob *lepram* quæ ipſi inerat; unde

Digitized by Google

الابرص *alAbras* dicendus fuerat: quod ipſi nomen imponere veriti *Arabes*, الابرش *alAbraſh* dixerunt, quod mollius quid ſonare videtur, ſcilicet *maculis aſperſum*. Ita *AlFirauzabadius*. Hic eſt cujus et in proverbio mentio كنديماني جذيمة i. e. *Inſtar duorum Jodaimæ compotatorum*. Primus idem ex *Arabum* regibus qui ſibi المنجنيق i. e. *machinam bellicam*, ſeu *balliſtam*, confecit, primus cui * cerei præferebantur, primus quem † جذبت له البغال referentibus *Al'Jannabio*, *Ahmede Joſephi* filio, et Scholiaſte in *Ebn Abdûn*. Bellum cum *Amro* quodam *Amalekita*, qui *Meſopotamiæ* imperavit, geſſit, eumque e medio ſuſtulit: ipſe deinde a زبا *Zoba*, *Amri* filia, cujus amore irretitus fuerat, aſtu interfectus periit. Qui ſequuntur reges اللخميون *Lachmienſes*, ſeu *Lachmidæ* audiunt; e poſteris ſcilicet لخم بن عمرو بن سبا *Lachmi* filii *Amri*, filii *Sabæ*: dicuntur et المناذر *Mondari*, et ال المندر *Familia Mondari*.

4. عمرو بن عدي *Amrus Adi* filius, e رقاش *Rakâſh Jodaimæ* ſorore, qui avunculi ſui cædem ut ulciſceretur, dolo قصير *Koſairi* cujuſdam, qui *Jodaimæ* ſervus fuerat, obtinuit; hoc pacto. Præciſi *Koſairo* volenti nares, et tergum flagellis laniatum, quo melius ſe in gratiam *Zobæ*, quaſi *Amro*, a quo tam indigne tractatus fuerat ſummopere infenſus, inſinuaret, atque ita opportunitatem nactus vindictam de ea ſumeret; quod et fecit mercium (quibus importandis a *Zoba*, quæ fidem ipſi adhibuerat, præfectus eſt,) prætextu, hominibus armatis, quos ciſtis incluſerat, in ipſius arcem introductis: cujus facti memoria

* من رفع بين يديه

† i.e. *quem oblectarunt Muli.*

Digitized by Google

ne periret cautum eſt proverbio لامر ما جدع قصير انفه i. e. *Ob cauſam aliquam abſcidit ſibi Koſair naſum.* Eſt et ab *Amro* proverbium كبر عمرو من الطوق i. e. *Major eſt Amrus quam ut torque induatur.*

5. امر القيس *Amrio'l Kais, Amri* filius; cui cognomen البدا *AlBadâ*, i. e. الاول *Primus.*

6. عمرو *Amrus, Amrio'l Kaiſi* filius. Floruit regnante apud *Perſas Sâbûro Dhil Actâf* سابور ذي الاكتاف i. e. *Sâbûr Scapularum Domino* (qui inde dictus quod *Arabum,* quos devicerat, ſcapulas abſcinderet *, non quod ipſe latis humeris præditus eſſet, ut autumat doctiſſimus *Schichardus*). Mater ipſi fuit ماربة *Mâria,* cujus inaures in proverbium abiere; قرطا ماربة *Inaures Mariæ.* * Abu'lFeda.

7. اوس *Aus, Kalâmi* قلام filius, *Amalekitæ.*

8. Alius quidam ex *Amalekitis* ἀνώνυμος, deinde reverſo ad *Lachmidas* regno.

9. امر القيس *Amrio'lKais, Amri* filius, cognominatus المحرق *AlMohrek*, i. e. *Uſtor*, quod primus fuerit qui ſontes igne cruciavit; اول من عاقب بالنار

10. النعمان الاعور *AlNoomân AlAwar* i. e. *Luſcus, Amrio'l Kaiſi* filius, qui cum annos triginta regnaſſet, تزهد وخرج من الملك i. e. *rerum mundanarum curam abjecit et regno ſe abdicavit*, dicens اي خير في ملك اخره الي نفاد i. e. *Quid prodeſt regnum, quod certo periturum eſt?* Factum hoc regnante apud *Perſas* بهرام جور *Bahrâm Jaur, Yazdejerdi* filio. Condidiſſe fertur *AlNooman* iſte decantatas *Arabum* carminibus et proverbiis arces الخورنق *AlChawarnak*, et السدير *AlSadîr*. *Chawarnaki* opifex سنمار *Senem-*

Digitized by Google

mâr, ab eo de arcis quam ſtruxerat faſtigio præceps datus, proverbio anſam dedit, جزا سنمار *Senemmari præmium*, teſtibus *Al'Jauhario*, *AlFirauzabadio*, *Safio'ddino*, et *Al-Midanio*.

11. المنذر *AlMondar*, *Noomani* filius, regnavit imperante *Perſis Firauzo*, *Yazdejerdi* filio.

12. الاسود *AlAſwad*, *AlMondari* filius. Hic *Gaſſanidas*, *Arabes* ſcilicet *Syriæ* incolas, bello ſuperavit, multoſque e regia ipſorum familia captivos cepit: tradunt alii (referente *Ahmed Ebn Yuſef*) prævaluiſſe ipſi *Gaſſan*; atque ipſum interemiſſe: tempore item *Firauzi*.

13. المنذر *AlMondar*, *AlAſwadi* frater.

14. علقمة الذمبلي *Alkamah AlDhamyali:* eſt autem ذمبل *Dhamyal* familia quædam *Lachmidarum*.

15. امر القيس *Amrio'l Kais*, filius *Noomani*, filii *Amrio'lKais alMohrek:* hunc eum eſſe qui *Senemmarum* de arce quam ipſi ſtruxerat præcipitem dejecit, volunt *Abu'l Feda*, *Al'Jannabius*, et *Ahmed Ebn Yuſef*.

16. المنذر *AlMondar*, *Amrio'lKaiſi* filius, cujus mater nomine ماوية *Mâwiah*, *Auſi* filia, ob inſignem pulchritudinem cognominata eſt ما السما *Mao'ſſamâi*, i. e. *Aqua cæleſtis*; unde et ipſe *AlMondar Ebn Mai'ſſamâi* audiit, et poſteri ejus بنو ما السما *Filii aquæ cæleſtis:* quæ appellatio regibus hiſce *Eracenſibus* communis eſt cum iis qui in *Syria* regnarunt, teſte *Al'Jauhario*; ita ſcilicet denominatis a patre ſuo ابو عامر *Abu Amer Azdienſi* (qui et *Amri Mazikiæ* pater) qui *Mao'ſſamai*, ſeu *Aqua cæleſtis* dici meruit, لانه خلف منه i. e. *quod vices ejus*, popularibus

ſuis annonæ caritate oppreſſis, *ſuppleret*, vel, ut loquitur *Al'Jannabius*, لانه كان يقيم ماله مقام القطر اي عطا وجودا *quod liberalitate ac beneficentia ſua opes ſuas pluviæ loco ſubſtitueret*, ſeu opibus ſuis largiter in ipſos erogatis pluviæ defectum compenſaret. In locum autem *AlMondari* iſtius regno pulſi ſuffectus eſt, a *Ceſra* (ſeu *Choſroe*) *Kobade*, *Perſarum* rege, *AlHareth*.

17. الحارث *AlHáreth Ebn Amri Cendienſis*; quo deinde pulſo *AlMondarum* reſtituit *Anuſherwan*, *Kobadis* filius. Cujus rei cauſa fuit quod *Mazdaci* cujuſdam impuriſſimi nebulonis hæreſin, quam amplexus eſt *Kobad*, ſequi noluerit *AlMondarus*, nec *AlHarethum* eam amplexum pati *Anuſherwan*. Digna eſt relatu hiſtoria quæ apud *Abu'lFedam* in vita *Anuſherwani* occurrit; quæ ut intelligatur, præmittendum quod in vita *Kobadis* de *Mazdaco* ejuſque doctrina refert: ipſum ſcilicet ſe prophetam mentitum præcepiſſe hominibus بالتساوي في الاموال وان يشركوا في النسا لانهم اخوة لاب وام ادم وحوا i. e. *ut opes et uxores communes haberent, utpote qui fratres eſſent iiſdem parentibus Adamo et Eva geniti.* Siquidem (ut refert *Shahreſtanius*, qui eum ejuſque aſſeclas inter *Manichæorum* ſectas numerat) cum omnia inter homines diſſidia, odia, et bella tolli vellet, quæ plerumque بسبب النسا والاموال i. e. *mulierum et opum cauſa oriri videret*, non aliter qualem ſibi finxit pacem ſtabiliri poſſe autumavit, quam ſi ea quæ unuſquiſque ſibi maxime propria ducit, omnibus communia faceret, eodem modo quo ſe habent الما والنار والكلا i. e. *aqua, ignis, et gramen.* Magno hominum

malo in ſententiam ſuam traxerat impoſtor iſte *Kobadem* regem, cui cum ſucceſſiſſet melior patre filius *Anuſherwan* العادل i. e. *Juſtus* cognominatus, profeſſus eſt ſuis duo ſe Deo voviſſe, ſi ad imperium perveniret, peragenda. Primum ſcilicet, ſe *Mondari* familiæ regnum *Hiræ* reſtituturum; alterum, ſe *Mazdaci* aſſeclas, qui rerum ſtatum penitus turbaverant, e medio ſublaturum. Regerente *Mazdaco*, qui ſolio ipſius adſtitit, Tantamne hominum multitudinem morte afficies? Erit hoc فساد في الارض *deſolationem terræ accerſere*, cui reparandæ non perdendæ præfecit te Deus; Heus * impuriſſime homuncio, inquit rex, annon meminiſti quod cum a *Kobade* petiiſſes ut copiam tibi cum matre mea pernoctandi faceret, atque impetraſſes, ego tibi occurrens ac pedes tuos deoſculatus (cujus oſculi fœtor adhuc nares occupat) non deſtiterim rogare donec a te obtinuerim, ut ab ea abſtineres? Ita eſt, reſpondit *Mazdacus*. Occidi ergo eum juſſit rex, atque occiſi cadaver flammis tradi, aſſeclas item ipſius e medio tolli, ut et *Manichæos*, quo antiquam Magorum ſectam ſtabiliret: ita rebus in ordinem redactis, et unoquoque opes uxorem ac liberos ſuos ſibi habere juſſo, datiſque illis qui a *Mazdacianis* Venere promiſcua geniti fuerant, legitimis uxorum maritis in vernas, imperii ſtatum, qui in ruinam vergere maleficorum iſtorum nequitia cœperat, in integrum reſtituit. Illorum qui *Mazdaco* adhæſerunt hic erat (referente *Ahmede Joſephi* filio) prætextus: نحن نقسم بين الناس ونرد على الفقرا حقوقهم من الاغنيا *Nos res inter homines æqualiter dividi-*

* Ad verb. *Fili meretricis* ابن الخبيثة

Digitized by Google

mus; *nos pauperibus, quæ illis a divitibus debebantur, reſtituimus:* quo obtentu, كانوا يدخلون علي الرجل فيقتلونه علي امواله ونسايه i. e. *quemlibet libere invadentes, ipſi opum vel mulierum cauſa vitam eriperent.*

18. عمرو *Amrus, AlMondari* filius, cognominatus مضرط الحجارة *Modreto'l hajârah*, ac ſi dicas *Lapillos* ἀποπρόωνι, ſcilicet لشدته وصرامته *ob ſummam ejus audaciam, et robur invictum*, teſte * *Al'Jauhario*; dictus alias بن هند *Ebn Hend*, a matre *Henda*. Anno regni ejus octavo natus eſt *Mohammedes*.

* In ضرط

19. قابوس *Kábûs, Amri* frater: quem tamen volunt alii non regnaſſe, ſed quod regis et filius fuerit et frater, eodem ipſum titulo inſignitum.

20. المندر *AlMondar*, ipſius itidem frater.

21. النعمان *AlNoomân, AlMondari* filius, qui ابو قابوس *Abú Kábûs* cognominatus eſt: hic eſt (inquit *Abu'lFeda*) الذي تنصر i. e. *qui Chriſto nomen dedit*. Cauſam ejus ad *Chriſtum* converſionis hanc narrant *Arabum* † hiſtoriæ, *AlNoomano* iſti amici, ſeu compotatores, bini erant, quos aliquando ebrius vivos (vino tantum ſomnoque ſepultos) ſepeliri juſſerat. Facti autem, cum a vino expergiſceretur, pœnitentia ductus, in veteris amicitiæ memoriam tumulum illis condidit, ac duos ſibi dies ſtatuit, quorum alterum يوم بوس i. e. *diem triſtitiæ*, alterum يوم نعيم *diem lætitiæ* appellavit, hac lege in perpetuum obſervandos, ut ſi die qui triſtitiæ dicatus fuerat, cuipiam profectus occurreret, fuſo ipſius ſanguine tumulum iſtum tingeret; ſi eo qui lætitiæ, muneribus onuſtum dimitteret. Die

† AlMidani, *et* Ahmed Ebn Yuſef.

Digitized by Google

igitur triſtitiæ cum ei occurreret *Taiyenſis* quidam, a quo benigne quondam, cum venatu defeſſus et a comitibus divulſus in ipſius tugurium incidiſſet, exceptus fuerat, quem nec dimittere voluit contra morem diei, nec interficere ſalvo hoſpitii jure (cujus obſervantiſſimi *Arabes)* poterat, ita utrique ſatisfaciendum putavit ut miſerum, vade dato, qui, niſi poſt elapſum annum certæ neci deſtinatus rediret, ipſius vice mortem ſubiret, opibus, quibus familiæ ſui jacturam compenſaret, ditatum remitteret. Vadem ſe ſiſtit, miſericordia erga peregrinum, et de rege tam bene meritum, commotus, ex aulicorum præcipuis quidam. Cum adveniſſet igitur dies qui ſpatii conceſſi ultimus erat, nec dum rediiſſet *Taiyenſis*, rex, ſervi morte hoſpitem non invito redempturus, aulicum ad mortem poſcit. Nondum elapſum eſſe tempus; quod non niſi veſpera terminandum eſſet, clamitant qui adſtant, debere adhuc expectari *Taiyenſis* adventum, qui et dum hæc aguntur advenit. Miranti regi viri conſtantiam, qui ſe morti, quam vadis periculo effugere poterat, libenter offerret, ac quid illum promiſſi adeo tenacem faceret, ut ejus ſervandi gratia vitæ alienæ majorem quam ſuæ rationem haberet roganti, reſpondit ille, Ita ſe religionis quam profiteretur præceptis edoctum. Quærenti rurſus, Quænam eſſet iſta religio; Chriſtiana, inquit. Rex ergo cum fidei Chriſtianæ dogmata ſibi exponi petiiſſet, eam amplexus ac *Taiyenſi* et vade vivere juſſis, barbarum, cui inſueverat, morem penitus abolevit, unaque cum ipſo in *Chriſtum* crediderunt, اهل الحيرة اجمعون

omnes Hiræ incolæ, teſte *AlMidanio:* at nec tum primum *Chriſtianiſmum Hirenſibus* innotuiſſe, nec *AlNoomanum* primum ex illis qui imperium ibi tenuerunt, *Chriſto* nomen dediſſe diſcimus ex *Abu'lFeda* in Geographia ſua, ubi *Hiræ* urbem deſcribens hæc habet, وكانت منازل ال النعمان بن المنذر وبها تنصر المنذر بن امرء القيس وبني بها الكنايس العظيمة i. e. *Fuitque ſedes familiæ AlNoomani Ebni'l Mondari, atque in ea fidem Chriſtianam amplexus eſt AlMondar Ebn Amrii'l Kaiſi, et eccleſias magnas in ea ſtruxit. AlMondarus* autem iſte *AlNoomani* noſtri avus fuit. Porro ab *AlNoomano* iſto *Tulipæ* apud *Arabes* nomen ceperunt, qui quod eas magni fecerit et communes eſſe primus vetuerit, dictæ ſunt شقايق النعمان *Flores variegati AlNoomani*. Hic, cum annos viginti duos regnaſſet, a *Coſroe Parwiz* occiſus eſt; ac tranſlatum deinde *Hiræ* regnum a *Lachmidis* ad *Aiyaſum Taiyenſem*.

22. اياس *Aiyâs*, ſexto regni ejus menſe prophetam agere cœpit *Mohammedes*.

23. زادويه *Zâdawaih*, *Mahani* filius, *Hamdanenſis*.

24. المنذر *AlMondar*, filius *Noomani*, filii *Mondari*, filii *Mondari*, filii *Mai'ſſamâi*, المغرور *AlMagrûr* appellatus. Qui *Hiræ* imperavit uſque dum eam occupaverit *Chaled Ebno'l Walid*. Duravit autem *Mondarorum*, qui ال نضر ſeu poſteri *Nadari Ebn Rabiæ* cenſentur, regnum, teſte *Ahmede*, annos ſexcentos viginti duos, menſes octo. Fueruntque عمالا للاكاسرة علي عرب العراق مثل ما كان ملوك غسان عمالا للقياصرة علي عرب الشام i. e. *præfecti Arabibus Eracenſibus a Ceſrais*, ſeu Perſarum regibus, *ut reges*

Gaſſanii Arabibus Syriæ a Cæſaribus. Sic *Procopius* Ἀλαμούνδαρον τῶν παρὰ Πέρσαις, *Aretham* vero τῶν παρὰ Ρωμαίοις Σαρακηνῶν regem vocat, in *Perſicis* apud *Photium*. Obiter autem hic notare liceat quid de iſta regum *Perſiæ* appellatione, كسري *Caſra*, ſive *Ceſra* obſervarunt doctiſſimi grammatici *Al'Jauharius* et *AlFirauzabadius*, eſſe ſcilicet معرب *Arabicum factum*, ſeu ad linguæ *Arabicæ* normam formatum a *Perſico* خسرو *Choſrau*, quod ſonat (inquit *AlFirauzabadius*) واسع الملك i. e. *Late regnans*.

Quatuor autem eorum, qui in *Perſide* ante propagatam *Mohammedis* ſectam regnarunt, ordines ſtatuunt *Arabum* hiſtorici; quorum primus eſt البيشدادية *AlPiſhdâdarum*, quia ſcilicet appellatio illis communis erat بيشداد *Piſhdâd*, quod ſonare dicunt اول سيرة العدل i. e. *Primus curſus* (ſeu vitæ, vel ſectæ) *juſtitiæ:* at in margine illius quo uſus ſum *Abu'lFedæ* exèmplaris annotatum reperio, eſſe تفسيره *interpretationem* ſeu *ſignificationem ejus* كثير العدل *Abundans juſtitia*; بيش *Piſh*, ſcilicet *multum*, داد *dâd*, *æquitatem* denotare. Secundus الكيانية *Caiâniorum*, quorum ſcilicet nominibus (teſte *Al'Jannabio*) præmitti ſolebat كي *Cai*, quod * عظيم i. e. *magnus*, ſonat: ut كي قباد *Cai Kobâd*, qui eorum primus, &c. Eorum ultimus *Darius*, qui ab *Alexandro* victus. Tertius الاشغانية *Aſhgâniorum*, ſeu *Aſhganidarum*, qui a patre, ut videtur, اشغان *Aſhgân* denominati; cujus filius اشغا *Aſhgâ*, primus eſt de quo aliquid memoriæ proditum eſt. Quartus الاكاسرة *Ceſraorum*, ſeu *Choſrævorum*, qui ſcilicet communi *Choſrau* appellatione gaudebant, qui idem et الساسانية *Saſanidæ*, ab avo

* *In Nomencl. Perſico-Turc.* كي *redditur* باشاه Baſha; [*vel potius*— پادشاه Pâdſhâh, *i. e.* Rex. V. Meninſki *Theſaurum.*]

Digitized by Google

ipſorum ساسان *Sâſân* denominati. Sed ad *Arabes* noſtros revertendum.

REGES GASSANII. ملوك الغسان

Erant hi a *Cæſaribus Arabibus Syriæ* præfecti, origine *Yamanenſes*, ex *Azdenſium* familia, unde inundationem العرم *alArem* ſæpius memorata, migrare coacti, ſedem ad aquam in *Syria*, quæ غسان *Gaſſân* appellata eſt, fixerunt, atque inde denominati ſunt. Ante eos *Syriam* occuparunt *Arabes* الضجاعمة *AlDajaamii* dicti, *Salihenſes*, quibus illi fugatis, ac regibus eorum occiſis, ſucceſſerunt.

1. جفنة *Jafnah* filius *Amri*, filii *Thaalabæ*, filii *Amri*, filii *Mazikiæ*, cujus imperio occiſis regibus *Salihenſibus*, ſubmiſerunt ſe *Arabes Kodaenſes*, et qui in *Syria Damaſcena* erant *Græci*, الروم.

2. عمرو *Amrus Jafnæ* filius: qui in *Syria* multa ſtruxit * monaſteria, veluti دير خالد *Dair Châled*, et دير ايوب *Dair Ayûb*, et دير هند *Dair Hend*.

* *Seu* vicos: عدة الديور

3. ثعلبة *Thaalabah*, *Amri* filius.

4. الحارث *AlHareth*, ſeu *Aretas*, *Thaalabæ* filius.

5. جبلة *Jabalah*, *AlHarethi* filius.

6. الحارث *AlHareth*, *Jabalæ* filius.

7. المندر الاكبر *AlMondar alAcbar*, i. e. *maximus*, *Harethi* filius.

8. النعمان *AlNooman*, *AlMondari* frater.

9. جبلة *Jabalah*, ejuſdem frater.

10. الايهم *AlAiham*, eorundem frater.

11. عمرو *Amrus*, prædictorum etiam frater.

12. جفنة الاصغر *Jafnah alAſgar*, i. e. Minor, *AlMon-*

Digitized by Google

dari alAcbari filius: hic urbem *Hiram* incendit, inde ipsius posteri ال المحرق i. e. *familia incendiarii* dicti.

13. النعمان الاصغر *AlNooman alAsgar*, ipsius frater.

14. النعمان *AlNooman*, filius *Amri*, filii *AlMondari*: volunt quidam patrem ipsius *Amrum* regem non fuisse.

15. جبلة *Jabalah*, *AlNoomani* filius: hic cum *AlMondaro Mai'ssamâi* filio bellum gessit.

16. النعمان *AlNooman*; *AlAihami* filius.

17. الحارث *AlHareth*, ipsius frater.

18. النعمان *AlNooman*, *AlHarethi* filius.

19. المنذر *AlMondar*, *AlNoomani* filius.

20. عمرو *Amrus*, ipsius frater.

21. حجر *Hajar*, eorundem frater.

22. الحارث *AlHareth*, *Hajari* filius.

23. جبلة *Jabalah*, *AlHarethi* filius.

24. الحارث *AlHareth*, *Jabalæ* filius.

25. النعمان *AlNooman*, *AlHarethi* filius; qui et ابو كرب *Abû Carb*, et قطام *Kotâm* appellatus.

26. الايهم *AlAiham*, *Jabalæ* filius; qui et *Tadmori* dominus.

27. المنذر *AlMondar*, ipsius frater.

28. شراحيل *Sharâhîl*, eorundem frater.

29. عمرو *Amrus*, prædictorum etiam frater.

30. جبلة *Jabalah*, filius *Harethi*, filii *Jabalæ*.

31. جبلة *Jabalah*, *AlAihami* filius, qui regum *Gassaniorum* ultimus, sub *Omaro Chalifa Mohammedi* nomen dedit, deinde *Constantinopolim* petiit, ubi se *Christianum* professus est. De spatio quo regnarunt *Gassanii* in *Syria*

Digitized by Google

dubitatur: quidam annorum quadringentorum fuiſſe aiunt, alii ſexcentorum. Multi ex iis *Harethi*, ſeu *Aretæ* (ut Græce et Latine effertur) dicti; at omnes *Arabum* φυλάρχας *Aretas* appellatos, quod aſſerit *Scaliger*; ab *Arabibus* obſervatum nondum reperi.

Scholiaſtes in Poema *Ebn Abdûni* paulo aliter quam *Abu'lFeda*, &c. Primus (inquit) Regum *Syriæ* fuit الحارث *AlHareth*, filius *Amri*, filii *Ameri*, filii *Harethæ*, filii *Amrii'lkais*, filii *Mazeni*, filii *AlAzdi*, &c. qui et ابن ابي شمر *Ebn Abi Shamer* appellatus. Succeſſerunt ipſi in imperio * سبع وثلثون *triginta et ſeptem* reges, ſpatium autem quo regnarunt erat annorum ſexcentorum et ſedecim, uſque ad ultimum ipſorum جبلة *Jabalah*, qui imperante *Omaro Chriſtianiſmum* amplexus eſt. Quod ſi ita ſe habeat, ac *B. Paulus* anno Chriſti triceſimo quarto (ut *Sethus Calviſius*) per *Damaſci* munimenta in ſporta demiſſus ſit, *Omar* autem anno ſexcenteſimo triceſimo quarto imperare cœperit, erit *Aretas* iſte cujus mentio in epiſtola ad *Corinthios* ſecunda †, e prioribus familiæ *Gaſſaniæ* regibus, forſan primus iſte *Harethus*.

* *Male in exempl. quo uſus ſum legitur,* سبعون وثلثون

† Cap. xi. 32.

ملوك جرهم REGES JORHAMIDÆ.

Regnante *Yaarabo* in *Yaman*, regnavit in *Hejaz*,

1. جرهم *Jorham*, ipſius frater.
2. عبد يالبل *Abd Yâlîl*, *Jorhami* filius.
3. جرشم *Jorſham*, *Abd Yalili* filius.
4. عبد المدان *Abdo'l Madân*, *Jorſhami* filius.
5. نغيلة *Nogailah* (vel forſan نقيلة *Nakîlah*, vel نفيلة *Nofailah*, *Abdo'lMadani* filius.

Digitized by Google

6. عبد المسيح *Abdo'lMaſih, Nogailæ* filius.
7. مضاض *Modâd, Abdo'lMaſihi* filius.
8. عمرو *Amrus, Modadi* filius.
9. الحارث *AlHareth*, ipſius frater.
10. عمرو *Amrus, AlHarethi* filius.
11. بشر *Baſhar*, ejus frater.
12. مضاض *Modâd*, filius *Amri*, filii *Modadi*.

Cum *Jorhamidis* iſtis affinitatem contraxiſſe perhibent *Iſmaelem*, ducta in uxorem *Modadi* filia; eoſdem ab ipſius poſteris ſedibus pulſos *Johainam* ſe contuliſſe, ubi poſt varios caſus irruente tandem aquarum diluvio obruti atque abſumpti ſunt *.

* AlJannab.

ملوك كندة REGES CENDÆ, SEU CENDINI.

1. حجر *Hojr*, qui dictus eſt اكل المرار *Acelo'lMorâr*, i. e. *Comedens* alMorâr, quæ fruticis amari ſpecies eſt; appellationem ſortitus a dicterio uxoris ipſi infenſæ, quæ eum camelo fruticem iſtum depaſcenti aſſimilavit, quod ſcilicet (ut monet *AlFirauzabadius*) contractiora ei eſſent labia quam ut dentes abſconderent. Inde et poſteri ejus بنو اكل المرار *Filii Acelo'lMorâr* audiunt †. Nomen كندة *Cendæ*, (a quo *Cendini*, ſeu *Cendenſes*,) fuit ثور *Thaur*, e poſteris *Cahlani* filii *Sabæ*. Quod ad populi autem ſtatum, antequam imperaret illis *Hojrus*, *Erant*, inquit Abu'lFeda, بغير ملك فاكل القوي الضعيف i. e. *rege deſtituti, ac devorabat potentior infirmum*; quibus malis regis beneficio liberati ſunt.

† V. AlJauharium.

2. عمرو *Amrus, Hojri* filius, المقصور *AlMakſûr* appellatus (quaſi *Contractum*, ſeu *Abbreviatum*, dicas) ſcilicet

Digitized by Google

لانه اقتصر علي ملك ابيه i. e. *quod regno patrio contentus fuerit, atque intra ejus limites se continuerit.*

3. الحارث *AlHareth, Amri* filius. Atque hic ille est quem *Kobades*, quod *Mazdaci* sectæ adhæreret, pulso *Al-Mondaro, Lachmenſibus* præfecit, ac iterum præfectura dejecit *Anuſherwan*, restituto *AlMondaro*. Hostes qui ipsum insequerentur fugiens se ad ديار كلب *Diyar Calb* recepit, ubi tandem esse desiit: de modo quo periit dubitatur.

Præfecit autem *AlHareth* iste τοῖς *Bani Asad* filium suum حجر *Hojrum*, aliisque tribubus alios e filiis suis: scilicet *Becro Ebn Wayel* شراحيل *Sharahilum*, *Kais Gilano* معدي كرب *Maadi Carbum*, *Taglabo* et *AlNemro* سلمم *Selmam*. *Hojrus* iste pater fuit امرء القيس *Amri'lKaisi*, poetæ celebris. Imperavit ad tempus *Asadenſibus*, quos cum, ob insidias ipsi structas, durius aliquando tractasset, ab ipsis demum astu interfectus est; quo audito, auxilium contra eos petiit *Amrio'lKais* a tribubus *Becr* et *Taglab*, atque impetrato, ipsos fugavit: postea autem, dissipatis præ metu *AlMondari* quas habebat copiis, ipse ab his ad illas e tribubus *Arabum* subinde se contulit, donec tandem *Cæsarem*, opem petiturus, accesserit, atque ab eo reversus in ditione *Græcorum* prope *Ancyram* diem obierit. Quod autem dicant nonnulli imperatorem illi veste veneno imbuta mortem conciliasse, sibi videri ait *Abu'l-Feda* من الخرافات i. e. *inter aniles fabulas*, seu res plane confictas, numerandum. Porro regibus *Cendinis* accenset *AlFirauzabadius* ابن ام القطام *Ebn Ommi'lKotâm* quendam.

Digitized by Google

عدة من ملوك العرب متفرقين

REGES ARABUM DIVERSI.

1. عمرو بن لحي *Amrus, Lahii* filius, e *Cahlani* poſteris. Imperavit *Hejazo:* frequens ejus in *Arabum* antiquiorum hiſtoria mentio. Eo oriundos ſe prædicant *Chozaenſes*, eſſe ſe ſcilicet poſteros *Caabi* filii *Amri*. Atque hic eſt qui primus idola in *Caabam* invexit, et *Hobalum*, *Aſafum*, et *Nayelam*, de quibus plura loco ſuo (Deo volente) dicturi ſumus, *Arabibus* colenda obtulit.

2. زهير بن الحباب *Zohair, Ebno'l Habâb, Ebni'l Hobal, Calbenſis*, qui الكاهن i. e. *Ariolus*, ob miram ingenii ſagacitatem, appellatus eſt: μακρόβιος fuit, ac multis victoriis celebris. Aſſumptis ſecum *Kodaenſibus, Bani Gatfan*, ſeu *Gatfanidas*, bello aggreſſus eſt, quod ſibi aſylum ac locum, inſtar ejus qui *Meccæ* eſt, ſacrum conderent. Cum *Abrahah alAſhramo*, elephanti domino, amicitiam coluit. Tandem nimia vini meraci ingurgitatione mortem ſibi conciliavit.

3. كليب *Colaib Ebn Rabiæ*, &c. cui nomen وايل *Wayel*, *Colaib* cognomen: τοῖς *Bani Maad*, ſeu *Maadenis*, imperavit. Tanta fuit ſuperbia ut nec venatu capi feras in locis ſibi vicinis pateretur, nec una cum camelis ſuis aquatum duci aliorum camelos, nec accendi ad ignem ipſius, ignem [vel, *juxta ipſius ignem*, لا يوقد نار مع ناره]. A *Jaſſaſo* tandem interfectus eſt, ſcilicet quod ipſe camelæ سراب *Sarâb* dictæ, quam in loco a ſe aliis interdicto paſcentem inveniret, ubera ſagitta transfixiſſet: erat camela cujuſdam quem hoſpitio exceperat بسوس *Baſſus*,

Digitized by Google

Jaſſaſi amita. Factum hoc cum belli diuturni, annorum ſcilicet quadraginta cauſa fuerit, in proverbiis dicunt اشام من سراب i. e. *Ominis magis infauſti quam Sarâb*, et اشام من بسوس *Ominoſior Baſûſa*. Liceat hic obiter notare morem regum et eorum qui plus cæteris olim apud *Arabes* pollerent, locis et paſcuis, quæ ſibi propria eſſe voluerunt, aliis interdicendi. Ita memorant *Al'Jauharius* et *Al'Firouzabadius* مصاجر regum *Yamanenſium*, i. e. loca quæ ſui tantum juris eſſe voluerunt; كان لكل واحد حمي لا يرعاه غيره i. e. *Erat unicuique eorum locus aliis interdictus, in quo nemini præter ipſum paſci liceret*. Quod tamen non ab *Yamanenſibus* ſolum factitatum, ſed et alias in uſu; quos autem ſibi limites præſcriberent, et qua lege, ita nos docet *Ebno'l Athir*; كان الشريف في الجاهلية اذا نزل ارضا في خبة استعوى كلبا فحمى مدى عواء الكلب لا يشركه فيه غيره وهو يشارك القوم في ساير ما يرعون فيه i. e. *Mos erat temporibus ignorantiæ, ut cum princeps ſedem apud tribum aliquam figeret, canem ad latrandum compelleret, et totum illud terræ ſpatium quo audiri poſſet latratus canis, ſibi proprium eſſe juberet, nec alii cuipiam permiſſum; cum ipſius interim gregibus quæcunque eſſent populo paſcua libere pervagari liceret.*

4. مهلهل *Mohalhel Ebn Rabiæ, Colaibi* frater; qui convocatis *Taglabenſium* familiis, bellum cum *Becrenſibus* geſſit, quo fratris mortem ulciſceretur.

5. زهير بن جديمة *Zohair Ebn Jodaimah*. Erat iſti a tribubus *Hawazenenſium* vectigal, quod quotannis in celebri *Arabum* foro عكاظ *Ocâdh* accipere ſolebat. A *Chaledo* quo-

dam occisus est; qui cum deinde ad *AlNoomanum Amri'l-Kaisi* filium *Hiræ* regem, confugisset, atque ab ipso in tutelam receptus, ab *AlHaretho* quodam, qui eum insecutus est, clam interfectus esset, causa fuit multorum bellorum.

6. قيس الملك *Rex Kais, Zohairi* filius. Dominus hic fuit equorum celeberrimorum *Dahes* et *Gæbrah*, quibus cum cursu, provocante *Hadifa* quodam, cum duobus aliis pignore centum camelorum contenderet, ortum inde dissidium diuturni et notissimi apud *Arabes* belli causa fuit. Rex *Kais*, juxta quorundam sententiam, demum pœnitentia ductus religionem *Christianam* amplexus est, et *Ammanum* profectus, ترهب *monachus factus*.

Atque hi sunt quos recensent historici *Arabum* antiquorum reges; qui tamen omnes qui ubique apud eos regnarunt minime recensuerunt, sed eos solum من اشتهر ملكه وعرفت مملكته (ut loquitur * *Ahmed Ebn Yusef*) i. e. *quorum et celebre fuerit regnum, et ubi regnaverint notum.*

* Cap. xvii.

Non est hic animus in ea, quæ passim apud scriptores *Græcos* et *Latinos* occurrunt, harum rerum vestigia inquirere: ad pauca saltem quæ in promptu sunt digitum intendere liceat. Scribit *Philostorgius* libro tertio Historiæ Ecclesiasticæ (cujus indicium debeo Clarissimo et Doctissimo Viro *Gerardo Langhainio* S. Th. D^ri, et Collegii Reginensis apud *Oxonienses* præposito, qui ex eo a *Photio* excerpta, antequam ederentur, manu propria e Bibliothecæ publicæ codice MS. transcripserat) *Theophi-*

Digitized by Google

lum olim, primum *Conſtantini*, deinde *Conſtantii* nomine, legatione functum ad eos qui olim *Sabæi*, tunc temporis *Homeritæ* vocabantur, (quos *Cetura Abrahami* uxore oriundos, et e quibus fuiſſe eam quæ *Salomonem* adierit, reginam aſſerit,) eum qui tum genti præerat ad Chriſti fidem amplectendam hortatum, ab ipſo obtinuiſſe ut tres Chriſtianis eccleſias in regione iſta extrueret, unam in ipſa regionis metropoli *Tafaro*, i. e. ظفار; alteram in *Romanorum* emporio *Adane*, i. e. عدن; tertiam in emporio *Perſarum*, quod ſinus *Perſici* oſtio adjacet. Quo *Hamyaritis* imperante hoc factum ſit, cum regis nomen ſilentio præterierit, omnino incertum eſt.

Mawiæ, *Arabum* reginæ, frequens apud Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſcriptores mentio: at cui genti præfuit? In regum certe *Hirenſium* ſerie fœmina percelebris hoc nomine occurrit, *Amri'lKaiſi* regis decimi quarti conjux, *AlMondari* decimi quinti mater, at ut eam eſſe, cujus meminerunt hiſtorici, credamus, non fert annorum ratio, cum eam ſub *Valentiniano* collocent, hæc autem ad *Juſtiniani* tempora propius accedat. *AlMondarus* enim ipſius filius is videtur cujus in bellis inter imperatores *Romanos* et *Kobadem*, ac *Anuſherwanum* (quem, titulo pluribus communi, *Coſroem* vocant *Græci*) *Perſiæ* reges mentio; ac idem forſan ad quem miſſum a *Juſtino* legatum ſcribit *Gregorius* noſter his verbis وفي هذه السنة وجه يوسطينيانوس وفدا الى المنذر ملك العرب ليصالحه لانه كان غزا الروم وخرب وسبي وكان سبب الفتنة بين العرب والروم اضطهاد الملك يوسطينيانوس الاباء القايلين بالطبيعة الواحدة لان

النصاري العرب يومیذ انما كانوا يعتـقدون اعتقاد اليعاقبة لا غيره ⁘

i. e. *Eoque anno* (ſcilicet ſeptimo imperii ſui) *miſit Juſtinianus* (lege *Juſtinus*, nam et hunc *Juſtinianum* vocat, atque ita tres ordine recenſet *Juſtinianos*) *legatum ad AlMondarum regem Arabum, ut pacis cum eo fœdera ſanciret, quoniam ille Romanorum ditionem hoſtiliter invaſerat, eamque vaſtaverat, ac multos abduxerat captivos: cauſa autem inter Arabes et Romanos diſſidii erat, quod perſequeretur rex Juſtinianus patres illos qui unam in Chriſto naturam aſſererent, cum qui tunc temporis erant apud Arabes Chriſtiani non aliam quam Jacobitarum confeſſionem amplecterentur.*

V. Evagr. l. iv. c. 12.

Quis autem a *Juſtino* miſſus ad *AlMondarum* fuerit e *Nonnoſi* apud *Photium* excerptis diſcimus; *Abramum* ſcilicet *Nonnoſi* patrem. *Mawiah* ergo iſta, quæ ſub *Valente* et *Valentiniano* floruit, alia erit ab iſta quæ *AlMondari* mater. Non diſſimili tamen de cauſa et illa olim et poſtea *AlMondarus* infenſo in partes *Romanas* animo fuit; ob *Chriſtianos* ſcilicet qui ejuſdem cum *Arabum Chriſtianis* ſententiæ fuerant, durius tractatos: hac autem differentia, quod ſub *Mawiah Arrianiſmi* fautores Orthodoxos, ſub *AlMondaro* Orthodoxi *Jacobitarum* hæreſim amplexos perſequerentur. Quæcunque autem fuerit *Mawiah* iſta, ex eo quod tunc temporis *Saracenis* imperaſſe dicatur, argumentum ſumit Doctiſſimus Vir *Samuel Bochartus* † ſententiæ ſuæ confirmandæ regnaſſe apud *Arabes* fœminas. Adductis ab ipſo teſtimoniis liceat et alterum e *Georgio Ebno'l Amdi* addere, cujus hæc in vita *Reu* (quem *Argu* vocat) ſunt verba; و في ايام ارغو ملكت

† *Eruditiſſimi operis ſui, Geogr. Sacr.* lib. ii. cap. 26.

Digitized by Google

امراة مملكة سبا سنين كثيرة وصار النسوان يملكون بعدها مملكة سبا الي ايام سليمان بن داود i. e. *Diebus Argu multos annos occupavit fœmina regnum Sabæ, et poſt eam regnarunt ibi fœminæ uſque ad tempus Salomonis filii Davidis:* quod qua fide ab ipſo traditum ſit neſcio. Aliter ſenſerunt authores quos in texenda regum *Hamyarenſium* ſerie ſecuti ſumus: illi enim unam tantum, *Belkis* nomine, quæ *Salomone* regnante floruerit, reginam memorant. Quod ad *Mawiam*, non alio jure quam quod regi nupta fuerat, rerum potitam teſtantur qui eas ab ipſa poſt viri ſui mortem adminiſtratas ſcribunt. Circa illud tempus refert *Sozomenes* * gentem quandam *Arabum* univerſam ad religionem *Chriſtianam* traductam a *Zocomo* ejus principe. Quis fuerit princeps ille neſcimus. Nomen *Zocomi* non occurrit, niſi forſan *Zocomum* pro *Lachamo* poſitum ſuſpicemur; ut ita aliquem ex *Hiræ* regibus *Lachamiis* deſignari putemus. Meminit *Nonnoſus* alterius etiam legationis, qua et ipſe functus eſt, nomine *Juſtiniani* imperatoris ad *Kaiſum* quendam, *Aretæ* nepotem, qui *Cendinis* et *Maadenis* præerat. Num forte is *Amrio'l Kaiſus*, *Hojri* filius, quem et *Aretæ* nepotem fuiſſe et *Conſtantinopolim* petiiſſe ex iis quæ in catalogo regum *Cendinorum* dicta ſunt, conſtat?

* Lib. vi. cap. 38.

Quod refert *Evagrius* †, *Naamanem* quendam gentis *Scenitarum* tribunum, gentilem adeo nefarium et ſceleratum ut propria manu homines dæmoniis ſuis mactaret, ad ſanctum acceſſiſſe baptiſmum, forſan ad hiſtoriam iſtam *AlNoomani*, filii *AlMondari*, cujus in ſerie regum

† Lib. vi. cap. 21.

Digitized by Google

Hirenſium meminimus, pertinet. Verum non eſt, ut diximus, inſtituti noſtri hæc longius perſequi. Satis eſt nos bona fide quod apud *Arabes* ſupereſt de veteri regum ſuorum memoria retuliſſe: quod ſi quæ apud alios occurrant quibuſcum ab iis tradita non adeo facile conciliari poſſint, liberum erit lectori utris potius fides adhibenda fuerit judicare.

P. 3. l. 16. *Urbani et Nomades*] *Arabes* utrique appellati: hac tamen differentia, quod urbium et pagorum incolæ العرب *AlArab* audiant, ſolitudinis vero الاعراب *AlAarâb:* illi اهل الحضر *Ahlo'l hadar* i. e. *populus urbium ſeu oppidorum*; hi اهل البدو *Ahlo'l badwi, populus deſerti,* et *Badawiyûn,* vulgo *Bedawini.* Illi rurſum (ut hic apud *Gregorium* noſtrum, ita apud optimæ notæ authores) اهل المدر *Ahlo'l madar,* eodem ſenſu ſcilicet *populus* ſeu *incolæ urbium* quæ المدر dicuntur, a domibus forſan e مدر i. e. *luto* conſtructis, ut hi اهل الوبر *Ahlo'l wabar,* quod proprie *populum pilorum* ſonat, ſic a *tabernaculis cognominati ciliciis,* ut loquitur *Plinius,* quod ſcilicet in tentoriis e camelorum pilis contextis degant; ita rationem reddente *Ebno'l Athir,* وهو من وبر الابل لان بيوتهم يتخذونها منه i. e. *deſumpta eſt hæc appellatio a pilis camelorum, quoniam ſibi domos e pilis camelorum conficiunt.* Unde forſan melius nominis ſignificationem explicabit vox [*Scenitæ*], cum [*Nomades*] vitæ rationem, quæ plurimum camelis paſcendis occupatur, indicat. Eoſdem et alias اهل الحجر *Ahlo'l hajar,* i. e. *populus petræ,* ſeu petrarum et mon-

Digitized by Google

tium incolæ, cognominari docet *Ebno'l Athir*. Obſervatu hic non indignum puto quod in margine exemplaris ſecundi de *Arabum* moribus annotatum reperio, eſſe ſcilicet من خواصهم الحرب وسفك الدما ومحبة القتل والالم والحقد i. e. *e proprietatibus eorum bellum, et effuſionem ſanguinis, et amorem cædis, et doloris illationem, et iræ, ſive odii, tenacitatem*. Inſita hæc illis quaſi a natura vitia quomodo incrementum capiant, præſertim apud ſolitudinis incolas, unaque cum ipſorum corporibus nutriantur, num recte nos docuerit doctus apud eos medicus *, ut judicent noſtri, ipſius verba apponam.

* *Author libri* شامل *in* ضان

والذين يغتدون بلحوم الابل هم حقودون ولذلك يكون الحقد في الاعراب لاجل اغتدايهم بلحوم الابل وعلة ذلك ظاهرة وهو ان دوام الاغتدا لا بد وان يحيل البدن الي كيفية ذلك الغدا فان من داوم الاغتدا بالاشيا الحارة لا بد وان يسخن مزاجه ومن داوم الاغتدا بالاشيا الباردة لا بد وان يبرد مزاجه وكذلك الحال في غير ذلك من الكيفيات فلذلك الذين يغتدون بلحوم الحمر الاهلية لا بد وان يستحيل مزاجهم الي مزاج شبيه بمزاج هذه الحمر ويلزم ذلك ان تكون احوالهم في البلادة ونحوها مشابهة لاحوال تلك الحمر فلذلك كان الاغتدا بلحم الضان مجازا علي غيره من الاغدية الحيوانية لان هذا الحيوان ليس ينسب اليه خلق مذموم يكتسبه الانسان ولذلك ايضا حرمت لحوم كثير من الحيوانات لاجل رداة اعلافها ولذلك حرم اكل لحم السبع ونحوه مما له خلق خارج عن الاعتدال لئلا يستفيد الانسان ذلك الخلق باكله لحمه ٭

i. e. *Qui carnibus camelorum veſci ſolent, odii tenaces ſunt. Unde inſitum Arabibus deſerti cultoribus hoc vitium, ideo quod camelorum carnibus veſcantur. Cujus rei cauſa manifeſta eſt, quia ſcilicet neceſſe eſt ut mutetur corpus ad quali-*

tatem ejus alimenti, quo quis continuo nutritur: ita cum quis diu utatur alimentis calidis, fieri non poteſt quin calidum evadat temperamentum ejus: quod ſi diu frigidis nutriatur, temperamentum ejus neceſſario frigidum exiſtet. Eodem modo ſe res habet in cæteris qualitatibus; ideoque qui carnibus aſinorum domeſticorum veſcuntur, neceſſe eſt ut mutetur temperamentum eorum in temperamentum iſti, quod hujuſmodi aſinis proprium eſt, ſimile; quo fit ut hebetes evadant, aliiſque qualitatibus aſinos iſtos referant. Atque hinc eſt quod carne ovina magis quam aliorum animalium carnibus veſci permiſſum ſit, quia huic animali non attribuitur qualitas aliqua vituperio digna, quam ejus eſu acquirat homo. Et ob eandem cauſam prohibitæ ſunt multorum animalium carnes; quod rebus ſcilicet noxiis paſci ſoleant. Ideoque interdicta eſt caro leonum, aliarumque ejuſmodi ferarum, quarum natura æqualis temperamenti terminos excedit, ne eſu carnium earum ejuſmodi naturam et ipſe homo induat.

Pag. 5. l. 18. —*Religiones eorum, diverſæ erant. Colebat Hamyar ſolem, &c.*] Si quibus nominibus, aut qua ſpecie, coluerint *Arabes* corpora iſta cœleſtia, expreſſiſſet author noſter, melius intelligeremus quæ ab aliis de idololatrico eorum cultu traduntur, ab his ſono ſaltem diverſa. Ea, ut cum his conferri poſſint, paucis referemus: ac primo quæ in *Alcorano* recenſentur idolorum nomina; qualia in *Sura to'lNojm* * occurrunt, اللات *Allatt* [a], العزي *AlOzza*, et

* *Id eſt* Stellæ; *quæ ordine* 53ª.

[a] In *Alcorano* ſcribitur *Allat*, ſine *Teſbid*; nihil tamen muto: quia hoc nomen cum duplici تت T nonnunquam efferri videtur, ab illis ſaltem qui ejus

مناة *Manâh*; quæ ſub nomine fœminino culta monent hæc verba الكم الذكور ولد الانثي i. e. *Num vobis maſculi erunt, et illi* [*Deo ſcilicet*] *fœminæ?* Vobis filii, Deo filiæ? Vos qui filias calamitatis loco ducitis, eaſque vobis naſci ægre fertis, nec vivere finitis, Deo tamen adſcribitis, et fœminas honoris illi ſoli debiti participes facitis, et الهة *Elahat*, i. e. *deas* appellatis? Angelos enim et idola quæ vel a Deo vita inſpirari credebant, vel هياكل الملايك i. e. *angelorum ſacella eſſe*, ac ab iis animari, *Dei filias* vocabant, et quod apud Deum pro ſe intercedere putarent, divinum illis honorem tribuebant. *Allatt*, ſive *Allatto*, idolum erat a *Thakifenſibus* in *Tayef*, vel, ut alii, in loco dicto *Nachlah*, cultum. Nomen illi a لوي *lawa* quod *flectere*, *inclinare*, *incurvare*, ſignificat; quod in eo colendo corpora flecterent, ſeu inclinarent, vel quod ſtatuam, vel fanum ipſius, cultus et honoris gratia circumirent, ſeu dignum putarent cui hic cultus adhiberetur. Alii nomen deducunt a لت *latta*, *miſcere*; quod qui idolum erexerat, butyro ac oleo permiſtis, peregrinos eo cultus gratia ſe recipientes cibaret: alii ſtatuam ipſam in honorem cujuſdam qui in *Tayef* peregre venientes سويق i. e. *ptiſano* butyro permiſto, excipere ſoleret, ac cujus mortui ſepulcrum, honoris gratia, ambire ſolebant, erectam autumant. Hæc *Al Zamachſharius*, et *AlBidawius* in ſuis in *Alcoranum* commentariis. Aliud inſuper thema aſſignant doctiſſimi gramma-

etymon a لت *latta* deducunt. Idolum certe quoddam ſub nomine *AlLatt* colebatur; quod an idem fuerit ac *Allat Alcorani* non liquet. S.

tici *Al'Jauharius*, et *AlFirauzabadius*, ſcilicet لاه *lâha*, quod *obtectum*, ſeu *occultum eſſe* denotat, item *excelſum*, *elatum eſſe*, unde quibuſdam Deum الله *Allâho* appellari placet, et ſolem الاهة *Elâhah*, quaſi *dea*; ſcilicet لارتفاعها *ob elationem ſuam*; inde ſi اللات *Allat* deducatur, erit forſan quaſi fœmininum quod maſculino الله *Allâho* reſpondeat, et ſonet *deam:* aſſerit certe *Al'Jauharius* eam a quibuſdam *Arabum* اللاه *Allah* vocari, mutata deinde litera ه *H* in ت *T*, *Allat*. Dirutam *Allat* juſſu *Mohammedis* anno *Hejræ* nono docet nos *Abu'lFeda*. Quod ad العزي * *AlOzza*, ſive *AlUzza*, idolum erat, ut volunt quidam, (referente *Al'Jauhario*) tribubus *Koraiſh* et *Bani Cananah*, (et quibuſdam e *Bani Solaim*, ut addit *Shahreſtanius*,) ut alii, السمرة *alSamora*, quæ arbor quædam †, tribui *Gatfan*, quam primus conſecravit, teſte *AlFirauzabadio*, ظالم *Dhâlemus* quidam, domo ei, quam بسا *Boſs* appellavit, ſuperſtructa, in qua ſonus ab ingredientibus audiri ſolitus. Miſſus ‡ a *Mohammede Chaledus* quidam ad idolum hoc e medio tollendum, domum diruit, ſimulachrum, ſeu arborem § exciſam ‖ igne combuſſit, et dæmoniſſam (ut referunt) paſſis crinibus, manuque capiti, lugentis more, impoſita, inde egreſſam, et præ dolore exclamantem, gladio percuſſit. Quod cum a ſe factum *Mohammedi* retuliſſet, Hæc, inquit ille, erat *AlUzza*, jam non amplius in ſæculum colenda. Hæc inter cæteros refert *AlFirauzabadius* de idoli et ειδωλειου excidio, in *Kamuſo*, ſive Oceano ſuo, ad vocem عز : qui tamen in themate بس a *Zohairo* quodam et domum *Boſs*

* صنم او شجر *Idolum aut Arbor.* AlJannab.

† Scilicet *Spina Ægyptia.* S.

‡ *An. Hejr.* 8°. V. AlJannab.

§ قطعها AlZamach. *et* AlBid.

‖ احرقها AlJauhar. *et* AlFirauz.

dirutam et *Dhalemum*, qui eandem ad peregrinos a *Mecca* viſenda avertendos, et *Caabæ* famam minuendam, dedicaverat, e medio ſublatum tradit. Quod ad nominis originem; a *potentia* illi inditum, formæ eſt fœmininæ ab اعز quod *robore ſupra alios excellentem* denotat, quaſi *ſumme potentem*, aut *potentiſſimam* dicas, quare et inter Dei nomina apud *Arabes* العزيز *AlAzîz*, i. e. explicante *Ebno'l-Athir*, القوي الذي لا يغلب الغالب *qui omnes potentia ſuperat, nec a quoquam ſuperatur*, a themate *Hebræis* noto. Jam vero مناة *Manah*, ſeu *Meneth*, ut in verſione Alcorani Latina, nomen erat (inquit *Al'Jauharius*) idoli quod * a tribubus *Hodailo* et *Chozaah* inter *Meccam* et *Medinam* colebatur. Idolum hoc (صخرة i. e. *petram*, ſeu *ſaxum* vocant *AlZamachſharius* et *AlBidawius*) a tribubus modo indicatis et, ut alii, a *Thakifo* cultum, donec tandem anno *Hejræ* octavo (qui multis *Arabum* idolis fatalis fuit, referente *Al'Jannabio*) a *Saado* quodam demolitum fuerit. Nominis ratio duplex affertur; quarum prima deduci illud vult a verbo مني *mana*, *fluere*, ob victimarum ſanguinem apud ipſum effuſum, teſte *AlZamachſhario*, vel (ut *AlBidawius*) ea notione qua idem valet ac قطع *ſcindere*, quod jugularentur coram eo victimæ. Secunda illud petit a نو *Naw*, quod *ſtellas*, quas in pluviis efficiendis vim habere putant, indigitat; quod ſcilicet precibus coram eo fuſis benigniorem ſtellarum iſtarum influxum elici, et pluvias tempeſtivas impetrari crederent. Conferri cum hac idoli iſtius appellatione poterit vox מני *Meni*, quæ in *Iſaia* † occurrit, et interpretes

* *Ab* Auſo *et* Chazrajo (*ut* Shareſt. *et* Abu'lFed.), *aliiſque* من دان بدينهم *qui ejuſdem erant religionis* (ut author libri *Moſtatraf*).

† Cap. lxv. 11.

Digitized by Google

SS^e. Scripturæ adhuc dubios tenuit. Verbis textus appositis, melius de iis quæ dicturi sumus judicabitur. Sic ergo se habent: העורכים לגד שלחן והממלאים למני ממסך, quæ juxta interlinearem *Pagnini* versionem sonant ad verbum, *Parantes Jovi mensam, et implentes Meni libamen.* Vulgat. *Qui ponitis fortunæ mensam, et libatis super eam.* Tremell. *Qui instruitis turmæ illi mensam, quique impletis numeris illis libamen.* Hic, ut genuinus vocis גד sensus habeatur, ad linguæ *Arabicæ* usum recurrendum statuunt docti, unanimi fere consensu: quidni et pari (ne majori, dicam) ratione inde de *Meni* judicandum? esse scilicet proprium idoli nomen. Quod de libatione illi fusa dicitur, satis convenit cum eorum sententia, qui τῆ *Mana* nomen inditum a fundendi notione autumant; et pulchra est in iis, quæ proxime sequuntur, allusio: ומניתי אתכם לחרב *Et numerabo vos gladio*; jugulandos scilicet; seu ut effundatur sanguis vester. Quod si, (ut vult *R. Moses*, referente *Aben Ezra*, et eum secutus *David Kimchi*) stellæ, seu constellationis nomen sit, vel etiam stellas seu constellationes plures complectatur, idem erit prorsus מני *Meni*, quod منا *Manah*, illis qui nominis originem a نو *stellam*, sive *constellationem*, cujus vi excitatur pluvia, denotante, petunt: والله اعلم *. Eadem ratione qua nomen obtinuit idolum hoc a *fuso* victimarum sanguine, appellatur etiam locus quidam منى *Mena*, ubi sacrificia sua et hodie mactant peregrini *Meccam* visentes. His, quæ e *Surato'lNojm* habuimus, addi possunt et alia e *Surata Noæ* † *Arabum* idola; qualia sunt ود *Wadd*, سواع

* *Sed Deus hæc optime novit.* S.

† *Quæ* 71^a. S.

Sawâo, يغوث *Yagûth*, يعوق *Yaük*, نسر *Naſr*. Fuiſſe hæc idola antiquitus culta etiam ante diluvium, poſtea vero ab *Arabibus* recepta, et pro ſacris habita; *Waddum* ſcilicet a tribu *Calb*, in * *Daumato'l Jandal*; *Sawaüm* ab *Hamadano*, vel, ut † alii, ab *Hodailo*, in loco dicto *Rohat*; *Yaguthum* a *Medhajo* ‡, aliiſque *Yamanenſium* tribubus; *Yaükum* a *Morado* (vel, juxta § alios, *Hamadano*); *Naſrum* ab *Hamyaro*; [ſeu || *Dhu'l Chalaah* in regione *Hamyar*] referunt *AlZamachſharius* et *AlBidawius*, &c. Fuiſſe autem nomina virorum pietate inſignium, quorum cum memoriam charam haberent ſui, diaboli aſtu inductos fuiſſe, ut ipſorum effigies honoris gratia ob oculos ponerent; hunc honorem illis adhibitum poſteros ipſorum in cultum Deo debitum mutaſſe, atque ita ad idololàtriam delapſos. Coluiſſe autem *Arabes Waddum* viri, *Sawaüm* mulieris, *Yaguthum* leonis, *Yaükum* equi, *Naſrum* aquilæ, (quæ et nominis ſignificatio) ſpecie. His conſentanea videre eſt apud *Mohammedem AlFirauzabadium* in Oceano ſuo, ad themata سوع et عاق; *Sawaüm* ſcilicet idolum fuiſſe antediluvianum, quod poſtquam aquis obrutum diu latuiſſet, a diabolo detectum, colendum ſibi ſumpſerint *Hodailenſes*, et peregrinationibus religionis ergo inſtitutis ſubinde viſerint. *Yaükum* viri pii nomen fuiſſe, cujus obitum cum ægrè ferrent ſui, diabolum, ſpecie humana illis ſe ingerentem, opem ſuam ad illius ſimilitudinem ad vivum exprimendum pollicitum, quam in templorum ſuorum adytis poſitam ſubinde inter orandum reſpiciendo, deſideria ſua delinirent; quem hono-

* AlJauhar. *et* Shahreſt.
† *Idem, ut et* AlFirauz. *et* Safio'din.
‡ Shahreſt.
§ AlJauhar.
|| AlJauhar. *et* Shahreſt.

Digitized by Google

rem cum ipſi (*Yaüko* ſcilicet) et ſeptem aliis de ſe bene meritis præſtitiſſent, eo tandem rem proceſſiſſe ut divinus a poſteritate illis honos tribueretur, et pro idolis ſtatuæ in memoriam ipſorum effictæ haberentur. Ita factum ut *Yaükus* iſte, quiſquis fuerit, ſicut verbi عاق *aka* (quod *impedire, avertere, cohibere* denotat) futurum nominis ſono refert, ita rei veritate factus ſit talis qui يعوق الناس من الخير i. e. *homines a bono impediret*, ſeu averteret: at non æque *Yaguth* nominis ſui ſonum re exprimit, cum يغوث a غاث *gâtha*, quod eſt *auxiliari, opem ferre*, dicatur. Quod ſi adeo antiqua fuerint, ac perhibent, hæc idola, non eſt temere de nominis ratione ſtatuendum; imo, nec ſi nomina vera *Arabica* origine fuerint, niſi præeuntibus *Arabum* grammaticis, cum tot ſint olim impoſita ob cauſas علمتهـا العرب وجهلناهـا i. e. *quæ Arabibus olim notæ, nobis ignotæ*, ut regerit *Jallalo'ddinus Aſſoyutius* iis qui omnium rationem reddi poſtulant, præſertim cum tanta linguæ pars in deſuetudinem abierit. Quod ad originem autem cultus ſimulachris adhibiti, in hoc omnes fere conſpirant, illam a majorum erga virorum meritis inſignium memoriam et honorem cura, poſteris non intellecta, fluxiſſe, accedente diaboli aſtu, cum, ut loquitur *Georgius Ebno'l Amdi*, كلمتهم الشياطين منهـا i. e. *alloquerentur eos e ſtatuis quas colerent dæmonia*, atque ita ad cultum ſibi deferendum adigerent. Qua in ſententia illis cum aliis convenire patet ex iis quæ Nobiliſſimus et Doctiſſimus *Seldenus*, in *Prolegomenis ad Syntagma de Diis Syris* *, obſervavit. Non minima autem pars

* Cap. iii.

Digitized by Google

honoris ab *Arabibus* idolis iſtis delati videri poſſit, quod eorum ſe nominibus appellari, atque inter cultores numerari, gloriæ loco ducerent: inde nomina apud ipſos عبد ود *Abd Waddi*, i. e. *Servus Waddi*; عبد يغوث *Abd Yaguth*, i. e. *Servus Yaguthi*; *Abd Manah*, i. e. *Servus Manæ*; *Abdo'l Uzza*, i. e. *Servus Uzzæ*, &c. Hactenus *Alcorani* ductum ſecuti ſumus in idololatricis *Arabum* cultibus eruendis: aliorum apud alios authores mentionem reperimus, ac primo רֹ هبل *Hobali*, qui اعظم اصنامهم i. e. *maximum*, ſeu *præcipuum idolorum* ab iis cultorum, apud *Shahreſtanium* et *Abu'lFedam* audit. Poſitus erat *Hobal*, referentibus iiſdem, علي ظهر الكعبة i. e. *ad poſteriorem*, ſeu *exteriorem Caabæ partem*; ut alii, in ipſa *Caaba*, في جوفه i. e. *in interiore ejus parte*, ſecundum authorem libri *Moſtatraf* et *Safio'ddinum*, qui alia fuiſſe illis ſimulachra ait في جوف الكعبة *in ipſa Caaba*, alia حولها *circa eam*, quorum omnium princeps erat *Hobal*; primario ergo loco collocandus. Idolum autem hoc, unde *Arabibus* fuerit ut ſciamus, tradunt *Amrum Lohaii* filium, cum *Belkam Syriæ* urbem profectus ritus incolarum idololatricos animadvertiſſet, eorumque ab ipſis rationem percontatus, hoc reſponſum tuliſſet, ſe idolorum iſtorum beneficio opem cum ope, pluviam cum pluvia indigerent, conſequi, ab illis ut ſibi idolum colendum traderent petiiſſe, acceptumque *Hobalum* ſecum reportaſſe, atque in *Caaba Arabibus* colendum ſtatuiſſe. Quam pulchre convenit figmento iſti nomen ſuum, ut ſit הבל *Vanitas!* Quod ſi cum nomine ſuo ad *Arabes* tranſierit,

V. *et* Jannab. An. Hejr. 8°.

Digitized by Google

rem cum ipſi (*Yaüko* ſcilicet) et ſeptem aliis de ſe bene meritis præſtitiſſent, eo tandem rem proceſſiſſe ut divinus a poſteritate illis honos tribueretur, et pro idolis ſtatuæ in memoriam ipſorum effictæ haberentur. Ita factum ut *Yaükus* iſte, quiſquis fuerit, ſicut verbi عاق *aka* (quod *impedire, avertere, cohibere* denotat) futurum nominis ſono refert, ita rei veritate factus ſit talis qui يعوق الناس من الخير i. e. *homines a bono impediret*, ſeu averteret: at non æque *Yaguth* nominis ſui ſonum re exprimit, cum يغوث a غاث *gâtha*, quod eſt *auxiliari, opem ferre*, dicatur. Quod ſi adeo antiqua fuerint, ac perhibent, hæc idola, non eſt temere de nominis ratione ſtatuendum; imo, nec ſi nomina vera *Arabica* origine fuerint, niſi præeuntibus *Arabum* grammaticis, cum tot ſint olim impoſita ob cauſas علمتها العرب وجهلناها i. e. *quæ Arabibus olim notæ, nobis ignotæ*, ut regerit *Jallalo'ddinus Aſſoyutius* iis qui omnium rationem reddi poſtulant, præſertim cum tanta linguæ pars in deſuetudinem abierit. Quod ad originem autem cultus ſimulachris adhibiti, in hoc omnes fere conſpirant, illam a majorum erga virorum meritis inſignium memoriam et honorem cura, poſteris non intellecta, fluxiſſe, accedente diaboli aſtu, cum, ut loquitur *Georgius Ebno'l Amdi*, كلمتهم الشياطين منها i. e. *alloquerentur eos e ſtatuis quas colerent dæmonia*, atque ita ad cultum ſibi deferendum adigerent. Qua in ſententia illis cum aliis convenire patet ex iis quæ Nobiliſſimus et Doctiſſimus *Seldenus*, in *Prolegomenis ad Syntagma de Diis Syris* *, obſervavit. Non minima autem pars

* Cap. iii.

Digitized by Google

honoris ab *Arabibus* idolis iſtis delati videri poſſit, quod eorum ſe nominibus appellari, atque inter cultores numerari, gloriæ loco ducerent: inde nomina apud ipſos عبد ود *Abd Waddi*, i. e. *Servus Waddi*; عبد يغوث *Abd Yaguth*, i. e. *Servus Yaguthi*; *Abd Manah*, i. e. *Servus Manæ*; *Abdo'l Uzza*, i. e. *Servus Uzzæ*, &c. Hactenus *Alcorani* ductum ſecuti ſumus in idololatricis *Arabum* cultibus eruendis: aliorum apud alios authores mentionem reperimus, ac primo תֹּהֶבֶל هبل *Hobali*, qui اعظم اصنامهم i. e. *maximum*, ſeu *præcipuum idolorum* ab iis cultorum, apud *Shahreſtanium* et *Abu'lFedam* audit. Poſitus erat *Hobal*, referentibus iiſdem, علي ظهر الكعبة i. e. *ad poſteriorem*, ſeu *exteriorem Caabæ partem*; ut alii, in ipſa *Caaba*, في جوفه i. e. *in interiore ejus parte*, ſecundum authorem libri *Moſtatraf* et *Safio'ddinum*, qui alia fuiſſe illis ſimulachra ait في جوف الكعبة *in ipſa Caaba*, alia حولها *circa eam*, quorum omnium princeps erat *Hobal*; primario ergo loco collocandus. Idolum autem hoc, unde *Arabibus fuerit* ut ſciamus, tradunt *Amrum Lohaii* filium, cum *Belkam Syriæ* urbem profectus ritus incolarum idololatricos animadvertiſſet, eorumque ab ipſis rationem percontatus, hoc reſponſum tuliſſet, ſe idolorum iſtorum beneficio opem cum ope, pluviam cum pluvia indigerent, conſequi, ab illis ut ſibi idolum colendum traderent petiiſſe, acceptumque *Hobalum* ſecum reportaſſe, atque in *Caaba Arabibus* colendum ſtatuiſſe. Quam pulchre convenit figmento iſti nomen ſuum, ut ſit הֶבֶל *Vanitas*! Quod ſi cum nomine ſuo ad *Arabes* tranſierit, V. *et* Jannab. An. Hejr. 8°.

Digitized by Google

erat forſan illis a quibus mutuatum ſumpſerunt הבעל *Habbaal*, vel הבל *Habbel* ὁ Βήλ. *Arabibus* alias nomen hoc a themate هبل *habal* deductum, *obeſum*, *grandem*, vel et *ætate provectum* ſonabit: et apud ipſos nominis impoſiti rationem nondum reperimus. Statua (referente *Safio'ddino*) erat ex * عقيق احمر, effigie hominis, cui dextra amputata, quam ei jacturam ut reſarcirent *Koraiſhitæ* auream ſubſtituerunt; et (ni exemplaris non ſatis fidi mendo fallar) ſeptem ſagittas manibus tenebat; verba ſunt: والقداح وهي سبعة بين يديه, quæ (ſi recte legatur القداح, quod *ſagittas nondum alis et ſpiculis inſtructas denotat*), quid aliud ſonant quam, *Et ſagittæ, quæ numero ſeptem, inter manus ejus* (i. e. coram eo) vel in manibus ejus? Verum nec de lectione, nec de ſenſu multum dubitare ſinit quod apud *Abu'lFedam* alioſque legimus, *Mohammedem* ſcilicet expugnata *Mecca*, anno a fuga octavo, *Caabam* ingreſſum reperiſſe ibi الاشخوص على صور الملايكة وصورة ابراهيم وفي يده الازلام يستقسم بها فقال قاتلهم الله جعلوا شيخنا يستقسم بالازلام ما شان ابراهيم والازلام ثم امر بتلك الصور فطمست. i. e. *effigies forma angelorum,* † *et figuram Abrahami manu ſua ſagittas ad ſortitionem aptas tenentis,* [iiſque viſis] *dixiſſe; Perdat illos Deus! Senem noſtrum ſagittis ſortientem finxerunt. Quid Abrahamo cum ſortibus? Juſſu ergo ejus deletæ ſunt figuræ iſtæ.* Addunt *Ebno'lAthir* in قسم, et *Al'Jannabius*, *Abrahamo* comitem *Iſmaelem* ὁμοιόμορφον; ſcilicet manibus tenentem الازلام i. e. *ſagittas πληρωτικὰς*, idem prorſus quod القداح, quas *Hobalum* manibus geſtaſſe tradit *Safio'ddinus*. Synonyma enim plane

* i. e. *Lapide* Akik *rubro.*

† وغيرهم *aliorumque.* Al Jannab.

صور الانبيا i. e. *figuras prophetarum* Camel.

Digitized by Google

ſunt apud *Arabes* hæc vocabula, quorum alterum alteri explicando inſervit. الازلام هي القداح *AlAzlam* ſunt *alKedah*, inquit *Ebno'lAthir*, i. e. ſagittæ, quibus ſortiebantur. Sagitta enim (teſte eodem), cum primo exſcinditur, appellatur قطع, cum lævigata fuerit بري, cum directa قدح, ubi demum alis et ſpiculo inſtructa سهم. Eſt ergo القدح cujus plurale القداح, proprie *ſagitta nondum alata*: idem etiam الزلم cujus plurale الازلام, docente *AlFirauzabadio*. الزلم (inquit ille) eſt قدح لا ريش عليه i. e. *ſagitta alis carens*. *His* (ut videtur) cum ad ſortiendum plerumque uterentur, obtinuit ut ad ſortes ſignificandas uſurpentur, uti et سهام etiam, quod proprie tamen, ut vidimus, *ſagittas quibus ultima* τῆς βελοποιΐας *manus impoſita eſt*, denotat. De *Arabum* ſortitionibus, et per ſortes divinandi more, in ſequentibus plura, volente Deo. Cum autem eadem jam inſignia geſtantes *Hobalum* et *Abrahamum* habeamus, quid ſi et unum eundemque eos fuiſſe ſuſpicemur? Apprime quadrabit hæc conjectura cum *Safio'ddini* aliorumque, qui *Hobalum* in ipſo *Caabæ* adyto collocant, ſententia: at contrarium ſuadent qui *Hobalum* foras, *Abrahamum* intus poſitum aſſerunt; niſi ab iiſdem ſortium inſignibus, cujus ſtatuam extra *Caabam*, ejuſdem effigiem intra eam depictam fuiſſe putemus. Certe et ſtatua illa juxta مقام ابراهيم i. e. *Abrahami* ὑποπόδιον poſita dicitur, apud *Al'Jannabium*. Sed non ſunt hæc tanti ut de iis inter ſe componendis ſolliciti ſimus. Ut vero intus *Abrahamus* multis angelorum, et prophetarum (ut *Ali Ebno'l Athir*) imaginibus ſtipatus fuit,

Digitized by Google

ita et foris *Hobalus* magno ſtatuarum ſatellitio, quæ forſan minorum gentium numina. Erant (inquit *Al'Jannabius* *) حول البيت *circa domum*, i. e. *Caabam* وستون ثلثماية صنم i. e. *idola tercentum et ſexaginta*, quorum maximum fuit *Hobal*; adeo ut *Arabibus* ſingulis diebus ſingula, ſi liberet, numina invocare liceret, aut ſingulos non ſolum menſium ſuorum (ut ſolent † Perſæ ab angelis), ſed totius anni dies ab idolis denominare. Hæc omnia *Mohammedis*, inter tranſeundum, nutu ‡ in terram proſtrata, decidiſſe tradit. Iiſdem accenſenda et حمامة العبدان i. e. *columba lignea*, quam in *Caaba* repertam (referente eodem) كسرها بيده ثم طرحها i. e. *manu ſua fregit Mohammedes et abjecit*; nec non صنم خزاعة i. e. *Chozaenſium idolum*, quod § فوق الكعبة i. e. *ſupra Caabam* poſitum ut dejiceret *Ali*, illi *Mohammedem* ipſum humeros ſuos ſuppoſuiſſe ferunt. Sed perierunt iſta, prout merita ſunt, cum nominibus ſuis omnia. Inter ea quorum ſuperſunt nomina, maximæ ſunt poſt *Hobalum* notæ اساف *Aſafi* et نايلة *Nayelæ* ſimulachra; quorum una cum *Hobalo* allatorum unum in *Safa*, alterum in *Merwah* poſuiſſe fertur idem *Amrus*, eaque ut colerent, et ad Deum mediatoribus uterentur, popularibus ſuis perſuaſiſſe. Tradunt autem *Aſafum* ſub viri, *Nayelam* ſub fœminæ imagine cultum fuiſſe; ac fuiſſe quidem *Aſafum Amri* cujuſdam filium, *Nayelam Sahali* filiam, *Jorhamidas*; qui cum ob ſtuprum in *Caaba* commiſſum a Deo in lapides converſi eſſent, a *Koraiſhitis* hoc ſceleris pretium tulerunt, ut pro diis haberentur. Idola hæc ab *Amro*

* V. et Ali Ebno'l Athir, in *Camel.*

† Mohammed. Ebn Abdo'llahi.

‡ ما اشار الي صنم منها في وجهه الا وقع لقفاه Al Jannab.

§ وكان من قوارير وصغر i. e. *Eratque e vaſis vitreis et ære confectum.*

Digitized by Google

dedicata imperante *Perſis Saburo*, ſeu *Sapore Dhi'l Actafo*, ac demum ſub *Mohammede*, novæ ſectæ conditore, abolita aſſerit *Shahreſtanius*; quem tamen eo erroris arguit *Abu'lFeda* quod *Amrus* cultus idololatrici author, multis ante *Saporem* etiam primum qui *Dhi'l Actafo* multo antiquior, ſeculis floruerit. Atque hæc præcipuæ apud *Arabes* famæ idola. Alia ſe inter legendum offerunt, nomine tenus, non pauca. Ex his سعد *Saad*, a *Bani Malcan Ebn Canana* cultus, teſte *Shahreſtanio*, &c. de cujus numine rectius quam populares ſuos judicaſſe apud ipſos poetam patet ex hoc ipſius carmine; AlJauhar. AlFirauz. Safio'ddin.

اتينـــا الي سعد ليجمع شملنـــا ،
فشتتنـــا سعد فلا نحن من سعد ⁘
وهل سعد الا صخرة بتنوفة ،
من الارض لا تدعو لغي ولا رشد ⁘

i. e. *Venimus ad Saadum ut res noſtras colligeret,*
At diſperſit nos Saadus, nec ſumus nos a Saado.
Quid enim aliud eſt Saadus quam petra in deſerto,
E terra, quæ nec ad falſum nec ad verum invitat?

Juxta thematis rationem *proſperitatem* ſonat nomen, cum tamen, ut recte cenſuit poeta, cultoribus ſuis non niſi miſeriæ cauſa fuerit. Fuiſſe autem idolum hoc صخرة طويلة i. e. *petram* ſeu *ſaxum oblongum* ad *littus* جدة *Joddæ* teſtatur *Safio'ddinus:* ab eodem themate سعيدة *Saïdah* nomen fuiſſe domus, ad quam peregrinationes inſtituere ſoliti *Arabes*, teſtantur idem et *AlFirauzabadius*. Ab iiſdem etiam سعير *Soairum* nomen idoli fuiſſe diſcimus, quod *Säirum*, nomine alias ignem denotante, vocat *Al-*

Digitized by Google

Jauharius, ac tribui *Anzæ* peculiare fuiſſe refert; quam ſententiam poetæ neſcio cujus authoritate confirmans, hoc ipſius dictum laudat.

V. AlJauhar. in سعر et in عوض et in مور

حلفت بمايرات حول عوض
وانصاب تركن لدي سعير ⁘
Juravi per ſanguinem fluentem circa Audum,
Et per ſtatuas quæ relictæ ſunt apud alSäirum.

Ubi et alterius idoli nomen occurrit, عوض *Audi* ſcilicet *ſeculo* (teſtantibus eodem et *AlFirauzabadio*) cognominis, quod apud tribum *Becr Wayeli* poſteros ſacrum. انصاب autem in dicto poetæ vel *ſtatuas* reddere licet, vel, hoc loco, potius *lapides* circa εἰδωλεῖον poſitos, ſuper quibus mactabantur victimæ. Utrumque enim denotare vocem docet nos *AlFirauzabadius*, qui cum نصب eſſe dixiſſet quicquid pro Deo colendum erigitur, ſcilicet *idolum, ſtatuam*, addit et انصاب fuiſſe *lapides circa Caabam poſitos, ſuper quibus ſacrificarent* لغير الله تعالي i. e. *aliis quam Deo altiſſimo*. Clarius adhuc *Safio'ddinus*; النصب الاصنام المنصوبة للعبادة وحجارة كانوا انتصبونها يذبحون عليها للاصنام i. e. *AlNoſb* ſignificat *ſtatuas poſitas ad cultum, item lapides quos poſuerunt ut ſuper ipſis ſacrificia mactarent idolis:* inde dictum cujuſdam ſanguine ſe perfuſum autumantis, كاني نصب احمر i. e. *ac ſi eſſem lapis rubens*, explicat *Ebno'lAthir*, كالنصب المحمر يدم الذبايح i. e. *inſtar lapidis rubentis ſanguine victimarum*; quo dicto vel ad lapides ſuper quibus jugularentur victimæ alludi poteſt, vel ad ipſum idolum: nam et ea * ſanguine victimarum oblinere ſolitos docet *Shahreſtanius*, acceſſurum

* كانوا اذا ذبحوا للاصنام لطخوها بدما الهدايا يلتمسون بذلك الزيادة في اموالهم

inde opibus ſuis incrementum ſperantes. Porro نصب *Naſb*, vel *Noſb*, ut et literis et ſenſu cum נציב et מצבה convenit, ita ſignificatione optime reſpondet voci *Hebraicæ* עצב, cum utrumque et *idolum* denotet et *moleſtiam*, ſeu *dolorem*, الشر والبلا i. e. *malum et miſeriam*, quæ cultoribus ſuis abunde creant. Idolis ſupra enumeratis accenſenda etiam جهار *Jehar*, *Hawazenenſium* idolum, et العوف *alAuf*, alibi cultum; necnon رضا *Reda*, apud poſteros *Rabiæ* ειδωλεῖον. الضيزن *AlDaizan*, quod etiam idoli nomen *, idem forſan erat cum *Saturno:* conjecturæ anſam quod apud *Ebn Chalecanum* legitur, in vita *AlBattanii*; regem ſcilicet quendam ساطرون *Satrun* appellatum, quod (inquit) vocabulum eſt *Syriacum* et ſignificat الملك *regem*, nomen autem ipſi fuiſſe ضيزن *Daizan*, quod eſt اسم صنم كان في الجاهلية وسمي الرجل i. e. *nomen idoli antiqui, quo appellabatur vir iſte*. Quidni autem et ساطرون *Satrun* idoli nomen ſit? *Saturni* ſcilicet: at *Syriacum* eſt, et *regem* denotat. *Syris* certe ܣܛܪܐ *Setoro* eſt *adjutorium, protectio, patrocinium*, quod regium eſt, necnon *abſconditum, latibulum*, &c. a † ܣܛܪ quod et *protegere* eſt, et *abſcondere*, ab *Hebraico* סתר *latuit, abſcondidit ſe. Saturni* autem latentis indicium eſt *Latii* nomen, et ܣܛܘܪܢ *Satrono* forma eſt *Syris* non inuſitata. Dicitur autem *Saturnus* Syris alias ܚܘܢ *Cevan*, ut et Arabibus كيوان *Caiwan* a.

* AlJauhari *et* Kamus.

† Et in dialecto Chaldaic. סטר

a Hic obiter explicandus eſt locus in *Kamuſo*, ſeu Oceano Linguæ Arabicæ, qui in quibuſdam exemplaribus male habitus, Viro Doctiſſimo mihique merito grata memoria colendo, *Ludovico de Dieu* labendi occaſio fuit. Sic enim ille in *Notis* tam ad Amoſi cap. v. quam ad Actorum vii. quid ſit כיון explicaturus, et *in Lexico Arabico cui nomen* Camus כיון كيوان *explicatur* رجل ممنوع *Vir*

His addi poſſunt et alia ejuſmodi terricula, qualia الشارق *AlSharek*, a quo cognominatus عبد الشارق *Abdo'l-Sharek*, filius *Abdi'lUzzæ*, q. d. *Cultor Shareki*; et مناف *Manaf*, a quo عبد مناف *Abd Manaf*, q. d. *Cultor Manafi*, cui et filius عبد شمس *Abd Shams*, i. e. *Cultor Solis:* ita enim من شمس السما i. e. *a Sole qui in cœlis* lucet dictum monet *AlFirauzabadius*, quod eum ſcilicet colerent e quibus ille oriundus; cum tamen alias شمس *Shams* nomen fuiſſe * idoli antiquitus culti doceat idem, quod *Safio'ddinus* شمس † *Shoms* vocat, cui fanum apud *Bani Tamim* dedicatum. Num ſolis forſan effigies? Eidem *Abdo'l-Manafo* frater (ut vidimus) et tribus pater, عبد الدار *Abdo'lDar* a دار *Dar*, idolo: ab eodem themate دوار *Dowar* et *Caabæ* et idoli nomen apud *AlFirauzabadium*. In ſerie regum *Jorhamidarum* عبد يالبل *Abd Yalil* et عبد مدان *Abd Madan* habuimus, illum ab يالبل *Yalilo*, hunc a مدان *Madano* idolis. اوال *Awal* ut idolum tribubus *Becr* et *Taglab* peculiare memorat *AlFirauzabadius*, ذو الكفين *Dhu'l Caffain* ut tribui *Daus*, (quem *Safio'ddinus Caffain*, omiſſo *Dhu*, vocat;) باجر *Bajar*, vel *Bajer*, ab *Azdenſibus* cultum perhibent idem et *Ebna'l Athir*. الاقيصر *AlOkaiſar* eidem idoli nomen, quod في مشارق الشام i. e. *in orientali Syriæ Damaſcenæ* plaga poſitum a tribu non una

AlFirauz.

V. ſup. p. 51. *et* 52. *quod et* 4^ti *regum* Yamanenſ. *nomen.* p. 58.

* صنم قديم

† بضم اوله

AbdYalil *filius* عبد كلال *Abd Colali.* AlFirauz.

rigidus et auſterus, proprie probibitus, ad quem acceſſus quaſi eſt probibitus ob morofitatem et morum difficultatem, cujuſmodi apud Ethnicos depingitur Saturnus: qui locus ne tibi exemplarium vitio fraudi ſit, ſcias legendum non رجل ممنوع *rajolon mamnuon*, vir rigidus, &c. ſed كيوان زحل ممنوع *Caiwano Zobalo, mamnuon*; quæ ſonant, *Caiwano* eſt idem quod *Zobalo* (i. e. *Saturnus*), eſtque nomen *invariabile*, quod quid ſit e grammatica notum.

Digitized by Google

cultum refert *Safio'ddinus*. بغ *Bag*, a quo (ut quibuſdam, teſte *Abu'lFeda*, videtur) urbs *Bagdad* nomen cepit, ut *Perſice Bag dedit*, ſeu *Bagi donum*, ſonet, *Perſarum* ſive *Indorum*, a quibus oriundus Eunuchus iſte qui hoc nomen impoſuit, potius quam *Arabum* idolum fuiſſe puto: يعبدونه في الشرق inquit, i. e. *in Oriente illud colebant*. Idoli a *Bani Salim* culti, ac a *Gawio Ebn Abdi'lUzzæ*, ipſius ædituo, pro merito ſuo tractati, nomen licet non expreſſerit *AlFirauzabadius*, non indigna tamen ſunt memoratu quæ narrat. Spectante ſcilicet ædituo, ſed officii ſui (ut videtur) negligentiore, accurrentes vulpeculæ duæ idoli conſcenſi caput urina conſpurcarunt: ille indignum cultu ſuo dominum ratus, qui hæc inultus pateretur, in hæc verba prorupit;

ارب يبول الثعلبان براسه ،
لقد ذل من بالت عليه الثعالب ∴

i. e. *Num ille dominus eſt, ſuper cujus caput mingunt vulpes?*
Certe vilis eſt ſuper quem minxerint vulpes.

O Solaimenſes, certe nec obeſt hic nec prodeſt, nec largitur, nec impedit; correptumque idolum confregit. Contigit hoc poſt *Mohammedem* natum, qui in boni facti memoriam nomen ejus غاوي بن عبد العزي *Gawi Ebn Abdi'l-Uzza*, i. e. *Errans filius cultoris Uzzæ*, magis fauſto, ſcilicet راشد بن عبد ربه *Raſhed Ebn Abd Rabbehi*, i. e. *Orthodoxus filius cultoris Domini ſui*, commutavit. Nec magis injurii erga deum ſuum *Banu Hanifæ*, ſeu *Hanifidæ*, quos idolum e maſſa quadam confectum, quod diu

Digitized by Google

coluiſſent, annonæ tandem caritate oppreſſos devoraſſe referunt *Al'Jauharius* et *Author libri* المستطرف, ut, qui non aliter poſſet, vel ſic eos paſceret: de quorum facto ſic poeta ab *Al'Jauhario* * laudatus,

اكلت حنيفة ربها من التقحم والمجاعة
لم يحذروا من ربهم سو العواقب والتباعة

i. e. *Comedit tribus Hanifæ dominum ſuum præ annonæ caritate et fame:*

Non timuerunt a domino ſuo malum pœnæ et vindictæ.

ذو الخلصة *Dhu'l Chalaſah*, vel, juxta alios, *Dhu'lCholoſah*, (referentibus *Al'Jauhario*, et *AlFirauzabadio*) † domus erat apud tribum *Chathaam* quæ الكعبة اليمانية, id eſt, *AlCaaba Yamanenſis* vocabatur, in qua idolum erat الخلصة *AlChalaſah* dictum: بيت اصنام i. e. *Domum idolorum* vocat *Safio'ddin*, quaſi plura in eo collocata eſſent ſimulachra, quæ ab aliis etiam ‡ præter *Chathaamenſes* culta tradit. Diruta demum anno *Hejræ* decimo (uti et narrat *Al'Jannabius*) a *Jariro* quodam eum in finem a *Mohammede* miſſo. Inaudita forſan *Græcis* et *Latinis* hæc nomina, at non ita ذو الشرا *Dhuſhara* qui a *Dauſenſibus* cultus. Neque enim alius hic quam (ut recte mihi obſervaſſe videtur Clariſſimus vir *Sam. Bochartus*) Δυσάρης, quem ſcriptores *Græci* et *Latini Arabum* deum perhibent. *Suidam*, qui *Deum Martem* interpretatur, quaſi ex ἄρης et θεὸς compoſita voce, hallucinatum eſſe monet Nobiliſſimus et Doctiſſimus *Seldenus*, nomen originis *Arabicæ* eſſe, non *Græcæ*, ac *Duſarem Bacchum* eſſe, non *Martem*. Quid ergo apud *Arabes* ſonat? Num § *ſplen-*

* *In voce* تسجع

† *Quatuor a Mecca ſtationibus.* Safio'dd. *Contendunt alii ipſum idolum* Dhu'l Chalaſah *vocatum.* Ebno'l Athir.

‡ *Sic et* Ebn Athir, *ſcilicet a* Daus *et* Bajilah, *&c.*

§ *Bacchus πυριγενής.*

Digitized by Google

didum vel *coruſcantem?* a qua verbi شرا *Shara* ſignificatione nomen ſortitum *ſplendidum Jovis ſidus* docet * *Al-Makrizius:* dictum enim ait مشتري *Moſhtari* لحسنه i. e. *ob* † *pulchritudinem ſuam,* كانه اشتري الحسن لنفسه i. e. *ac ſi ſibi pulchritudinem emiſſet,* ac propriam vendicaſſet; ſatis frigide: quin potius a شري et اشتري quod, juxta *Al'Jauharium* et *Ebno'l Athir, coruſcare,* ‡ inter alia ſignificat. Aliam etiam nominis rationem addit, لانه نجم الشرا والبيع i. e. *Quod ſtella ſit quæ* § *emptioni et venditioni præſit.* Et num ita deus iſte apud illos? aut potius a شرا *Shara,* quod loci nomen, dictum putemus, quaſi *Dominus Sharæ?* quam notionem *Dhu* vel *Dhi* apud *Arabes* habere notiſſimum eſt ‖, eaque nominum ſeu cognominum compoſitionem frequenter ingredi. Unde inter reges *Yamanenſes* qui اذوا اليمن *Adhwao'lYaman* appellantur, i. e. *reges Yaman, quorum nomen a Dhu* (et in obliquo *Dhi*) *incipit:* quorum, exempli gratia, ſex enumerat *Al'Jauharius,* ſcilicet 1. ذو يزن *Dhu Yazan,* a valle *Yazan,* cujus dominus erat, teſte *Safio'ddino,* denominatus. 2. ذو جدن *Dhu Jadan,* ¶ qui primus cantando apud *Yamanenſes* excelluit, teſte *AlFirauzabadio***. 3. ذو نواس *Dhu Nowas*††. 4. ذو فايش *Dhu Fayeſh,* a valle *Fayeſh,* quam ſibi peculiarem habuit, ut vult *AlFirauzabadius.* 5. ذو اصبح *Dhu Aſbah.* 6. ذو الكلاع *Dhu'l Colaa:* duos hoc nomine appellatos refert *AlFirauzabadius* الاكبر et الاصغر i. e. *Majorem* et *Minorem,* dictos autem quod apud eos congregatæ *Hamyarenſium* tribus fœdera inierint, quod inter hujus thematis ſignificatus numeratur. Horum nonnullos in re-

* *In Hiſt. Ægypt.*

† Afferit Diod. l. iii. *Bacchum fuiſſe* τῷ κάλλει καὶ τῇ ῥώμῃ διαφέροντα, &c.

‡ *Denotat alias* Rei alicui inſtare, *et* ſtrenue agere. *AlFir. et Ebno'l Athir.*

§ *Bacchus primus emere et vendere inſtituit.*

‖ ذو بمعني صاحب *AlJauhar.*

¶ اول من غني باليمن i. e. *Primus qui cecinit in Yaman.*

** V. p. 63.

†† *Ibidem.*

Digitized by Google

gum *Hamyarenſium* ſerie, una cum aliis, habuimus. De cæteris, quorum nulla ibi mentio, idem (uti jam antea monuimus) ſtatuendum videtur, quod de ذو رعين *Dhu Roain*, alio item non obſcuræ apud *Yamanenſes* famæ *Domino*, (cui nomen dedit vel mons vel arx quam in monte munitam habuit *,) aliiſque innuit *Al'fannabius*; ideo ab hiſtoricis, dum eorum qui illis olim regionibus imperarunt catalogos contexant, omiſſos, quod de eorum ætate, numero, et rebus geſtis nihil certi definire audeant. Ex his autem quæ dicta ſunt de vocis ذو in compoſitione nominum et agnominum uſu conſtat. Jam vero, quod ad شري vel شرا *Shara*, nomen eſt loci non unius: ita appellatur *Via* quædam in *Salma* كثير الاسد i. e. *leonibus infeſta*; ita *Mons* quidam in *Najd*, necnon alius in *Tahama* موصوف بكثرة السباع i. e. *ferarum* (leonum, puta, tigrium, &c. qualibus vehi *Bacchum* fingunt) *copia celebris*; ita et *Vallis* quædam inter *Cabcab* et *Naaman*, unius noctis itinere ab *Arafa* diſtans, necnon locus juxta *Meccam*, referente *Safio'ddino*, qui dum loca hæc enumerat, addit ذو الشري *Dhuſhara* idolum fuiſſe *Dauſenſium*, et (ſecundum alios) alterum etiam apud *Bani Hareth*, *Azdenſes*. Erit ergo *Dyſares*, quem *Arabum* deum perhibent, ذو الشري *Dhuſhara*, i. e. *Dominus Sharæ*, atque idem (inquiunt) illis qui *Græcis* Διόνυσος: at unde apud *Græcos* hoc illi nomen? Vox erit hybrida, ſi *Diodori* ſententiam amplectamur, ex Διὸς et *Nyſa*, *Arabiæ* ſive *Ægypti Arabiæ* vicina urbe, apud quam *Bacchus* a *Nymphis* educatus, conflata. At cur non et hæc pure *Arabica*,

* ورعين حصن له او جبل فيه حصن i. e. *Roain arx illi fuit, vel mons in quo fuit arx.* AlFirauz. V. Safio'd. *et* AlJauhar.

AlJauhar. *et* AlFirauz.

Safio'ddin.

Digitized by Google

ut *Dominum Nyſæ* ſonet? Quo modo autem *Nyſa* ab *Arabibus* olim ſcripta fuerit non habeo quod ſtatuam. نوسا *Nuſa* inter *Arabiæ* urbes recentioribus notas nondum reperi; ita appellatam *Ægypti* provinciam quandam refert *Safio'ddinus*, eandem quæ et سمنود *Samannud* audit, diverſam tamen ſtatuit author libri * نشق الازهار et pagos viginti unum tantum continere, cum *Samannud* centum viginti et octo contineat. نواس *Nawas* apud *Safio'ddinum* eſt من حصون اليمن i. e. *e caſtellis Yamani*. Apud *Al-Firauzabadium*, in *Kamuſo* ſuo, reperimus النواسي ſeu *Nowaſienſes* appellari ſpeciem quandam uvarum præſtantiſſimarum in سراة *Sarah* †, qui, teſte *Safio'ddino*, *montium Hejazi altiſſimus, uvis et ſacchari cannis abundans*; quæ tamen num a loco aliquo vel aliunde ſic dictæ, nihil monet. Inter reges *Yamanenſes* unum habuimus nomine ذو نواس *Dhu Nowas*, quod ſi Διόνυσος *Græce* efferatur propius aberit a ſono, quam quæ ab una in alteram iſtarum linguarum tranſlata ſunt, non pauca. Sed ne incerta ſectemur, cum ab omnibus pro conceſſo habeatur *Nyſam Arabiæ* urbem fuiſſe, in qua educatus a Nymphis *Bacchus*, olim notam licet nobis jam incognitam, atque ab ea denominari eum quod ad poſteriorem nominis partem magnis authoribus placeat, quod contenderim hoc eſt, non minus probabiliter priorem ejus partem *Arabum* ذو *Dhu*, vel in obliquo ذي *di*, ſtatui: ſed qui *Arabibus* debet ut *Nyſæ* Dominus audiat, unde Βάκχος nuncupatus? ſi ab incondita *Bacchantium* vociferatione, ut *Euſtathio* placet, annon et hic *Arabiſſantes* ejus cultores habeamus judi-

* *Neſhk al-azhar.*

† *Num forſan is qui apud Stephanum Byzantinum* Δυσαρὴν, σκόπελος, καὶ κορυφὴ ὑψηλοτάτη τῆς Ἀραβίας.

Digitized by Google

cent qui audierint بخ بخ *Bacche Bacche*, quod plane eſt Εὐοῖ ἐυοῖ, vel Εὐοῖ Βάκχε, ab *Arabibus* ingeminari, cum rem aliquam laudibus efferant, vel admirabundi exclament, et بخ *Baccha grandem, magnum, præclarum eſſe*, denotare; ut et hoc etiam *Bacchi* nomen ab *Arabibus* ad *Græcos* una cum ipſius cultu tranſmiſſum videatur, qui tamen aliis apud ipſos *Arabes* nominibus notior, *Dyſaris* (ut vidimus), et *Ourotalti*, vel potius *Ourotali* ſublata *T*. Ὀνομάζουσι δὲ τὸν μὲν Διόνυσον Οὐροταλ, τὴν δὲ Οὐρανίην Ἀλιλάτ: *Bacchum* et *Uraniam* cum ſolos deos eſſe arbitrentur *Arabes*, *Bacchum appellant Ourotal* [*Orotal*] *et Uraniam Alilat*, inquit *Herodotus*. Quid vero Οὐροταλ, ſive (ut in * MS. *Bodleianæ* legitur), Ὀρατὰλ, *Oratal?* Libens Doctiſſimi Viri *Sam. Bocharti* judicium ſecutus, ut de vocabulo quod in uſu eſſe deſiit, ἀπέχω. Quod niſi audacis nimium eſſet conjecturæ pro Οὐροταλ, ſive Ὀρατὰλ, ſubſtituere Ὀλατὰλ, (ut literæ λ et ρ facile commutabiles) omnia hæc expeditu eſſent facilia. Quid enim aliud eſſet Ὀλατὰλ, quam الله تعالي *Olla taal* (ſi ut nunc olim pronunciabant) i. e. *Deus excelſus, ſummus*, vel *ſupremus*: cui adjuncta vox † Ἀλιλὰτ, i. e. الالهة *Alilaha*, vel in plurali الالهات *Alilahat* i. e. *Deæ* (quomodo, teſte *AlFirauzabadio*, et *Solem*, et الهلال *Al helal*, i. e. *Lunam*, et نسر *Naſrum* (ut addit *Jauharius*) aliaque quævis idola, inter quæ اللات *Allatt*, et reliqua minorum gentium numina, appellabant), univerſam *Arabum Idololatriam* nobis ob oculos ponit et *Pantheum* reſerat. Habebant ſiquidem Ἀλιλὰτ *Alilahat*, *deas*, minorum gentium deos, et

* *Et in altero* Ὀρατύλατ.

† *In* MS. *Bibl. Bodl.* Ἀλιὰτ, *quaſi ſine articulo*, Elahat.

Digitized by Google

Allah taal Ὀλοτὰλ *Deum ſupremum.* Illas Dei ſupremi filias (ut vidimus) ſtatuebant, ac pro ipſis apud eum intercedere, adeoque divinum illis cultum deberi; ſub Deo tamen ſummo, ut inquit *Shahreſtanius*, ſcilicet (ut de *Sabiis* idem aſſerit) idola iſta *deos* vel *deas* vocabant; at Deum verum, *Deum Deorum:* iſta dominos, illum *Dominum dominorum*: adeoque cum ſe coram Deo ſiſterent atque eum laudibus celebrarent hac forma uſos tradit; لبيك اللهم لبيك لبيك لا شريك لك الا شريك هو لك تملكه وما ملك i. e. *Cultui tuo me dedo, O Deus, cultui tuo me dedo. Non eſt tibi ſocius, niſi ſocius quem tu poſſides et una quicquid ille poſſidet.* Quæ ſic explicat *Ebno'lAthir* ut per *ſocium* denotetur *idolum*, quod una cum victimis et donariis ipſis oblatis ad Deum ſummum pertineret, non ſui juris eſſet: quam iniquè tamen erga eum quem pro Deo ſupremo agnoſcerent, etiam in iis quæ ad eum pertinere confiterentur, agebant, hinc patet quod in *Alcorano* capite * *Anaam*, Deus de eorum injuſtitia queribundus introducitur his verbis: † وجعلوا لله مما ذرا من الحرث والانعام نصيبا فقالوا هذا لله بزعمهم وهذا لشركاينا فما كان لشركايهم فلا يصل الي الله وما كان لله فهو يصل الي شركايهم سا ما يحكمون i. e. *Et ſtatuerunt Deo ex eo quod creavit de frugibus terræ, et de pecore partem, dicentes, Hoc Dei eſt, juxta* ſcilicet *ipſorum opinionem, et hoc ſociorum noſtrorum* (quos ſcilicet ei adjunximus). *Quod autem ad ſocios iſtos pertinere volunt, ad Deum non pervenit; at quod Dei eſt, illud ad ſocios iſtos pervenit. Quam male judicant!* Ad hæc intelligenda atque illuſtranda faciunt quæ in libro نظم الدر

* i. e. *Pecudum: Quod ordine ſextum.*
† Comm. 136.

Digitized by Google

i. e. *Unionum compoſitio*, legimus, ſcilicet *Arabes* priſcos cum vel agrum ſererent, vel arbores plantarent, obducta in medio linea locum in duas partes dividere ſolitos, quæ citra lineam eſſent idolis ſuis dicantes, quæ ultra, Deo. Quod ſi ex iis quæ idolis ſuis dicaſſent, quicquam in partem Deo ſacram decidiſſet, illud protinus reſtituere, at ſi e parte Dei in eam quæ idolis dicata, retinere; eodem modo ſi aqua quam in idolorum portionem immiſiſſent, perrupto canaliculo Dei partem irrigaret, obſtruere, ſin e contra, fluere finebant, dicentes, *Ea Dei rebus opus habere, Deum ſibi ſufficere.* Quod ſi quis verba prout apud ipſum authorem *Arabice* habentur, legere malit, ſic ſe habent واما اهل المدن والحرث فكانوا اذا حرثوا حرثا او غرسوا غرسا خطوا في وسطه خطا فقسموه بين اثنين فقالوا ما دون هذا الخط لالهتهم وما وراه لله فان سقط مما جعلوه لالهتهم شي فيما جعلوه لله ردوه وان سقط مما جعلوه لله فيما جعلوه لالهتهم اقروه واذا ارسلوا الما في الذي جعلوه لالهتهم فانفتح في الذي سموه لله سدوه وان انفتح من ذلك في هذا قالوا اتركوه فانه فقير اليه ⁘

Sic et *Bidawius* ſi quæ Deo dicata magis opima eſſent, mutare ſolitos; non e contra, refert. Præter ea quæ hactenus a nobis commemorata ſunt publici cultus objecta, alia fuiſſe innumera, a privatis culta, teſtis eſt author libri المستطرف; ſcilicet unumquemque patrem-familias deos ſibi penates habuiſſe quos ultimo omnium profecturus, et primo reverſus ſalutaret. Quo in genere cenſendus videtur الضمار *AlDomar*, apud *AlFirauzabadium*, quem idolum fuiſſe ait, عبده العباس بن مرداس ورهطه i. e. *ab Abbaſo Ebn Mardas et ipſius familia cultum:* ac-

Digitized by Google

ceptum illud a patre ſuo *Mardaſo* flammis tradidiſſe *Abbaſum* refert *Safio'ddinus*, ubi *Mohammedi* nomen dediſſet. Primos lapidum apud *Arabes* cultores *Iſmaelis* poſteros ſtatuit * author modo laudatus, ac eorum idololatriam hinc originem traxiſſe, quod cum jam creſcente ipſorum numero, adeo ut quæ *Meccam* circumjacet regio illos non caperet, in alias ſe conferre partes coacti ſint, non proficiſceretur quiſquam quin aliquos † e loci iſtius ſacri lapidibus ſecum aſſumeret, quos, ubicunque ſedem figeret depoſitos, ‡ eodem modo quo *Caabam* ſolebat, circumiret; eo tandem deventum ut ipſorum poſteri lapidem quemcunque aſpectu pulchrum colerent, atque ita religionis quam ab *Iſmaele* acceperant, obliti, in fœdiſſimam ruerent idololatriam. Ab *Alilahat*, ſeu multorum (ut loquuntur) ſociorum, ad unius *Ollataali*, non illius *Bacchi*, ſed Dei ſupra omnia excelſi, rerum omnium conditoris cultum, *Arabes* ſuos revocavit *Mohammedes*, ritibus licet idololatricis retentis; adeo ut poſt introductum ab ipſo *Iſlamiſmum* aliis potius nominibus quam idololatriæ incuſandi videantur. וטעיותם וטפשותם בדברים אחרים i. e. *Error eorum, et ſtultitia eorum aliis in rebus conſiſtit*, (ut recte *Maimonides*, in Epiſtola ad proſelytum religioſum, cujus verba ideo appoſui, quod in codicibus impreſſis, editionis ſaltem *Buxtorfianæ*, non reperiantur) non tam quod falſa numina, quam quod falſo verum colant. Idololatriæ notam quam ipſi Chriſtianis falſo inurere conantur, ut abſtergerent, ipſos ejuſdem criminis incuſarunt nonnulli; ſed calumniam calumniæ reponere

* *Scilicet lib.* Moſtatraf. *Eadem videre eſt apud* AlJann. *ad an.* Hejræ *octavum.*

† حجرا من حجارة الحرم

‡ طافوا به كطوافهم بالكعبة

Digitized by Google

cum Chriſtiano indignum ſit, jure id fiat an injuria, non melius judicabimus quam ſi ea, quorum nomine idololatriæ rei peraguntur, ſimul congeſta lectoris oculis ſubjiciamus. Ea prout in *Saracenicis* a *Sylburgio* editis, *Euthymii* ſcilicet, &c. (neque enim aliorum nobis copia) hæc præcipue ſunt. Χαβὰρ pro *Lucifero* et *Venere* poſitum, pag. 1. et pag. 85. ubi qui a *Saracenorum* dogmatibus ad fidem Chriſtianam converſus fuerit, anathematizare docetur eos qui matutinum ſidus ſive *Luciferum* et *Venerem* adorant, quam *Arabum* lingua Χαβὰρ (inquit) nominant. Idem pag. 71. Κυβὰρ effertur, ubi et hæc pro *Venerem* colentium precationis formula habetur; Ἀλλὰ ἀλλὰ ϗὰ κυβὰρ ἀλλά. Pag. 15. adhærere eos aſſerit τῷ λίθῳ τῦ βραχθὰν *lapidi Brachthan*. Ibidem eſſe illis ait τὸ Βαχχὰ ἰσμαηὶχ καλέμενον εἴδωλον *, *ſimulachrum* Baccha Iſmakech *dictum*, quod ipſe (*Mohammedes* ſcilicet) προσκύνημα παρατηρήματος †, *Adoramen obſervationis*, appellat, et, ut miſeri barbari adorarent, præcepit. Ibidem καὶ δύο δὲ ὀνόματα βάρβαρα, τὸ τζιτζαφὰ καὶ μαρυὰ, ἐκ τῶν σεβασμάτων εἶναι λέγει τῦ θεῦ. i. e. *ſed et duo vocabula barbara* Tzitzapha, *et* Marua, (pag. 78. Tzapha *et* Marua,) *ex iis in quibus Deus colitur eſſe dicit*. Pag. 85. in medio domus precationis *Make* jacere ait lapidem magnum *Veneris* effigiem in ſe habentem; honorari autem iſtum lapidem, quaſi *Abrahamus* ſuper eo cum *Agare* coierit, aut camelum ei alligaverit cum *Iſaacum* ſacrificaturus erat.

Hæc præcipue ſunt quorum nomine *Mohammedis* ſectatores idololatriæ rei peraguntur. Quid vero de his

* Pag. 82. τὸ Βάκχι ἤτοι τὸ Μάκι ἢ Μάκιχ.

† Ibid. προσκυνητήριον τῦ παρατηρήματος.

Digitized by Google

ſtatuendum ſit, ubi *Arabice* expreſſa fuerint quæ *Euthymius* cæterique *Græce* protulerunt, melius patebit. Χαβὰρ et κεβὰρ *magnum* in lingua *Arabica* ſignificare aſſerunt. Recte. Illis enim كبير *Cabir*, et كبار *Cobar*, et in plurali كبار *Gebar*, *magnus* dicitur. Eo autem titulo indigitari *Luciferum* et *Venerem* probatur ex illa precationis (ut loquitur author) apud illos formula, Ἀλλὰ ἀλλὰ ἰὰ κεβὰρ ἀλλά: ubi Ἀλλὰ ἀλλὰ *Deus, Deus*, ſonare dicitur. Et hoc recte. Οὐὰ autem *major:* at quis *Arabum* hoc nos docuerit? Si *Arabice* hæc omnia, ad ſonum quam proxime fieri poſſit, efferantur, hæc erunt verba; الله الله هو كبار الله *Allah, Allah, howa cobar allah.* i. e. *Deus, Deus, Ille Magnus Deus:* at precatio illa quam expreſſam hic voluit, nihil aliud, puto, erit quam التكبير *alTecbir*, i. e. μεγάλυσμος, ſeu δοξολογία iſta *Mohammedanorum*, quam ſubinde inter precandum repetunt, et de cujus vel ſemel ex animi ſententia prolatæ efficacia, mira prædicant, ſcilicet الله اكبر *Allaho acbar* (vel, ut illi male diſtinctis literis, *Allah hoa char*, vel ut ab hominibus *Græcis* pronunciari poſſit *cobar*) i. e. *Deus maximus eſt:* qua ingeminata quod primam lunæ, quæ menſes et annos illis numerat, et feſta deſignat, φάσιν ſalutent, ſuperſtitioni magis imputandum quam idololatriæ, quaſi jam *Lunæ* ſeu *Veneri* (quas promiſcue hoc in loco ſumi obſervavit Doctiſſimus *Bochartus*) divinam aſcribant potentiam. Proximo in loco, ut ad ea verba quibus aſſeritur ſimulachrum illis eſſe τὸ Βακχὰ Ἰσμαχὲχ dictum, accedamus, τὸ *Baccha Iſmakech, Arabice* ſi proferas, quid erit aliud quam بكة اسم مكة, i. e.

Bacca, ſeu *Becca*, *nomen eſt Maccæ*, ſeu *Meccæ*; quomodo forſan, quærenti quid eſſet بكة *Bacca*, reſponderit aliquis qui *Arabice* loqueretur. Melius ergo pag. 82. Βάκχ ἤτοι τὸ Μάκ ἢ Μάκεχ, *Bacche, ſive Make, aut Makech*, habetur. Quod idem προσκύνημα παρατηρήματος, *Adoramen obſervationis*, vocatur pag. 14, et pag. 82. προσκυνητήριον τῆς παρατηρήματος, *Adoratorium obſervationis*, (qua periphraſi *Arabum* قبلة *Keblah*, locum ſcilicet ad quem inter orandum faciem convertunt, qui non alius quam templum *Meccanum* eſt,) et quod in priori loco εἴδωλον, in poſteriori οἶκος προσεύχης, *domus orationis*, appellatur, quam ab *Abrahamo* et *Iſmaele* ſtructam fingunt. Sciendum ergo quid de بكة dicant *Arabes*; eſſe ſcilicet nomen τῆς مكة *Mecca*, inde illi inditum quod tanta ſit illuc religionis prætextu confluentium turba ut ſe mutuo *impellant* et *premant* *, quæ inter cæteras verbi بك notiones eſt: ſunt qui loci proprie *Becca* dicti limites non ultra illum in quo προσκυνητήριον illud ſtructum ſit, proferant, quod extra illum eſt dici *Mècca*, teſtibus *Ebno'l Athir*, *Safio'ddin*. &c. at *Euthymius*, et alter ille, utramque pro ipſo oratorio ibi conſtructo, quod ipſi *Caabam* vocant, ſumpſiſſe videtur. Cui qui quantum detulerint et οἱ πρόσθεν *Arabes*, et qui cis *Mohammedem*, honorem reputaverit, non male forſan illud ipſorum εἴδωλον dixerit. Εἰδωλεῖον olim fuiſſe vidimus †, locum jam autumant Deo in terris unice carum, quemque ipſi ſacrum habent, adeo ut non alias quam facie ad eam verſa effuſas preces, Deo acceptas credant. De ea, cujus meminit, fabula, qua domus illa

* Aljauhar. Ebn Athir, *et* Kamus, *aliam afferunt rationem, quod ſuperba immorigerorum colla ſubigat et conterat.*
لانها تبك اعناق الجبابرة اي تدقها
Ebno'lAthir.

† *Idolum olim ibi cultum, et jam in eo occultum ſeu ſepultum manere, credi a Judæis patet ex Epiſtola* Maimonidis *prædicta.*

Digitized by Google

ab *Abrahamo* et *Iſmaele* ſtructa perhibetur, plura mox, ubi prius de lapide τῦ Βραχθὰν pauca. *Quomodo* (inquit) *vos lapidi adhæretis Brachthan, et ipſum oſculamini?* Lapidem deſcribere videtur iſtum quem oſculari *Meccam* religionis ergo viſentibus, et *Caabam* circumeuntibus, cultus pars eſt non minima. الحجر الاسود *Al hajar al aſwad*, i. e. *lapidem nigrum* vocant. At unde illi nomen *Brachthan?* num forſan quaſi براقة *Barracaton*, a برق *coruſcare*, *fulgere*, quia cum primo e paradiſo (ut fabulantur) demiſſus ſit, كان اشد بياضًا من الثلج ويضي كما تضي الشمس i. e. *candore nivem ſuperabat, et ſplendore ſolem æquabat*, ut loquitur * *Ahmed Ebn Yuſef?* qui factum ut

Qui color albus erat nunc ſit contrarius albo,

mox dicetur. At certe crediderim *Brachthan* nomen lapidis non fuiſſe, ſed qui ea voce uſus fuerit, rationem reddere voluiſſe, cur lapidem iſtum oſcularentur, eique adhærerent, ſcilicet ut inde بركة *Baracatan*, i. e. *benedictionem* conſequerentur; oſculantur eum ſiquidem تبركًا به tabarracan behi, *boni ominis*, ſeu *benedictionis captandæ gratia*. Nam, ut aſſerit *Safio'ddinus*, ما زال هذا الحجز معظما في الجاهلية والاسلام تتبرك الناس به ومروا دونه ويقبلونه i. e. *non deſiit lapis iſte in magno honore eſſe, et olim ante Mohammedis tempora, et, poſt immutatam ab eo cultus rationem*, tatabarraco'lnas behi, i. e. *benedictionem ab eo captabant homines, ſub eo tranſire, eumque venerabundi oſculari.* Erit ergo lapis τῦ Βραχθὰν lapis *benedictionis*, ſeu quem *benedictionis* conſequendæ gratia oſculantur. Ut intelligantur quæ tam de lapide iſto, quam de oratorio adduntur, de

* *In vita* Adami.

Digitized by Google

utroque paucis erit dicendum. Quod ad προσκυνητήριον, illud eſt quod الكعبة *alCaaba, Caabam*, vel Χάβαα (ut efferunt *Græci*) vocant, nomine vel ab eminentia indito *, quia ſcilicet quicquid eminet et excelſum eſt كعب *Caab* dicitur; vel لتكعيبها *Letac'ibeha*, quod formæ ſit *quadratæ*, a كعب *quadratum facere*. Vocant etiam البيت الحرام *alBait-al haram, Domum interdictam*, i. e. ſacram ſeu aſylum; † جعل الله الكعبة البيت الحرام . i. e. *Poſuit Deus Caabam domum interdictam*; imo et المسجد الحرام *Adoratorium ſacrum*, ut mox dicturi ſumus. Ejus ſtruendæ rationem hanc affert *Shahreſtanius* (quem, ut non infimæ notæ authorem in re de qua tam varia et incerta apud alios reperiantur, *præeunte mendaciorum fonte Alcorano*, non tamen ut hic fide dignum laudamus), quod ſcilicet *Adamus* paradiſo pulſus, cum a Deo peteret ut ſibi domus ad ſimilitudinem ejus quam in cœlo viderat (‡ البيت المعمور i. e. *domum habitatam*, et الصارح *AlSareh*, quod *excelſum* denotat, vocant) ſtruendæ copia concederetur ad quam preces ſuas dirigeret, et quam cultus gratia circumiret, ut cœleſtem illam angeli et ſpiritus ambiunt, Deum lucis quaſi aulæa forma domus demiſiſſe, ad quam inter orandum faciem converteret, eamque circumiret. Mortuo *Adamo, Sethum*, ipſius filium, ejuſdem formæ domum e lapidibus et luto fabricaſſe, quam cum dejeciſſet diluvii vis, *Abrahamum* cum filio *Iſmaele*, Dei mandato aliam ejus loco et forma condidiſſe; locum ejus *Abrahamo* monſtratum a سكينة i. e. שכינת refert *Al'Jannabius* in vita *Abrahami*. Eandem

* *Quia reliqua in* Mecca *ædificia ſupereminet.* Ahmed Ebn Yuſef, *in* Mecca. V. Kam. &c.

† Alcor. Sur. 5.

‡ *Quanquam alii per* AlBait almaamur *ipſam* Caabam, *quam* Adami *tempore Deus e cœlo demiſerat, diluvii tempore iterum in cœlum receptam, atque ibi ſervatam intelligant.* Zamach. *in* Com. ad Alc. Sur. 2. *Nugis hiſce teſtimonium perhibet ipſe* Alc. *dum* Caabam *vocat* اول بيت وضع للناس i. e. *Domum primam quæ poſita eſt hominibus, et ab* Abrahamo *et* Iſmaele *conditam aſſerit.* Alc. Sur. 3. Comm. 96. Sur. 2. Comm. 126.

Digitized by Google

cum ad ruinam vergeret ab aliis atque aliis ſubinde reſtitutam ac renovatam, poſt *Mohammedem* natum a *Koraiſhitis*, deinde ab *Ebn Zobair*, atque ea demum qua nunc eſt forma ab *Hejajo*, anno *Hejræ* ſeptuageſimo quarto tradunt *Abu'lFeda*, author libri *Maſalec*, *Jannabius*, *Ahmed Ebn Yuſef*, &c. Quo minus ejus mutandæ licentiam ſibi ſumerent poſt eum alii, inde factum videtur, ut honori ejus conſuleretur. Refert ſcilicet *Al'Jannabius* cum in animum induxiſſet *Harun Arraſhid*, vel, ut alii, pater ipſius *Mohdius*, imo, ut alii, avus *Almanſor*, illud quod ab *Hejajo* factum fuerat mutare (ut ita *Caabam* ad eam in quam a *Zobairo* redacta fuerat formam reſtitueret), accedentem *Malecum* quendam ne id faceret ſuaſiſſe, ne fieret Domus Dei ملعبة للملوك i. e. *regum ludicrum*, et dum ad uniuſcujuſque arbitrium ſubinde mutaretur *, excideret animis hominum qua eam proſequerentur, reverentia. Magnifico jam circumdata traditur periſtylio (quod columnis 448. † conſtat, ac portas habet 38. teſte authore خريدة العجايب) cujus, licet ad eum quo jam ſplendet faſtum multorum magnatum ac principum munificentia crevit, prima ab *Omaro* jacta ſunt fundamenta, qui ne privatis ædificiis arctaretur templi atrium ſtructo modicæ altitudinis muro cavit, cum ſub *Mohammede* et *Abubecro* area eſſet patula (ut refert author مسالك) nullo incluſa ſepto. Vocatur atrium hoc cum periſtylio ſuo المسجد الحرام *AlMosjad al haram*, *Adoratorium ſacrum*, quod nomen alias et ipſi *Caabæ*, alias etiam toti *Meccæ* (imo et regioni circumjacenti

* فتذهب هيبته عن قلوب الناس

† *At Author lib.* Maſalec. 484. *quæ et particulatim recenſet; ad orientem ſcilicet* 103. *ad partem quæ* Safam *ſpectat* 141. *ad occidentem* 105. *ad ſeptentrionem* 135. V. et Lex. Geogr. *in* المسجد الحرام

quæ جرم audit), tribui monet author proxime laudatus, adeo ut mirum non ſit quod cum *Caabam* indigitare voluerit *Euthymius*, *Meccam* nominaverit; quam etiam totam a nobiliori ſui parte *ſacram Dei domum* appellari diſcimus a *Safio'ddino* in Lexico Geographico eam ſic deſcribente, مكة بيت الله الحرام i. e. *Mecca domus Dei ſacra.*

Eſt ergo templum *Caaba* apud *Arabes* antiquitus ſacrum, nec jam de prima ejus conditi ratione, inter eas quæ ad honorem illi conciliandum narrantur, fabulas certi quicquam expiſcari licet, niſi forſan illorum ſententiæ accedamus qui (referente *Shahreſtanio*) eam olim زحل i. e. *Saturni* fanum fuiſſe aſſerunt, eique a primo conditore dedicatum. Quam ſententiam, licet ab ipſo rejectam, probabilem tamen facit quod perhibet, fuiſſe olim *Arabibus* et *Indis* (quorum magnum in rebus ad religionem ſpectantibus conſenſum prædicat) ſeptem conſpicuæ famæ delubra, ſeptem planetis dicata: e quibus (ne *Arabiæ* noſtræ terminos egrediamur) fuiſſe ait بيت غمدان *Bait Gomdan* in urbe *Sanaa Yamanenſium*, quod condidit *Dahac* علي اسم الزهرة *nomini Veneris ſacrum*, diruit autem *Othman Ebn Affan.* Narrat *Al'Jannabius* inſcriptum illi fuiſſe غمدان هادمك مقتول i. e. *Gomdan, qui te diruit interficietur*, quod *Othmani* cæde comprobatum eſt. Quanquam autem *Caabam* ſuam ipſi mundo fere coævam (ne, ut nugantur aliqui, antiquiorem dicam), jactitent, unde et البيت العتيق i. e. *domum antiquam* vocant, quo minus tamen eundem cum mundo durationis terminum

Safio'dd. &c.

Digitized by Google

habituram asserere audeant, prohibentur vaticinio (ab ipso, ut videtur, *Mohammede* profecto, vel ipsius saltem authoritate munito) quo illam ab *Æthiopibus* aliquando dirutum iri prædicitur. Hoc scilicet (referentibus *Al-Jannabio* et *Ahmede Josephi* filio) ab eo dictum fertur ان في اخر الزمان تجي الحبشة ويخربونها خرابا لا تعمر بعده ابدا i. e. *venturos ultimis temporibus Æthiopes, eamque penitus demolituros; nec eam postea restauratum iri in seculum.* Hæc de *AlCaaba*, templo scilicet *Meccano*, a quo ut diversum memorant *AlFirauzabadius*, *Safio'ddinus*, &c. الكعبات *AlCaabat*, domum etiam quam *Banu Rabiæ* circumire olim religionis ergo solebant. Jam vero de *lapide nigro* quid non fabulantur? eum e pretiosis paradisi lapidibus cum *Adamo* in terram demissum, ac postea diluvii tempore rursus in cœlum sublatum, vel alibi (حيث شا الله i. e. *ubi Deo visum est*, ut loquitur *Ahmed Josephi* filius, in monte *Abu Kobais*, ut *Zamachsharius**), repositum, ac demum ædificanti templum *Abrahamo* ab angelo *Gabriele* reportatum: esse eum † يمين الله في الارض i. e. *dextram Dei in terris* ‡. Situs est in angulo *Caabæ Eracienfi*, illo scilicet qui *Basram* respicit, cubitis binis et tertia cubiti parte a terra remotus, juxta *Safio'ddinum*, vel quod eodem recidit سبعة اشبار i. e. *septem spithamarum* distantia, juxta *Shahabo'ddinum*, authorem libri مسالك الابصار &c. quem tamen, tam Deo carum (ut autumant), tam *Arabibus* ac *Mohammedanis* omnibus sacrum, § *Karmatii* anno *Hejræ* 317. juxta *Abu'lFedam* et *Ahmedem Josephi* filium (quo anno obiit celeberrimus as-

* *In* Alcorani Sur. 2.

† Al Azali, Shahabo'ddin, *et* Ahmed Ebn Yusef.

‡ *Exemplaria nonnulla præ se ferre videntur* عين i. e. oculus Dei, &c. *sed mendosa.*

§ *Nomen sectæ.*

Digitized by Google

tronomus * *AlBattanius*), vel 319. juxta *Safio'ddinum*, loco motum abſtulerunt, nec ante annum 339. (morte philoſophorum inter *Arabes* facile principis, *AlFarabii*, celebrem) ut iterum *Abu'lFeda* et *Ahmed Ebn Yuſef*, vel 335. ut *Safio'ddinus*, ab ipſis vel prece vel pretio impetrari potuit ut remitterent: idque لما ايست عن تحويل الحجاج عليهم i. e. *cum viderent nullo modo fieri poſſe, ut peregrini ad ipſos a* Mecca *diverterent*, ut ait *Ahmed Ebn Yuſef*; qui merito aſſerit fuiſſe hoc مصيبة ما اصيب الاسلام بمثلها i. e. *infortunium cui nullum unquam par paſſa eſt ipſorum religio: Karmatias* enim duce *Abu Dhahero* peregrinos *Meccam* accedentes ſpoliaſſe, imo eorum, dum ipſam *Caabam* circumirent, mille ſeptingentos interemiſſe in *adoratorii ſui tam ſacri pomærio*, lapidem nigrum, quem ut cœlitus demiſſum venerantur, ſuſtuliſſe, templi portam dejeciſſe, † puteum *Zamzam*, quem et unice ſacrum habent, mortuorum cadaveribus impleviſſe, aliaque ejuſmodi facinora perpetraſſe, exprobrante illis interim *Abu Dhahero*, eorum duce, qui equi ſui *excrementis* ipſum *Caabæ* adytum conſpurcaverat, ‡ manifeſtam ipſorum ſtultitiam, qui templum illud *Dei domum* vocarent, quod ſi carum ſibi haberet fieri non poſſe quin in ipſius, qui illud tam indigne tractaret ac omnimode violaret, caput ignem cœlitus effunderet. Sed extingui nullo modo potuit *Mohammedanorum* erga ſacrarium ſuum zelus, nec ab eo cultibus *anniverſariis frequentando* averti; quod cum viderent *Karmatii* lapidem demum, poſt viginti duorum annorum ſpatium, remiſerunt, mi-

* *Vulgo* Al-Bategnius.

† Abu'lFed.

‡ Ahmed Ebn Yuſef.

Digitized by Google

ſeris interim illudentes, quaſi lapidi ſuppoſititio, ac a ſe mutato, eundem quem antea honorem perhibentibus: quibus reſponſum aiunt hoc indicio rem patefieri, lapis ſcilicet, ſi genuinus eſſet, * aquam *innata ſibi qualitate* ſupernataturum; quod cum ſpectantibus *Karmatiis* faceret, amolitum omnem ex animis hominum qui inde oriri poſſet ſcrupulum. Verba, prout apud *Ahmedem Joſephi* filium ſe habent, hæc ſunt, لها علامة وهي انه يطفوا علي الماء فتجربوه فطفي علي الماء ولم يرسب i. e. *Illi ſignum eſt quo dignoſcatur, ſcilicet quod ſuper aquam natet*, &c. Lapidem autem iſtum, nivei primo coloris, nigredinem a menſtruæ olim contactu contraxiſſe tradunt (referentibus *AlZamachſhario*, † *Ahmede Ebn Yuſef*, &c.) vel, ut alii, ab ipſo *Mohammedis* ore accepta mutati coloris ratione, cum e paradiſo deſcendiſſet ‡ اشد بياضا من اللبن *candore plus quam lacteo*, سودته خطايا بني ادم *nigredinem illi conciliaſſe hominum peccata:* quam tamen adhuc في راسه دون سايره *caput*, vel *exteriorem tantum ejus partem*, pervaſiſſe, reliquis partibus albedinem priſtinam retinentibus, palam factum quo tempore a *Karmatiis* loco ſuo motus eſt, teſtatur *Ahmed Ebn Yuſef*; adeo ut ab oſculantium anhelitu ac contactu fœdatum, ut alibi me legiſſe, vel ſaltem a *Mohammedanis* accepiſſe memini, credibile ſit. Fuiſſe eum *ex illis* qui olim idololatrice culti facile crediderim. Qua eum nunc ſuperſtitione venerentur *Mohammedis* ſectatores, cum in religionis ab ipſo traditæ fundamenta inquirendum infra fuerit, videbimus. Quod autem a *Damaſceno*, et *Euthymio* aſſeritur, ſi quis

* Idem *et* Safio'ddin.

† *In* Comment. ad Alcor. Sur. 2.

‡ *In marg.* Ceſhafi, *ad eundem locum.*

accuratius inſpectet videri in eo figuram capitis ſcalpro expreſſam, quod *Veneris* eſſe volunt, ex *Arabum* ſcriptis puto probari non poſſe. Alius illis lapis eſt ſacer, cui inſculptam, vel potius impreſſam, tradunt figuram, ſed tantum a figura capitis quantum caput a pedibus diſtantem, niſi oculi ſuperſtitione lippi caput a pedibus diſtinguere neſciant: lapis ſcilicet in quo veſtigia pedum *Abrahami* impreſſa; cum vel illi inter ædificandum *Caabam* inſiſteret, ut innuit *Abu'lFeda*; vel dum ipſi caput, *Iſmaelis*, quem viſum venerat, uxor (ut *Ahmed Ebn Yuſef* *, et *Safio'ddinus*) lavaret. Unde et illi nomen مقام ابراهيم, *Makam Abrahim*, *Locus* ſcilicet *Abrahami*, vel, quo ſtetit *Abrahamus*: hoc enim nomine vocari monet † *Al'Zamachſharius* tum lapidem cui impreſſa videntur pedum ipſius veſtigia, tum locum in quo tunc temporis jaceret lapis iſte. Poſitum jam aiunt ‡ in loco eo nomine celebri in المسجد الحرام ſeu *adoratorio* prædicto. Fieri apud eum preces præceptum in *Alcorano* §. Sed, ne multa, audiamus quid de eo narret teſtis oculatus *Ahmed Ebn Yuſef*, || cujus hæc ſunt verba: "Incluſus "eſt nunc temporis lapis iſte arcæ ferreæ in *loco Abra-* "*hami*: vidi eum ac oſculatus ſum eum, et poſitam "mihi in eo aquam putei *Zamzam* bibi, vidique pedis "dextri veſtigium depreſſius eſſe quam ſiniſtri, ac eſſe "كانه راس علي عجبن *quaſi caput ſuper paſta* effigiatum "(forſan et capitis effigiei quam pedis ſimilius) fuiſſeque "digitos pedum ipſius longitudine digitis manuum pa-"res." Hæc ille in vita *Iſmaelis*; ac alibi, ne a *Kar-*

* *In vita* Iſmaelis. *Habet etiam* Safio'ddin.

† *Ad* Sur. 2. Alcor.

‡ Safio'ddin.

§ Sur. 2.

|| *In vita* Iſmaelis.

Digitized by Google

matiis una cum lapide nigro auferretur cautum ædituorum diligentia, qui eum in quodam e montibus *Meccæ* abſconderant. Idem hic lapis eſſe videtur de quo affirmare *Mohammedanos* ideo ab ipſis magni fieri quod *Abrahamus* ſuper eo cum *Agare* coierit, aut camelum ei alligaverit cum *Iſaacum* ſacrificaturus eſſet, afferitur ab *Euthymio*, et in *Catecheſi Saracenorum:* jacere enim ait hunc lapidem in medio οἴκου τῆς εὐχῆς, quod de hoc lapide (intelligendo non ipſam *Caabam*, ſed periſtylium illud *al-Mesjad al haram* dictum) affirmari poteſt, cum lapis niger *Caabæ* muro infixus ſit. Fabulæ autem iſti de ratione ob quam ab illis honore afficiatur (cum nihil tale in eorum ſcriptis reperiri putem) anſam præbere potuit alia iſta, quam jam recenſuimus, de uxore *Iſmaelis* quæ caput illi mundaret, lapide iſto pedibus ejus ſuppoſito. Ac certe videntur mihi authores iſti (*Euthymius* ſcilicet, et author *Catecheſeos*) de uno lapide affirmare quæ ad duos (alterum muro infixum, alterum in terra jacentem) pertineant: quanquam omnia quæ dicant ad poſteriorem iſtum مقام ابراهيم *Makam Abrahim*, imo et ipſum nomen (ut volunt) Βραχθὰν, referri poſſint: ſed vix crediderim hujus ſolius, omiſſo altero longe celebriori, famam ad ipſos perveniſſe. Alius eſt et lapis, qui quo in honore apud *Arabes* idolorum cultores olim fuerit, incertum; jam vero pro *Iſmaelis* ſepulchro habetur. Meminit ejus nobilis author *Sharifo'lEdriſi* * (ut vulgo audit) in libro titulo tenus notiſſimo, ſcilicet نزهة المشتاق في اختراق الافاق i. e. *Egreſſio cupientis ad per-*

* *Ita eum appellant* Abu'lFeda *et* Shahabo'ddinus.

agrandas terræ regiones: ubi *Meccæ* descriptionem habet; quam totam hic apponere, ut ab eo quod agimus non alienum, ita nec lectori ingratum, puto, erit; ut ita authorem ipsum audiat ea hic enarrantem quæ epitomator penitus omisit.

ومدينة مكة قديمة ازلية البنا مشهورة الثنا معمورة مقصودة من جميع الارض الاسلامية واليها حجهم المعروف وهي مدينة بين شعاب الجبال وطولها من البعلاة الي المستفلة نحو ميلين وهو من جهة الجنوب الي جهة الشمال ومن اسفل جبل اجياد الي ظهر جبل تعيقعان ميل والمدينة مبنية في وسط هذا الفضا وبنيانها حجر وطين وحجارة بنيانها من جبالها واسواقها قليلة وفي وسط مكة مسجدها الجامع المسمي الحرم وليس لهذا الجامع سقف وانما هو داير كالحظيرة والكعبة هو البيت المسقف في وسط الحرم وهذا البيت طوله من خارجه من ناحية الشرق اربعة وعشرون ذراعا وكذلك طول الشقة التي تقابلها في جهة المغرب وبشرقي هذا الوجه باب الكعبة وارتفاعه علي الارض نحو قامة وسطح الكعبة من داخل مساو لاسفل الباب وفي ركنه الحجر الاسود وطول الحايط الذي من جهة الشمال وهو الشامي ثلثة وعشرون ذراعا وكذلك الشقة الاخري التي تقابلها في جهة اليمن ومع اصل

هذه الشقة موضع محجور في داير وطوله خمسون
ذراعا وفيه حجر ابيض يقال انه قبر اسمعيل بن
ابراهيم عليهما السلام وفي الجهة الشرقية من الحرم
قبة العباس وبير زمزم وقبة اليهودية وما استدار
بالكعبة كله حطيم يوقد فيه بالليل * مصابيح
ومشاعل وللكعبة سقفان وماء السقف الاعلي
يخرج عنه الي خارج البيت في ميزاب من خشب
وذلك الماء يقع علي الحجر الذي قلنا انه قبر
اسمعيل والبيت كله من خارج علي استدارته
مكسو ثياب الحرير العراقية لا يظهر منه شي وارتفاع
سمك البيت المذكور سبعة وعشرون ذراعا وهذه
الكسوة معلقة فيه بازرار وعري وصاحب بغداد
المسمي بالخليفة يرسلها في كل سنة اليها فتكسي
بها وتزال الاخري عنها ولا يقدر احد بكسوها غيره
† ومما يذكر اهل الخبر ان الكعبة كانت
‡ خيمة ادم عليه السلام وكانت مبنية بالطين
والحجارة فهدمها الطوفان وبقيت مهدمة الي مدة
ابراهيم واسمعيل عليهما السلام فيقال ان الله امرهما
ببنيانها فنهض ابراهيم عليه السلام الي ابنه
اسمعيل وتعاونا في بنيانها بالحجر والطين
وليس بمكة ماء جار الا شي اجري اليها من
عين علي بعد من البلد ولم يستتم فلما كانت
ايام المقتدر من بني العباس استتم بناه ومياه

* Al. ex. مصباح
† Al. ex. وفيما
‡ Al. ex. بيت

مكة زعاق لا تسوغ لشارب واطيبها ماء بير زمزم وماوها شروب غير انه لا يمكن ادمان شربه وليس بجميع مكة شجر مثمر الا شجر البادية ويسكن صاحب مكة في قصر له بالجهة الغربية بموضع يعرف بالمربعة علي ثلاثة اميال من مكة وهو قصر مبني من الحجارة وتجاوره حديقة قريبة العهد فيها نخيلات وكثير من الهقل وبها جملة شجر منقولة اليها وليس للهاشمي صاحب مكة عسكر خيل وانما عسكره رجالة لا خيل عندهم وتسمي برجالته الحرابة ولباسه البياض والعمايم البيض ويركب الخيل وسياسته حسنة وحكمه عدل وانصاف ظاهر واحسانه عرف علي قدر امكانة ولمكة موسمان ينفق فيهما كل ما جلب اليها احدهما في اول رجب والثاني موسم الحجيج ولاهلها اموال صامتة واحوال فاشية ودواب وجمال ولا زرع بها ولا حنطة الا ما يجلب اليها من سائر البلاد والتمر ياتي اليها كثيرا مما حولها والعنب يجلب اليها من الطائف وهو بها قليل جدا والغالب علي ضعفا اهلها الجوع وسو الحال واذا خرج احد من مكة في كل جهة تلقاه اودية هناك جارية وعيون مطردة وابار غرقة وحوايط كثيرة ومزارع متصلة ٭

i.e. "*Mecca* urbs eſt antiqua, inde a ſeculo condita, fa-
" ma celebris, incolis frequens, ad quam ab omnibus

Digitized by Google

" terræ partibus in quibus floret Iſlamiſmus convenitur,
" dum peregrinationes ſuas omnibus notas ad eam in-
" ſtituunt: inter ardua montium ſita eſt; longitudo
" ejus a *Maalah* (quæ ad ſuperiorem urbis partem eſt)
" ad * *Maſfalah* (quæ ad inferiorem), paſſuum eſt circi-
" ter bis mille, qua ab Auſtro Septentrionem verſus
" tendit; et ab imo montis *Ajyad* ad faſtigium montis
" *Koaikaan*, mille paſſus ſunt. In medio hujus ſpatii
" ſita eſt urbs lapidibus et luto extructa. Lapides au-
" tem quibus extructa eſt, ex ipſius montibus [exciſi]
" ſunt. Fora habet pauca. Porro in medio *Meccæ* eſt
" Oratorium ipſius magnum quod vocatur *AlHaram* (ſci-
" licet *aſylum*, ſeu locus interdictus, vel ſacer): tecto caret
" atque inſtar ſepti ſpatium intermedium ambit. Eſt
" autem *AlCaabah* domus illa tecto operta in medio
" Oratorii ſacri. Domus iſtius longitudo extrinſecus
" Orientem verſus 24 cubitorum eſt; eademque late-
" ris oppoſiti, qua Occidentem ſpectat, menſura. Ad
" partem Orientalem eſt porta *AlCaabæ* a terra circiter
" † hominis ſtaturam remota, cujus imo pavimentum
" *AlCaabæ* interius æquale eſt. In ‡ ejus angulo eſt
" lapis niger. Porro longitudo parietis qui Septen-
" trionem ſpectat, Damaſceni ſcilicet, § 23 cubito-
" rum eſt; ac || totidem qui ei oppoſitus eſt *Yaman* ver-
" ſus. Et juxta fundamentum hujus partis locus eſt
" incluſus, circularis, longitudine 50 cubitorum, in quo
" eſt lapis ¶ albus, qui *Iſmaelis* filii *Abrahami* ſepul-
" chrum perhibetur. Ad partem Orientalem Oratorii

* *Sic enim e* Kamuſo مسفلة *repono.*

† علي اربعة اذراع i. e. *circiter 4 cubitos.* Lib. Maſalec.

‡ *Scilicet eo angulo qui portæ vicinus eſt.*

§ 21. L. Maſalec.

|| 20. *Id.*

¶ Mohebbo'ddinus *apud* AlJannab. البلاطة الخضرا *vocat*, i. e. pavimentum viride.

Digitized by Google

" ſacri eſt hemicyclium *Abbaſi*, et puteus *Zamzam*, et
" hemicyclium *Judææ*. Quod autem *AlCaabam* totam
" ambit eſt ſeptum, in quo noctu accenduntur lampades
" ac faces. Porro *AlCaabæ* bina ſunt tecta, a quorum
" ſuperiori aqua effunditur extra domum per ὑδροχόην lig-
" neam, ita ut decidat in lapidem quem diximus ſepul-
" chrum *Iſmaelis* cenſeri. Domus autem pars exterior
" tota veſtibus e ſerico *Eracienſi* confectis obtegitur, ita
" ut nulla ejus pars oculis pateat. Altitudo domus præ-
" dictæ 27 cubitorum eſt. Veſtes autem iſtæ illi unci-
" nulis et ſpinteribus appenſæ ſunt: mittit quotannis
" *Bagdadi* Dominus (qui titulo *Chalifæ* gaudet) novas,
" quibus, detractis veteribus, obtegitur; nec alii, præ-
" ter *Chalifam*, eam operire permiſſum eſt. Prout vero
" narratur, fuit *AlCaabah* * domus *Adami*, lapide ac
" luto extructa, quæ cum a diluvio ſubverſa eſſet, eo
" ſtatu manſit uſque ad tempus *Abrahami* et *Iſmaelis*,
" quibus dicitur Deus præcepiſſe ut ipſam ædificarent.
" Cum ergo propere ad filium ſuum *Iſmaelem* perrexiſ-
" ſet *Abrahamus*, mutuis operis eam extruxerunt lapide et
" luto. Non eſt autem in tota *Mecca* aqua fluens præ-
" ter illam quæ in eam a fonte quodam longe diſſito
" derivata eſt; opere non ante perfecto quam illi, ſuo
" demum tempore, ultimam manum impoſuerit *Al*
" *Moktadar Abbaſida*. *Meccæ* ipſius aquæ amaræ ſunt,
" nec bibenti gratæ, quarum tamen optima eſt aqua
" putei *Zamzam*, quæ potabilis quidem, ita tamen ut
" quis eam continuo bibere non ſuſtineat. Nec eſt in

* *Al. ex.* خيمه *tentorium.*

Digitized by Google

" univerſa *Mecca* arbor frugifera, ſed eæ tantum quæ
" deſerti propriæ. Habitat autem *Meccæ* princeps in
" arce quam habet, ad latus [urbis] occidentale, in loco
" dicto *AlMarbaa*, tribus circiter mille paſſibus a *Mecca*
" diſtante, cui adjacet hortus non ita pridem conſitus, in
" quo palmæ et arbores *al Mokl* quamplures, aliæque
" omnis generis quæ aliunde tranſlatæ ſunt. Non eſt
" autem *Haſhemidæ* principi *Meccano* exercitus equeſtris,
" ſed copiæ pedeſtres tantum, quibus equi non ſunt.
" Vocantur pedites ejus *AlHarrabah*, i. e. *Speculato-*
" *res*. Veſtibus indui ſolet albis, et infulis albis, ac
" equo vehitur. Regimen ejus bonum eſt, decreta
" juſta, et æquitas manifeſta; beneficentiam munifice
" ſecundum facultatem exercet. Porro *Meccæ* duo ſunt
" tempora ſtata, quibus erogatur quicquid in eam an-
" nonæ advectum fuerit: quorum primum eſt menſe
" *Rajeb*; ſecundum tempore quo conveniunt peregrini.
" Incolæ ejus auri et argenti copia abundant, necnon
" * gregibus paſſim vagantibus. Jumenta item et came-
" los poſſident. Frugum et tritici nihil habent, niſi quod
" ab aliis regionibus ad eam affertur. A locis illam
" circumjacentibus dactylorum copia advehitur, uvæ a
" *Tayef*, cum paucæ admodum in ipſa creſcant, adeo ut
" fortunæ tenuioris incolæ fame vexati male ſe ha-
" beant. E *Mecca* autem egreſſo omni ex parte occur-
" runt valles, in quibus aquæ fluentes ſunt, et fontes
" perennes, puteique aquis abundantes, horti frequen-
" tes, et agri contigui."

* *Lego enim* اجوال

Digitized by Google

Atque hæc eſt urbis *Meccanæ* (prout authoris hujus ævo ſe habuit) deſcriptio, quam ùt lectori quam potuimus emendatam daremus duo inter ſe exemplaria MSS conferenda curavimus, quorum primum e *Syria* advexi, alterum ex *Ægypto* Doctiſſimus vir *Johannes Gravius*, quod meo et antiquius, et in multis emendatius. Reſtant perpendenda τζιτζαφὰ καὶ μαρβὰ, quæ ait *Euthymius* ab illis ἐκ τῶν σιβασμάτων θεῦ perhiberi. Pag. autem 78. non τζιτζαφὰ legitur, ſed τζάφα: melius: eſt enim vocabulum *Arabicum* صفا *Safa*, cui τζὶ præpoſuiſſe videtur vir *Græcus*, ut ſibilantis literæ ſonum plenius efferret. De صفا *Safa* autem et مروة *Marwah* jam dictum eſt, loca eſſe *Meccæ*, in quibus poſita olim idola *Aſaph* et *Nayelah*. Ipſa *Safa* et *Marwah Kazwinius*, neſcio quos ſecutus authores, nomina fuiſſe tradit viri et fœminæ, qui ob ſtuprum in *Caaba* perpetratum in lapides a Deo converſi, montibus cognominibus impoſiti fuerint in exemplum, et cautelam. *Safa* ſaxum eſſe coloris cærulei, ad radicem montis *Abi Kobaiſi*; *Marwah* autem ſaxum magnum ad radicem montis monti *Koaikaan* contigui, et ab invicem ſpatio 780 cubitorum diſtare, aſſerit author مسالك الابصار, &c. Dicuntur in * *Alcorano* eſſe من شعاير الله i. e. *e ſignis Dei*, ſeu ex iis quæ Deus *in ſignum* hominibus poſuit, et in quibus coli voluit; ἐκ τῶν σιβασμάτων θεῦ, ut loquitur *Euthymius*. Quod ſi veſanos *Arabum*, tam antiquiorum quam recentiorum, ad ea et inter ea magna cultus opinione diſcurrentium ritus inſpexerimus, manifeſta illorum idololatriæ, et certiſſima fœdæ

* Surat. 2. *ſcilicet* بقرة

horum ſuperſtitionis indicia reperiemus; ea interim differentia, ut non immerito voluiſſe videatur imperator *Manuel Commenus*, apud *Nicetam* *, ut aliis potius verbis conciperetur *Anathematis*, quo *Mohammedanorum* ſuperſtitionibus renuntiari a converſis ad fidem Chriſtianam vellent, forma, quam ea qua denunciaretur τῷ Θεῷ τοῦ Μωάμετ *Deo Mohammedis*, utpote qui non alium quam verum Deum coli voluit, licet modo non vero. Rectius ergo *Johannes Damaſcenus*, qui uſque ad *Heraclium* cultum ab illis *Luciferi* ſeu *Veneris* ſidus, et *Cabar*, i. e. *Magnum*, dictum, et a *Mohammede* cultus priores abolitos aſſerit.

* V. Sylburgii not. ad Saracen. *p.* 133.

Miſam ſtellam *AlDebaran*] i. e. *Oculum Tauri*, quem vocant aſtronomi: ita ſcilicet illum κατ' ἐξοχὴν dictum refert *AlSufi*, nomine alias pluribus communi, ut docet *Al'Jauharius* his verbis; الدبران خمسة كواكب في الثور يقال انه سنامه وهو من منازل القمر i. e. *AlDebaran quinque ſunt ſtellæ in Tauro, quæ ipſius acromium, vel dorſi ſummitas, eſſe dicuntur, ſuntque e manſionibus lunæ.* Male interim illas, quæ *Hyades*, cum الثريا *alThoraiya*, quæ *Pleiades*, confundere videtur; quanquam (ut refert author libri نثر الدر) *Arabes* priſci الثريا *alThoraiya* extra Taurum, ſcilicet in cauda Arietis ſtatuebant. Quod ad *AlDebaran* autem, aſſerit idem ita appellari ſtellam lucidam quæ eſt ad oculum Tauri auſtralem, idque لدبوره الثريا i. e. *quod ſequatur Pleiadas*; quo ſpectant et alia ipſius nomina, ſcil. تابع النجم & حادي النجم & تالي النجم

Pag. 5. l. 20.

Digitized by Google

i. e. *ſequens ſtellam*, i. e. *Pleiadas* (quas ſignificari cum abſolute * النجم *ſtellam* dicant, notum eſt), et ſimpliciter التابع i. e. *ſequens:* appellatur etiam المجدح *AlMejdah* [a], item الفتيق *alFatik*, quod *camelum grandem et præpinguem* ſignificat, reliquæ autem quæ circa eam ſunt ſtellæ القلايص *alKalaïs*, vel القلاص *alKelas*, quod *camelas juvenculas* et minores denotat, monente *AlKazwinio*, qui et eam expreſſe عين الثور *Oculum Tauri* vocari aſſerit. Author libri التبيان ſic eandem deſcribit: الدبران هو كوكب احمر معه اربعة كواكب اذا وصلتها بها كانت كالدال علي هذه الصفة i. e. *AlDebaran eſt ſtella rutilans, lucida, et cum ea quatuor aliæ, quas ubi ei adjunxeris, figura referent literam* د *hoc modo* ∴. Quænam ergo fuerit ſtella quæ cultus objectum patet; at qui tandem ejus cultores? In duobus exemplaribus nomine *Miſam* inſigniuntur, quod inter tribus aut familias *Arabum* illuſtres non reperio. Sunt quæ literarum ductu non longe recedunt, تميم *Tamim*, et تيم *Tayem*, et جشم *Joſham*, et جشيم *Joſhim*; ſed proxime accedit ميتم *Mitam*.

* *Ut apud Græcos Sirius* τὸ ἄστρον. Bainbrig.

Pag. 5. l. 21. *Lachamus* et *Jedamus Jovem*] vel *Lachmus* et *Jodamus* —De المشتري *AlMoſhtari*, quo nomine *Jovis* ſtellam appellant, *etymo* quid doceat *AlMakrizius*, in iis quæ ſupra † dicta ſunt, vidimus. Monet *AlKazwinius* vocari eandem ab aſtrologis السعد الاكبر i. e. *Bona fortuna major*, ſeu *maxima*, reſpectu ſcilicet *Veneris*, quæ السعد الاصغر i. e. *Bona fortuna minor* dicitur; quia (inquit) eſt فوق الزهرة في السعادة

† Pag. 107. l. 3.

[a] Quod poſtremo oritur, et quaſi *commoto* cœlo emergit. *Gol. in Lexico.*

Digitized by Google

ſeu *felicitate Venerem ſuperat*, adeoque illi الخيرات الكثيرة والسعادات العظيمة i. e. *bona multa, et felicitates magnas*, aſcribunt. Eodem ſpectat quod afferunt *Hebræorum* magiſtri * vocari apud *Arabes Jovis* ſidus גד *Gad*, quod מזל טוב ſeu *Fortunam bonam* interpretantur: certe *Arabes* (ut videre eſt apud *Al'ſauharium* et *AlFirauzabadium*, &c.) الحد reddunt البخت i. e. *fortunam bonam*; et ſynonyma fere ſunt hæc tria السعد & الحد & البخت. Conferri poſſunt et quæ de *Saado* τῶν *Bani Malcan* deo † dicta ſunt. E contra *Saturnus* apud aſtrologos النحس الاكبر i. e. ‡ *Infortunium*, ſeu *mala fortuna maxima* audit; quod في النحوسية فوق المريخ ſeu *magis infauſtus cenſeatur quam Mars*, qui النحس الاصغر i. e. *mala fortuna minor*, appellatur.

Tai ſtellam *Sohail*] i. e. *Canopum*. Afſerit *AlKazwinius Sohailum*, juxta *Ptolemæum*, eſſe ſtellam lucidam magnam علي المخداف الجنوبي i. e. *in remo Navis auſtrali*, eamque omnium ad conſtellationem illam pertinentium, quæ in aſtrolabio deſcribuntur, maxime auſtralem. *Arabes* autem, quod ad *Sohailum*, et eas quæ in *Navi* ſunt ſtellas, in diverſas ire ſententias, atque juxta eorum nonnullos ſtellam lucidam, quæ علي طرف المخداف الثاني i. e. *in extremo remi ſecundi* dici *Sohail* علي الاطلاق i. e. *ſimpliciter*; reliquas enim hoc nomine non niſi additis, diſtinctionis gratia, aliis, gaudere, ut سهيل رقاش *Sohail Rekaſh* et سهيل الوزن *Sohail alWezn*, &c. monet author libri نثر الدر §.

* R. Moſeh. *Citant* Ab. Ezr. ad Gen. xxx. *et* Iſai. lxv. *et* Radak. ib. *et in* radic.

† Pag. 101. l. 8.

‡ *Unde et in lib.* التنبيان *vocant nomine infauſto* المقاتل *ubi et Mars* الاحمر *dicitur. Saturnus alias* كيوان *et Mars* بهرام Pag. 5. l. 21.

§ V. Hyde Comm. in Ulugh Beighi Tab. Stellar. fix. p. 58, &c.

Digitized by Google

Pag. 5. l. 22.

Kais ſtellam *AlShaari'lObur*,] vel, juxta vocalium rationem, *Aſſheera*, quomodo et ad *Græcum* Σείριον propius accedit. Eſt autem *Aſſheera'lObur* العظيم النير الذي علي موضع الفم i. e. *ſtella magna, lucida, quæ in ore Canis majoris*. Appellatam autem *AlObur* volunt, quod viam lacteam Auſtrum verſus *tranſierit*. Fabulantur ſiquidem *Arabes* (ut alia eos dum ſidera in claſſes redigerent ſibi animo finxiſſe, quam *aſtronomos*, pateat) duas *Aſſheerias* (hanc ſcilicet quæ in *Cane majore*, et alteram quæ in *Canicula*, الشعري الغميصا *Aſſheera'lGomaiſa* et *AlGomus* * dictam) ſorores fuiſſe *Sohaili*, qui, cum in uxorem ductæ الجوزا *Al'Jauzæ*, dorſum fregiſſet, Auſtrum verſus fugerit, ſequente eum ultra viam lacteam ſorore *AlObur*, dum interim *AlGomaiſa* loco ſuo manens fleverit حتي غمصت عيناها i. e. *uſque ad oculorum lippitudinem*. Hæc videre eſt apud *AlSufium*, authorem libri نثر الدر, et ejus epitomatorem in نظم الدر, necnon *Al'Jauharium*, et *AlFirauzabadium*, et authorem libri التبيان, e quo ratio nominis الغميصا peti poteſt, ſcilicet quod ſit *AlGomaiſa* اقل نورا من العبور i. e. *minus lucida quam AlObur*. Appellatur alias *Sirius* الشعري اليمانية *Aſſheera Yamanenſis* †, quoniam مغيبها في شقّ اليمن i. e. *occaſus ejus eſt ad plagam* Yamanenſem; necnon كلب الجبار i. e. *Canis Gigantis*, ſcilicet لانها تتبع الجوزا ابدا *quod ſemper ſequatur* AlJauza, i. e. *Orionem* ‡. Inter hujus ſtellæ cultores celebris fuit ابو كبشة *Abu Cabſhah* quidam; quem nonnulli eundem cum *Wahebo*, *Mohammedis* avo, eſſe volunt: alii *Chozaenſem*, qui *Koraiſhitis* ut ſimula-

لانه قد عبر المجرة الي ناحية لجنوب

* الغموص AlJauhar.

† *E contra ea quæ in Canicula* الشعري الشامية Aſſheera Syra.

‡ *Alias tamen et* الجوزا alJauza *dicuntur* Gemini. *Lib.* التبيان

chris neglectis ſacros ei honores deferrent, ſuadere conatus eſt; quare et poſtea *Mohammedem*, cum eoſdem a ſimulachrorum cultu abducere vellet, filium *Abi Cabſhæ* nominarunt, referentibus *Ebno'lAthir*, *AlFirauzabadio*, *AlKodaio*, et *AlBidawio*, in Commentario ſuo in Alcorani cap. النجم * ad verba iſta وهو رب الشعري i. e. *Et ille* [Deus ſcilicet] *Dominus eſt Sirii*.

* i. e. *Stellæ*.

Aſad Mercurium] *Mercurius Arabibus* عطارد *Otared*, ea nominis notione (monente *AlMakrizio*) qua πολυπράγμονα, vel πρακτικὸν, et negotiis tractandis agilem †, denotat: eandemque ob rationem الكاتب i. e. *Scriba*, ſcilicet لانه كثير التصرف مع ما يقارنه ويلابسه من الكواكب i. e. *quod multis ſe implicet cum iis quibus ſe adjungit atque ingerit ſtellis*. Dicit *AlKazwini* audire eum apud aſtrologos منافق, i. e. *Hypocritam*, vel *Simulatorem*, ſcilicet لكونه مع السعد سعدا ومع النحس نحسا i. e. *quod cum ſidere fauſto, et ipſe fauſtus ſit; cum infauſto, infauſtus*.

Pag. 5. l. 22.

† النادر في كل الامور

Varia *Arabum* numina dum recenſuimus, *Obodam*, qui *Uranii* (apud *Stephanum Byzantinum*) fide, in eorum numero ponendus, ſilentio præteriimus, utpote in cujus nullam adhuc apud *Arabum* ſcriptores, mentionem incidimus: niſi forſan literam و, quæ *u* duplicis ſonum habet, per ὀϐ Græcum expreſſum conjectemur, ut ſit Ὀϐὸδ idem qui *Wodd*, ſive ‡ *Wadd* §, vel عوض *Aud*, quanquam thema ابد potius, per quod ‖ عوض, ut ¶ monuimus, explicant grammatici, referre videatur, quod et *Seculum* denotat et الدايم القديم الازلي i. e. *Permanens*, *Antiquus*,

‡ *Utroque enim modo effertur, teſte* AlFirauzab. *&c.*

§ *De quo* pag. 97.

‖ Hebr. עוד

¶ Pag. 102.

Æternus. Sed ابد inter deorum nomina non reperimus, ejus vero ſynonymum * دهر *Dahr* inter veri Dei titulos recenſet ipſe *Mohammedes* †, docente *Ebno'lAthir.* Quin potius a themate عبد nominis hujus ratio petenda, a quo معبود, *Maabud,* dicitur quicquid colitur, et عبودة, *Obudah,* ‡ *Cultus, Obedientia.* Si inter eos, qui ab *Arabum* hiſtoricis recenſentur, reges eſſet *Obodes* iſte cujus meminit *Joſephus,* forſan et de dei iſtius, ſeu regis olim in deorum numerum adſciti, nomine certius aliquid pronunciare liceret: ſed de rege iſto nihil habemus certi. Inter eos videtur collocandus quorum notitia ad *Arabes* recentiores non pervenit; varia autem ſunt ab iſto themate derivata virorum nomina, qualia عبيد *Obaid,* عباد *Obad,* اعبد *Aabod,* عبود *Abbud,* عبدة *Obdah,* &c. Ab *Obaid* patre tribus formatur patronymicum عبدي *Obadius;* عبدان & *regis* & *provinciæ* in *Yaman* nomen, teſte *AlFirauzabadio:* apud eundem الاعبود *AlObud, AlSacſaci* ſeptimi regum *Hamyarenſium* filius. البد *AlBodd,* idolum, et εἰδωλεῖον, ſignificat, ſed tranſlatum hoc a *Perſarum* بت *Pot.* Sed quid incerta ſectemur? Qui *Arabum* ſcripta conſuluerit, ab iis cultum *Obolam* potius quam *Obodam* reperiet; ſcilicet *Hobalum* § illum quem in prælio *Ohud* elata voce invocavit, ſeu potius prædicavit, *AbuSofyan,* quaſi ipſius ope victoriam conſecutus, dicens اعل هبل *Olo Hobal,* i. e. *Aſcendas,* vel *Exalteris, Hobal:* ſcilicet (explicante *Abu'lFeda*) ظهر دينك *Manifeſtata eſt jam religionis tuæ veritas.* Refert *Ebno'lAthir* ideo illum hoc pronuntiaſſe quod conſulto prius per ſortes *Hobalo* præ-

* *Seculum.* † الدهر هو الله ،

‡ *Rabbinis* עבודה זרה *cultus idololatricus.*

§ *De quo* pag. 97.

Digitized by Google

lium eo die commisissent, cujus successum pro certo veritatis ipsius indicio habuerunt.

Erant ex ipsis qui resurrectionem mortuorum agnoscerent, asserentes, si cujus camelus, &c.] Fuisse ex *Arabibus* dicit *Shahrestanius* alios qui nec præcessisse creationem crederent, nec futuram resurrectionem; rerum ortum naturæ, interitum seculo deberi asserentes; alios, qui res omnes creatas agnoscerent, at restitutum iri mortuos negarent; alios demum qui utrumque faterentur. Inter hos censendi qui ne pedibus irent cum ad judicium resurgerent, * camelo, quem insiderent, secum assumpto, cavebant. Morem hunc paulo aliter describit *Shahrestanius*, solitos scilicet mortui hæredes vel filios camelam, retorto collo, eidemque appenso instrato, ad mortui sepulchrum vinctam relinquere donec moreretur; nemine pabulum vel aquam præbente, ut docet *Al'Jauharius*, qui et ab aliis foveæ impositam, dum fame moreretur relinqui solitam testatur, ut et *Ebno'l Athir*, ubi nomen بلية explicant; quo vocabatur scilicet *camela* isti fato destinata, unde quidam calamitatibus oppressos للبلايا في اعناقها الولايا *camelis quarum cervicibus alligata essent instrata* assimilat, referente *Shahrestanio*, vel, ut † *Al'Jauharius* paulo aliter, كالبلايا رووسها في الولايا i. e. *camelis quarum capita instratis obvoluta*, quibus scilicet tristissimum fatum subeundum erat. Hi, qui judicium expectabant futurum, ideo se idola colere prætendebant ut essent illa شفعاوهم عند الله في الاخرة i. e. *intercessores pro ipsis apud Deum in vita futura*, referente *Shahrestanio*.

Pag. 5. l. 24.

* *V.* Ebno'l Athir. *in* بلي

† *In* ولي

Erant et ex illis (afferente eodem) qui التناسخ i. e. μετεμψύχωσιν quandam credebant; ſcilicet cum quis occideretur vel moreretur, e ſanguine, qui circa cerebrum, collecto oriri avem هامة *Hamah* dictam, quæ ſingulis ſubinde annorum centuriis ipſius ſepulchrum viſeret: vel, ut *Al'ſauharius*, *Ebno'l Athir*, et *AlDamirius* eorum ſententiam referunt, ſpiritum ſeu animam injuria interfecti in avem iſtam tranſmigrare, eamque اسقوني اسقوني i. e. *Bibendum mihi præbete, Bibendum mihi præbete*, ſcilicet بدم قاتلي i. e. *de ſanguine ejus qui me interfecit*, (ut exprimit *AlDamirius*,) clamantem tamdiu perſiſtere donec de homicida vindicta ſumeretur, tum demum avolare. Credi hoc vetuit *Mohammedes*, præcipiens لا هامة ولا عدوي &c. *Ne credatur a vobis Hamah, nec Adwa* &c. alii tamen hoc dicto vetari volunt alium *Arabum* antiquorum morem, qui noctuam, quæ الهامة *AlHamah* dicitur, ut mali ominis nuntiam averſabantur. De hac una cum aliis nonnullis eorum conſuetudinibus partim idololatricis, partim ſuperſtitioſis, quarum multæ a *Mohammede* ſublatæ, commodior erit dicendi locus, ubi ab ipſo retentas, ac authoritate, ut fingit, prophetica firmatas, loco ſuo viderimus.

Diverſas *Arabum* antiquorum religiones authoris noſtri ductum ſecuti vidimus, nec tamen omnes, neque enim erant omnes idolorum cultores; id nos docet jam ſæpe laudatus atque iterum ſæpius laudandus *Shahreſtanius* his verbis, ومن العرب من كان يميل الي اليهودية &c. i. e. "Ex Arabibus erant qui ad Judaiſmum inclinarent, ex

Digitized by Google

" iis qui ad Chriſtianiſmum, ex iis qui ad Sabiiſmum
" propenderent, et qui ſtellis fixis eam vim attribuerent
" quam erraticis aſtronomi; adeo ut nec loco ſe move-
" rent, nec quieſcerent, neque iter facerent, neque do-
" mi ſubſiſterent, niſi a ſtella aliqua captato omine, di-
" centes inſuper ſe hujus vel illius ſtellæ beneficio plu-
" viam conſequi. Erant et ex illis qui angelos magni
" facerent, eoſque colerent, imo et qui * dæmonas co-
" lerent, aſſerentes eos Dei filias eſſe." Hæc ille.
Quænam autem tribus quos amplecterentur cultus ut
partim ſciamus, ita rem explicat author libri المستطرف:

" Florebat Chriſtianiſmus in tribubus *Rabiæ*, et *Gaſ-*
" *ſan*, et parte *Kodaæ*; Judaiſmus apud *Hamyar*, et
" *Bani Kenanah*, et *Bani'lHareth Ebn Caabæ*, et *Cen-*
" *dah*; Magorum religio inter *Bani Tamim*; Sadducæiſ-
" mo infecti *Koraiſhitæ*." At certe latius diffuſum Chriſ-
tianiſmum quam ad tribus prædictas patet. Celebris au-
thor *Ebn Chalican*, in vita *Abu'lOlæ* poetæ, tribus quas
Arabum Chriſtianos † appellat, tres recenſet, ſcilicet بهرا
Bahra, *Tanuch*, et *Taglab*: e *Tayenſibus* fuiſſe etiam qui
Chriſtianam amplecterentur fidem conſtat ex illis quæ
in ſuperioribus de *Noomano Ebno'lMondar* dicta ſunt,
cum quo una *Hirenſes* univerſi ad eam converſi ſunt.
Imo avus ipſius *Mondarus* (teſte *Abu'lFeda*) illam am-
plexus eſt religionem, et in urbe regia *Hiræ* (ut vidi-
mus ‡) الكنايس العظيمة i. e *eccleſias magnas* ſtruxit, ubi non
unius tantum tribus *Arabes* Chriſto nomen ſuum dediſſe
nos docent *Al'Jauharius* et *AlFirauzabadius*, qui العباد

* الجن

† نصاري العرب

‡ p. 75.

Digitized by Google

AlEbad dici asserunt قبايل شتي من بطون العرب اجتمعوا علي النصرانية بالحيرة i. e. *tribus diversas e tribubus Arabum, quæ ob Christianæ religionis professionem colerunt in Hira.*

AlJauh. *in* عبد

In *Najran* etiam, quæ provincia erat in *Yaman*, * pluribus *Arabum* tribubus (teste *Abu'lFeda*) communis, fuisse Christianorum ecclesiam et † episcoporum sedem refert *Safio'ddinus:* imo et *Medinæ* incolas *Judæos* fuisse et *Christianos* testatur *Shahrestanius* ‡. Cui autem Christianorum sectæ potissimum addicti erant *Arabes* in Christum credentes, ex hoc ipso authore nostro discimus, qui causam quod *Mondarus Arabum* rex *Græcis* bellum intulerit, hanc assignat, quod imperator *Justinianus* eos male tractaret qui unam in Christo naturam assererent, cum eo tempore qui inter *Arabes* erant Christiani كانوا يعتقدون اعتقاد البعاقبة i. e. *Jacobitarum confessionem amplecterentur.* Hinc patet et ante *Mondarum* fuisse inter eos Christianos, imo forsan inde usque a B. *Pauli* temporibus, qui *Arabibus* § Evangelium annunciavit. *Sabiorum* autem hæresin magnam Orientis, imo mundi, partem olim pervasisse discimus e *Maimonide* ¶. E *Chaldæa* primo profectam docet nos *Gregorius* noster, ubi *Thabet* (vulgo *Thebit*) *Ebn Corrah* mentionem facit, his verbis, والذي تحققنا &c. i. e. *Illud quod de Sabiis certo accepimus est, esse professionem ipsorum eandem cum Chaldæorum antiquorum professione.* At quæ tandem professio *Sabiismo* (si ipsis credendum) antiquior? utpote qui non ab aliquo qui *Nachori*, ut *Georgius Ebno'l Amidi*, σύγχρονος, non a *Noa*, ut *AlFirauzabadius*, sed ab ipso *Setho*,

* يشتمل علي احيا العرب

† وكان فيها اساقفة مقيمون

‡ Cap. Ahlo'l cetab.

§ Gal. i. 17.

¶ *Lib.* Moreh Nev. *part.* iii. *c.* 29.

Digitized by Google

Adami filio, cui præter *Enoſhum* alium aſſignant filium nomine صابي *Sabium*, inſtitutus ſit, ab *Enocho* (qui *Arabibus Edris*, illis *Hermes*, ut et *Sethus* اغاثاذيمون المصري Ἀγαθοδαίμων *Ægyptius*, *Hermetis Magiſter*) propagatus *. Et ne quis de rei veritate dubitet, librum ſectæ ſuæ oſtentant (teſte *Abu'lFeda*) titulo صحف شيث *Libri Seth*, quaſi a *Setho* ipſis tradita continentem; in quo multa de morum honeſtate, de virtutis ſtudio, et vitiorum fuga. Nomen ipſi, ut videtur, ſibi a *Sabio*, *Sethi* filio, impoſitum volunt; *Shahreſtanius* a صبا *Saba*, quod eſt *amare*, *propendere*, *deſiderare*, mutuata e *Syrorum* lingua ſignificatione, a quibus forſan cum nomine ſuo in *Arabiam* tranſiere: dubitat enim *Bidawius* an pro *Arabico* habendum ſit hoc nomen, in Com. ad locum † *Alcorani* ubi eorum mentio occurrit. Inde igitur forſan nomen ſortiti quod, pro animi ſui libitu, novos ſibi cultus fingerent. *Arabibus* communiter صبا *a religione ad religionem tranſire*. Unde (teſte *Ebno'l Athir*) *Mohammedes* صابي *Sabius* dictus eſt, quod religionem *Koraiſhidarum Iſlamiſmo commutavit*: qua notione nomen hoc illis competere vult *Bidawius*, quod a veri Dei cultu ad falſos cultus deſciverint. Quod ſi eorum inſtituta perpenderis, non longe petitum videbitur ſi a voce *Hebræa* צבא *Saba*, *Exercitum* denotante, dictos putemus, quaſi צבא השמים *Exercitus cæleſtis* cultores. Sed miſſa nominis ratione, præcipuum, circa quem verſatur eorum fides cardinem ſtatuit *Shahreſtanius* التعصب للروحانيين كما ان مدار مذهب الحنفا التعصب للبشر الجسمانيين i. e. *quod ſubſtantiis ſpiri-*

* *Confer quæ habet* Maimon. *in* Yad. Hal. Abodah zarah. c. 1. Abulfed. *in* Enoch. Gregor. *in* Enoſh. *At* Shahreſtanius غاذيمون *ait eſſe* Sethum.

† *Surat.* 2.

Digitized by Google

tualibus innitantur, ſicut Orthodoxi innituntur hominibus corpore præditis; viz. quod ſubſtantiarum ſpiritualium [angelorum ſcilicet] miniſterio ea præſtari putent, quæ Orthodoxi a prophetis. Duas ſtatuit idem *Shahreſtanius* eorum ſectas, ſcilicet اصحاب الهياكل *As'habo'l hiyacel*, i. e. *Cultores ſacellorum*, et اصحاب الاشخاص *As'habo'l aſhchas*, i. e. *Cultores ſimulachrorum*, quibus utriſque hoc eſt commune dogmatum ſuorum fundamentum, opus habere homines mediatoribus, qui inter ipſos et Deum medii intercedant; hoc fungi officio ſubſtantias ſpirituales puras, quæ oculis ſubjectæ non ſunt: eſſe deinde opus aliis inter eos et ſubſtantias iſtas inviſibiles mediatoribus viſu perceptibilibus: tales illi *Sacella*, hi *Simulachra*, ſibi ſtatuunt. *Sacellorum* cultores *ſacella* vocant ſeptem * planetarum corpora, eſſe hæc ſpiritualium, ſeu intelligentiarum habitacula, quæ eodem loco illis ſint quo animabus noſtris corpora: eſſeque ea corpora viventia, rationalia, ab intelligentiis animata. Planetarum igitur domos et manſiones, ortus, occaſus, † conjunctiones, juxta figuras convenientes et diſcrepantes ſecundum naturas eorum diſpoſitas, obſervant, dies, noctes, et horas illis dividunt, formas, figuras (ſeu ‡ perſonas) et regiones illis aſſignant, atque ita ſigilla, incantamenta, et orationes conficiunt. Exempli gratia: Si die *Saturni*, qui *Saturno* attribuitur, hora prima, induti ejus ſigillo quod juxta figuram atque operam ipſi propriam confectum ſit, ac veſtibus ipſi peculiaribus, ab illo, precum formulis illi proprie convenientibus, quid viſum fuerit petierint ex

* السيارات السبع, *Scilicet* Chaldæi *vel* Græci; *at* Indi *quaſdam e ſtellis fixis. Hanc inter eos differentiam ſtatuit* Shahreſtan. *ac* Arabibus *cum* Indis *convenire.*

† اتصلات

‡ الاشخاص

Digitized by Google

illis quæ ab ipſius effectis et influxu pendeant, exauditum ſe iri ſtatuunt, atque ipſius beneficio vota ſua conſecuturos. Eodem modo cum cæteris planetis agi, quos dominos et deos vocabant, Deum autem verum, *Dominum dominorum*. Atque ita ad ſpiritualia, ſeu *intelligentias*, mediatoribus utebantur eorum *ſacellis*, ad Deum *intelligentiis* ſpiritualibus. Ex prædictorum obſervatione طلسمات *Teleſmata* conficiendi, præſtigias item, atque incantationes adhibendi, ſigilla et figuras conflandi, aliaque ejuſmodi, quæ ad mira perpetranda ſtellarum vi ac virtute valere autumant, fabricandi rationem tradunt. Eandem ob cauſam et ſimulachrorum cultores ſimulachra, quæ mediatorum vice inter ipſos et ſpiritualia fungantur, conficiunt. Imo ne, ut jam dicti, ſacellis iſtis (ut vocant) planetarum contenti eſſent, hanc aſſignant rationem, quod illa ſæpe ab oculis, continua ortus et occaſus viciſſitudine, ſubducta lateant, cum mediatore ſemper viſibili ſibi opus ſit. Simulachra ergo ſubſtituenda, quibus mediantibus ad ſacella accedant ut ſacellorum ope ad intelligentias, intelligentiarum ad Deum ſupremum. Simulachra igitur, juxta figuram unicuique e ſeptem illis ſacellis propriam, conflabant e metallo eidem peculiari, (ferro puta, argento, &c.) obſervatis inſuper dierum, horarum, graduum, minutorum, aliarumque, quas ad influxus benigniores eliciendos valere putant aſtrologi, circumſtantiarum momentis, et adhibitis quæ antea diximus ſigillis, indumentis, ſuffitibus, orationibus, incantamentis, &c. ei, cujus ſibi gratiam conciliare ſtude-

Digitized by Google

bant, fideri maxime gratis. Simulachra iſta deos appellabant [vicarios, ſcilicet] reſpectu deorum iſtorum cœleſtium, inter quos et homines mediatorum officio fungi ea credebant. Hæc qua potuimus fide é *Shahreſtanio* expreſſa; quibus fidem faciunt quæ ſcribit *Joſephus Albo**: השפע האלהי הזה שאמרנו שהוא הכרחי שימצא כדי שעל ידו יודעו הדברים הנרצים אצל השם ית׳ מהבלתי נרצים איננו בחק האדם שישיג השפע ההוא מעצמו מזולת רצון אלהי כי אין זה מדרך הטבע שתחול רוח השכל הנבדל מחומר על הדבר החמרי ובעבור זה היו כל הקדמונים מרחיקים שיחול רוח אלהים על האדם ויתנבא בכוח עליון ויגיד העתידות ולזה היו האומות הקודמות עושים צורות והקטרות ותפילות לכוכבים להוריד רוחניות איזה כוכב על צורה מה כדי שעל ידה יחול רוח הכוכב ההוא שהוא נשוא בגשם הכוכב על האדם שהוא גשמי ויגיד העתידות בכח רוח הכוכב ההוא השופע על האיש ההוא וזה ענין הקסם *Quod ad influentiam iſtam divinam, quam diximus neceſſario ſtatuendam eſſe, ut ejus ope dignoſcantur ea quæ Deo Benedicto grata ſunt, ab iis quæ illi minus accepta, non eſt penes hominem ut aſſequatur eam ſine beneplacito divino: quia non eſt hoc ſecundum naturæ leges, ut quieſcat ſpiritus intelligentiæ ſeparatæ a materia ſuper rem e materia conſtantem. Hac de cauſa veteres omnes hoc abſurdum putabant ut requieſceret Spiritus Dei ſuper hominem, adeo ut virtute Altiſſimi prophetaret, et futura prædiceret; ideoque gentes antiquæ ſimulachra, ſuffitus, et oblationes ſtellis faciebant, ut ita elicerent ſpiritualitatem cujuſvis ſtellæ, quo ſe demitteret in ſimulachrum ali-*

* Fundament. l. 3. c. 8.

Digitized by Google

quod, ut eo mediante ſpiritus ſtellæ iſtius, qui in corpore ſtellæ habitat, ſuper hominem, qui corporea eſt ſubſtantia, reſideret, adeo ut prædiceret futura virtute ſpiritus ſtellæ iſtius influentis in hominem iſtum: atque hæc ſignificatio eſt divinationis.

Quæ fere e *R. Moſe* * accepta; cujus verba prout ab ipſo *Arabice* conſcripta ſunt, ſic ſe habent:

* *In* Moreh Nev. l. 3. c. 29.

وبحسب تلك الاراء الصابية اقاموا الاصنام للكواكب
اصنام الذهب للشمس واصنام الفضة للقمر وقسموا
المعادن والاقاليم للكواكب وقالوا الاقليم الفلاني
الاهه الكوكب الفلاني وبنوا الهياكل واتخذوا
فيهاالاصنام وزعموا ان قوي الكوكب تفيض علي
تلك الاصنام فتتكلم تلك الاصنام وتفهم وتوحي
للناس اعني الاصنام وتعلم الناس منافعهم وكذلك
قالوا في الاشجار التي هي من قسمة تلك
الكواكب اذا افردت تلك الشجرة لذلك الكوكب
وغرست له وفعل لها كذا فاضت روحانية ذلك
الكوكب علي تلك الشجرة وتوحي للناس وتكلمهم
في النوم *Secundum autem iſtas Sabiorum ſententias, erexerunt imagines ſtellis, ſoli imagines aureas, lunæ argenteas; atque ita metalla et climata inter ſtellas partiti ſunt, et dixerunt, Climatis ejuſmodi Deus eſt ſtella ejuſmodi, ſtruxeruntque ſacella in quibus imagines collocarunt, aſſerentes, vires ſtellarum influere in illas imagines, adeo ut loquantur iſtæ imagines et intelligant, et inſpirent homines eoſque doceant*

quæ ipſis utilia ſint; atque ita dixerunt de arboribus quæ ſunt ex portione ſtellarum iſtarum, cum dedicatur arbor iſta illi ſtellæ, atque illius nomine plantatur, et ſit illi hoc aut illud, influere virtutem ſpiritualem iſtius ſtellæ in iſtam arborem, ita ut hominibus ſe revelent eoſque in ſomno alloquantur.

Cum utraque ſectarum jam memoratarum *Abrahamo* negotium fuiſſe refert *Shahreſtanius*, *Alcorani* fidem ſecutus. Idem memorat et *Maimonides* *, a quo multa ad eorum ritus idololatria et ſuperſtitione fœdiſſima plenos ſpectantia petere licet: qui tamen in eo quod dicit *nullum eos Deum præter ſtellas agnoſcere, et ſolem pro* † *Deo maximo habere*, tum *Gregorio* noſtro, tum *Shahreſtanio* contrarius eſt. Aſſerit enim author noſter ‡ eſſe مقالاتهم في التوحيد علي غاية في الثقانة, ſcilicet *argumenta quæ ad probandam Dei unitatem afferant longe firmiſſima*. Et e *Shahreſtanio* didicimus illos, planetas deos quidem appellare, ſed minorum gentium, (ut et ipſe *Maimonides* quod ad reliquos planetas, exceptis ſole et luna, innuit,) qui hominibus Deum ſupremum (inter quem et inferiora hæc cauſæ ſint intermediæ,) adituris mediatorum loco ſint, quorum ope beneficia ſua illis communicet, et voluntatem ſuam patefaciat. Cum autem quæ de illis referant et *Shahreſtanius*, et *Maimonides*, et *Gregorius* noſter ex ipſorum libris petita videantur, hoc in quibus diſcrepant, *Gregorio* fidem conciliat, quod eos lingua qua exarati ſunt Syriaca legere potuerit, cum cæteri in linguam *Arabicam* verſis uſi ſint. Multos de eorum cultu

* *Loco jam laudato; et in* Yad. Hal. Abodah zarah. *c.* 1.

† الالـه الاعظم

‡ *In vita* AlMotadadi Ebni'l Mowaffac.

Digitized by Google

ac ritibus a *Thabete* (vulgo *Thebit*) *Ebn Corrah*, qui ejus ipſe ſectæ, ut et celeberrimus ille Aſtronomus *AlBattanius* (vulgo *Albategnius*) ſaltem ortu, viro alioqui doctiſſimo, libros lingua Syriaca conſcriptos perhibet idem *Gregorius* noſter: ac faciem inter orandum Polum Arcticum verſus obvertere ſolitos tradit; * ter quotidie orare, prima vice ante ortum ſolis, ſecunda juxta meridiem, tertia ad veſperam; jejunium illis eſſe triginta dierum, aliud novem, aliud ſeptem; afferere ipſos, ſceleratorum animas poſt novies mille ſeculorum cruciatum in gratiam cum Deo redire; abſtinere a fabis, allio, &c. victimas ſuas igni penitus abſumendas tradere, nullam eorum partem comedere. Magni ab illis fieri Templum *Meccenſe* refert *Abu'lFeda* in Hiſtoria; at locum quem præcipue religionis ergo viſunt prope urbem *Harranum* eſſe, quam et in Geographia ſua urbem *Sabiorum* vocat, in qua ſeptendecim æditui illis ſint, ubi et collis ſuper quem oratorium quod magno apud illos in honore ſit; magni etiam ab illis fieri Pyramides, utpote quas priorum ſectæ ſuæ authorum ſepulchra credi volunt, *Sethi* ſcilicet, *Edriſi*, et *Sabii*; feſtorum illis præcipuum eſſe diem quo ſol ſignum Arietis ingreditur. Hæc *Abu'lFeda*. Meminit etiam *Shahreſtanius* ſectæ apud ipſos quam الحربانية *Harbaniſtas* appellat, qui Deum et unum et plures ſtatuant; unum ſcilicet eſſentia, plures quatenus ſe pluribus individuis viſu perceptibilibus, velut ſeptem planetis, necnon et perſonis terreſtribus, &c. indat, in quibus ſe manifeſtet, ac perſonam induat, citra tamen unitatis eſſentiæ

V. Authorem noſtrum et Saheb Hama Abu'lFed. *anno* 317.

* *At ſepties, juxta* Abu'l-Fed.

Digitized by Google

ſuæ * *corruptionem*; eum corporibus cœleſtibus a ſe creatis mundum inferiorem regendum tradidiſſe, eſſe corpora ea patres, elementa matres, compoſita natos, &c. poſt ſpatium annorum 36425 decurſum omnes animantium ſpecies interire, ac deinde renovari, natura univerſi in ſingulis terræ climatibus † bina unius cujuſque ſpeciei paria de novo producente, atque ita ſeculum ſeculo continuo ſuccedere, nec aliam dari reſurrectionem, &c. هياكل i. e. *Sacella*, ſeu σήματα, quæ nomine ſubſtantiarum ‡ *intellectualium* ac *ſpiritualium*, et juxta ſtellarum figuras conficiebant, hæc enumerat *Shahreſtanius*, 1. Sacellum *cauſæ primæ*, et ſub eo, Sacellum *intellectus*, Sacellum *providentiæ*, Sacellum *neceſſitatis*, et Sacellum *animæ*, eſſe hæc figuras ſphæricæ, 2. Sacellum *Saturni*, ſexangulum, 3. *Jovis*, triangulum, 4. *Martis* مربع مستطيل quadrangulum oblongum, 5. *Solis*, quadrangulum, 6. *Veneris*, triangulum quadrangulo inſcriptum, 7. *Mercurii* § triangulum quadrangulo oblongo circumſcriptum, 8. *Lunæ* denique, octangulum. Eadem refert || *Al'ſannabius*, e *Facro'ddin Razi* Commentariis ad *Surato'l Bakarah*. Nugæ hæ; quibus tamen in recenſendis longior fui, non ſolum ut intelligatur quod dicit *Shahreſtanius*, Arabum quoſdam Sabiiſmum amplexos, ſed quia כאנת מלה אעמת אלארץ *ſecta erat quæ totum olim terrarum orbem impleverat* (ut loquitur *Maimonides*). اقدم الاديان علي وجه الدهر الغالب علي الدنيا *religionum antiquiſſima, et quæ totum fere mundum occupaverat*, (ut *Abu'lFeda*,) adeoque frequens alias, tam in *Arabum* quam *Hebræorum* ſcriptis,

* لا تبطل وحدة في ذاته

† زوجين *ſed cum dicat* ذكر وانثي *forſan unum par denotat*

‡ العقلية الروحانية

§ مثلث في جوفه مربع مستطيل

|| *Ad* Ann. Hej. 8.

Moreh l. 3. c. 23.

Digitized by Google

eorum mentio occurrat. Eandem ab rationem inquirendum etiam erit in *Magorum* hæreſin, quam et *Arabum* quoſdam ſecutos ab authore libri *Moſtatraf* accepimus. Siquidem et ipſa non parvam olim Orientis partem, *Perſiam* præſertim et vicinas ei gentes ac Indos, (quos et hodie addictos habet,) infecerat. Quod ad nominis rationem attinet, origine Perſicum ſtatuit *Mohammedes Al-Firauzabadius* e duabus vocibus conflatum, ſcilicet میج گوش *Mije Guſh*, quod *hominem auribus brevibus* vel *curtis* denotat; talis cum fuerit primus ſectæ pater, inde nomen ſortitum, quod et ad ſectam ſuam tranſmiſit: quod ſi verum ſit, conferri poterit cum iis quæ narrat *Juſtinus* de auribus *Mago* a *Cambyſe* præciſis. Invaluit autem uſus ut idem vulgo *Arabibus* et *Perſis* ſonet *Magus* ac *ignis cultor*. Sic in Nomenclatore Arabico-Perſico *Logat halimi* dicto, مجوس *Magus* اتاش پرست *Ataſh-paraſt*, i. e. *Ignis cultor*, redditur. Ac certe ignem eos coluiſſe, eique templa conſecraſſe, honoris quem luci habent teſtandi gratia, referunt *Shahreſtanius* et *Iſmael Abu'lFeda*, cujus hæc ſunt verba: مما عظموا النور عبدوا النيران i. e. *Inde quod lucem magni faciant, ignes colunt*; qui idem aſſerit præcipuum religionis *Magorum* ſeu *Perſarum* antiquiorum (qui کیومرثیة *Ciumerthii* dicti) fundamentum ſuperſtructum fuiſſe علي تعظيم النور i. e. *magnificationi*, ſeu *venerationi lucis*, et fugæ tenebrarum. Lucem Deum primum, قديما *Kadiman*, *Antiquum*, (ſeu æternum) rerum omnium principium ſtatuunt, ac يزدان *Yezdan* vocant; tenebras autem Deum creatum, *tenebris ortum*, cui no-

In Hiſt. *c. de Perſis.*

men اهرمن *Ahraman*: ita duos esse illis rerum authores, Deum scilicet et Diabolum: hanc eorum doctrinam fuisse usque ad *Zoroastri* tempora, quem زرادشت *Zaradushtum* vocant, et sub كشتاسفا * *Gushtasfo* floruisse asserit, ac fuisse صاحب كتاب المجوس *authorem libri quem* Magi quasi illi a Deo cœlitus demissum (prout ipse affirmaverat) amplectuntur, esse ipsis de *Zaradushto* كلام طويل لا فايدة فيه, *fabulas prolixas, inanes, et quæ recensentur indignas: Gushtasfum* istum *Cyri* avum statuit, *Cyrum* autem esse Hebræis qui Persis *Azdshir Bahman*; quam recte non est hic disputandi locus, et annon potius *Gushtasfus* sit *Hystaspes*, a *Cyro* tertius, et *Azdshir*, *Ahasuerus* pius. Denotat enim بهمن, referente eodem, (ut et *Al'Jannabio* et *Ahmede EbnYusef*) النية الحسن *bonæ* seu *piæ intentionis hominem*. Ejusdem (*Zaradushti* scilicet seu *Zoroastri*) meminit *Gregorius* noster sub *Cambyse Cyri* filio, et معلم المجوسية *religionis Magorum authorem*, seu *doctorem* appellat, ac pro *Eliæ* discipulo a quibusdam haberi dicit, et de Messiæ adventu Persas monuisse, deque stella in cujus medio figura virginis conspicua ejus nati signum ipsis præberet; qui tamen non tam religionis author, quam reformator statuendus videtur ex iis quæ a *Shahrestanio* et *Abu'lFeda* memorantur. Ac certe diversas fuisse patet Magorum sectas, quarum cum omnes in astruenda الثنوية *Althanawiah* convenerint, scilicet duo esse rerum principia Lucem et Tenebras, in partes abiisse videntur, quod alii principia ista coæva, alii alterum altero posterius statuerint. Porro disputationes eorum

* *Vel ut* Al-Jannab. *et* Ahmed Ebn Yus. etiam كيشسب

Digitized by Google

omnes (teſte *Shahreſtanio*) يدور علي قاعدتين *circa duo verſantur fundamenta*, quorum primum eſt بيان سبب امتزاج النور والظلمة *Declaratio cauſæ miſtionis lucis et tenebrarum*: ſecundum بيان سبب خلص النور من الظلمة *Declaratio cauſæ liberationis lucis a tenebris*, et miſtionem iſtam مبدا *Initium* vocant, liberationem معادا *Reditum*. Illud quod in ipſorum profeſſione mutaverit *Zaraduſht* hoc fuiſſe videtur, (referente *Abu'lFeda*) quod cum illo antiquiores Lucem et Tenebras prima rerum principia ſtatuerent, ipſe Deum utriſque antiquiorem, earumque conditorem docuerit, unum eum eſſe, nec ſocium habere, bonum autem et malum, * probitatem et nequitiam e commixtura lucis et tenebrarum contigiſſe, quæ niſi miſta fuiſſent, mundus nequaquam extitiſſet, nec ceſſuram miſtionem donec lux tenebras vincat, deinde lucem mundum ſuum, tenebras autem ſuum, ſibi liberum et integrum habituras: quodque librum religionis præcepta continentem, cum antea nullum haberent, quaſi cœlitus ad ſe demiſſum, ipſis tradiderit. At mira ſunt quæ de libro iſto referunt *Al'Jannabius* et *Ahmed Ebn Yuſef*; ſcilicet duodecim voluminibus, quorum ſingula corio taurino integro compingerentur, conſtitiſſe, permitti ejus authoritate matrem, ſororem, filiam in uxorem ſumere, (ſic et ipſe *Abu'lFeda*, in vita *Azdſhiri* prædicti, eum, quod Magorum inſtituto licitum, filiam duxiſſe ſcribit,) cum alias multa in eum e *Davidis* Pſalmis tranſlata ſint, ignis cultum præcepiſſe, ac *Keblam* ejus cultoribus Orientem, unde luminarium ortus, ſtatuiſſe †. Simulachris tamen

* الصلاح والفساد

† Abu'lFeda in كشتسف

Digitized by Google

infeſtum fuiſſe liquet ex eo quod narrat *Shahreſtanius* *, *Guſhtaſum*, poſtquam *Zaraduſhti* ſuaſu تمجس, ſcilicet *Magorum doctrinam amplexus eſt*, idolis quæ in celebri illo templo بيت مارس *Domus Mars* (num forſan Martis?) dicto, tribus ab *Aſpahano* paraſangis, antiquitus collocata fuerant, eductis, illud in ignis ſacrarium convertiſſe, ac perpetuas fere lites apud Orientales inter ignis et ſimulachrorum cultores fuiſſe ab eodem diſcimus, adeo ut prout alteri alteris ſuperiores evaſerint, templa ipſorum alias ignium, alias ſimulachrorum cultui inſervire juſſa ſint. Magorum deliria cum dogmatibus Chriſtianis (quod idem eſt ac ſi cœlo tartara) inique miſcens inſanus ille † *Manes*, inde impiiſſimam hæreſin conflavit, teſte *Shahreſtanio*; اخذ دينا بين المجوسية والنصرانية *Condidit*, inquit, *religionem inter eam quam Magi et eam quam Chriſtiani profitentur*. Origine Magum fuiſſe perhibet, duo, cum Magis, rerum principia ſtatuiſſe Lucem et Tenebras &c. inde illi titulus ماني الثنوي i. e. *Manes duorum principiorum aſſertor*, referente ‡ *Gregorio* noſtro, qui eum primo Chriſtianum, poſtea ad الثنوية, ſeu *duorum principiorum hæreſin* defeciſſe, et aſſumpto ſibi Meſſiæ nomine, electiſque duodecim diſcipulis, blaſphemias ſuas per totum Orientem, Indiam uſque et Sinam propagaſſe, ſcilicet ان للعالم الهين *mundo duos eſſe Deos*, quorum alter bonus, qui معدن النور *Fons lucis*, alter malus, qui معدن الظلمة *Fons tenebrarum*, &c. وكان يفرط في تمجيد النار وتعظيم شانها *quin et modum exceſſit in igne celebrando, eumque veneratus eſt ac divinis laudibus efferri voluit*, idque prop-

* In cap. de opinionibus Arabum.

† *Sive* Manius.

‡ *In vita* Aureliani *Imper.*

Digitized by Google

ter lumen ipſi innatum, ut e contra terram vilipendi, quod penitus opaca et tenebroſa eſſet: atque *hæc* (inquit) *doctrina, antiquitus apud Perſas recepta fuit, non a Manio,* ſeu *Mane, primum orta,* ſed quam tantum argumentis quam maxime potuit probabilibus confirmare laboravit. Impoſturæ ſuæ dignas tandem pœnas luiſſe narrat,* a *Sapore* Perſarum rege crudeli morte multatum, detracta pelle, quod, cum magna de ſe prædicaret, filium ipſius, qui in morbum inciderat, ſanare non potuit. *Manii* etiam et opinionis ejus meminit *Joſephus Albo* †: היה בקדמונים מי שחשב שהתחילות הראשונות שתים אחת לטוב ואחת לרע וזה היה דעת איש אחד שמו מאני ועל כן נקראו הנמשכים אחריו מאנים i. e. *Fuit apud veteres qui putaret quod principia prima duo eſſent, unum boni, et alterum mali,* &c. *et fuit hæc ſententia viri cujuſdam cui nomen* Mani, *ideoque qui eum ſecuti, ſunt appellati* Maniani, *ſive* Manichæi.

Quis interim fuerit βραχύωτος iſte, a quo ſecta Magorum denominata, non conſtat: eorum ritus et deliria ab ipſo *Nimrode* qua fide petant *Ebn Batrik* et *Georgius Ebno'l Amid,* non contendo. Cum autem Arabum quoſdam iis nomen dediſſe legamus, illos qui Chriſtum adoratum venerunt, conſtat et *Magos* eſſe potuiſſe et *Arabes.*

Eruditio autem Arabum, &c. *linguæ ſuæ peritia, ſermonis proprietas,* &c.] At *Arabibus* dialecti plures. Diverſa fuit lingua qua locuti *Hamyar* et *Arabes* puri, ab iſta qua uſi *Koraiſhitæ,* et in qua conſcriptus Alcoranus ‡. Illam

* *V.* Epiphan. *et* R. Abraham: *quem citant etiam* Schichardus *et* Buxt. *in Lex. Talm.* in מאן

† *In* Ikkarim, l. ii. c. 13.

Pag. 5. l. 28.

‡ Mezhar, c. 1.

Digitized by Google

عربية حمير *Arabiſmum Hamyari* vocant, hanc العربية المحضة *Arabiſmum purum* ſeu *defæcatum*, item عربية قريش *Koraiſhidarum dialectum*, qua primum omnium locutum *Iſmaelem* ferunt: quod non aliter intelligi poteſt quam quod *Arabum*, poſt affinitatem cum *Jorhamidis* nuptiarum interventu contractam, linguam defæcatiorem reddiderit, et forſan ad *Hebraicæ* primigeniæ normam, a qua longius deflexerat, correxerit et limaverit. Illum enim linguam ipſis vernaculam a *Jorhamidis* accepiſſe, non illos novam docuiſſe, ipſi unanimi conſenſu tradunt: منهم تعلم اسمعيل العربية *ab illis didicit Iſmael Arabiſmum* (inquit * *Jalalo'ddinus Alſoyutius*). Niſi forſan illorum ſententiam amplectamur qui (referente eodem) illud quod dicunt, *Iſmaelem* primum fuiſſe qui lingua *Arabica* locutus ſit, ita intelligi velint, primum fuiſſe eum, qui vernaculæ oblitus *Arabicam* amplexus fuerit. Quare et ab aliis لسان عربي مبين *lingua Arabica perſpicua*, qua cœlitus deſcendiſſe *Alcoranus*† dicitur, لسان جرهم *Jorhamidarum lingua* vocatur; quos viciſſim et aliquid ex *Iſmaelis Hebraiſmo* contraxiſſe probabile eſt. Quanquam antiqua *Arabum* dialectus *Hamyarenſis* illa a lingua *Hebraica*, vel ſaltem *Syriaca*, qua antea *Yaarabum* (quem *Arabicæ* patrem ſtatuunt, ideoque يعرب *Yaarab* dictum quia primus fuerit cujus lingua a *Syriſmo* ad *Arabiſmum* deflexerit) locutum autumant, propius abeſſe quam ea qua alii utuntur *Arabes*, videtur. Exemplo res clarior fiet. Narrant *Al'Jauharius* et *Mohammed AlFirauzabadius*‡, *Arabem* quendam, cum ad regem *Hamyarenſem* ingreſſus ſe-

* *In* Mezhar, c. 1.

† *In* Alcor. Sur. xvi. Comm. 103, edit. Maracc.

‡ *V. et* Mezhar, c. 16.

Digitized by Google

dere juberetur, dicente illi rege ثب *Theb*, e loco alto (montis ſcilicet præcipitio, ut in libro *Mezhar*) in quo ſtaret deſiliiſſe, ac membris miſere confractis ſtoliditatis ſuæ pœnas luiſſe. Miranti regi, ac rationem facti roganti, reſponſum, idem ſonare *Theb Arabum* dialecto ac *Salta*: regeſſiſſe ergo regem ليس عندنا عربيت *Non eſt nobis notus Arabiſmus iſte*; من دخل ظفار حمر *Qui Dhafarum ingreditur*, (urbs ea regum *Hamyarenſium* ſedes), *Hamyariſmum addiſcat*; quæ verba in proverbium abierunt, quo monetur quis eorum quibus cohabitat, moribus ſe accommodare. Hinc autem (uti diximus) patet *Hamyarenſium* dialectum ad *Hebraicam*, vel *Syriacam*, ſive *Chaldaicam*, in quibuſdam, propius accedere, (ut et ipſos ad Judaiſmum inclinaſſe in ſuperioribus vidimus); ثب enim *Hamyarenſibus* idem ſonat ac *Hebræis* יָשַׁב *Syris* et *Chaldæis* יְתַב a quo in Imperativo תֵּב *ſedere*: at communi *Arabum* dialecto contrariam habet notionem, *ſaltandi* ſcilicet vel *ſubſiliendi*. Præterea in regis reſponſo quod عربيت litera ت claudatur, quod *Arabes* per ṯ efferre ſolent, *Syriſmum* etiam ſapere videtur. Per linguam autem iſtam cujus peritiæ operam dediſſe *Arabes* aſſerit author noſter, dialectum iſtam *Koraiſhitarum* defæcatam et politam præcipue intelligi credo, quæ qua ratione cæteris elegantior evaſerit deſcribit *Jallaloddinus**; ſcilicet quod dum templi *Meccani* æditui eſſent, et *Arabiæ* centrum incolerent, non ſolum a cæteris gentibus (quarum vicinia et commercio aliarum tribuum ſermo vitii aliquid contraxerat) remotiores eſſent, ſed et con-

* *In* Mezhar, c. 9.

Digitized by Google

fluentibus undequaque *Meccam Arabibus* tum religionis ergo, tum ut lites ſuas ad ipſos componendas deferrent, ex eorum ſermone et carminibus puriores ac elegantiores quaſcunque ſive dictiones, ſive loquendi formulas et phraſes, ſelectas, ſuas facerent, adeo ut in ipſorum dialectum omnes univerſi quaqua patet *Arabiſmi* elegantiæ confluxerint. Linguæ autem ſuæ in encomium multa congerunt, atque, inter cætera, immenſa ejus latifundia prædicant; tanta nimirum, ut non alias quis, niſi prophetico afflatus ſpiritu univerſum ejus ambitum comprehenderit, nec quiſquam eo unquam pervenerit ut omnes ejus theſauros exhauriret. Quantum *Græcam, Latinam*, aliaſque linguarum præcipuas, verborum copia ſuperet, hinc conjicere licet, quod aliquando vel ſola diverſarum unius rei appellationum enumeratio et explicatio juſtam voluminis integri materiam præbuerit. Sic doctiſſimo grammatico *Ebn Chalawaih* libri unius ſubjectum Leonis nomina, quæ quingenta; alterius, Serpentis, quæ ducenta, teſte *Jallalo'ddino* *. Author Kamuſi †, *Mohammed AlFirauzabadius*, librum integrum de mellis appellationibus et utilitate ſe conſcripſiſſe ait, in quo cum octoginta ejus nomina recenſuerit, totam tamen ejus nomenclaturam non abſolviſſe notatur ‡. Teſtatur idem § enſis appellationes ultra mille ſe in libro a ſe compoſito enumeraſſe. Certe in linguæ tam copioſæ peritia larga erat gloriandi materia, interim tamen aiunt || quod reliquum eſt ejus eſſe قليل من كثير *parum admodum e multo*. Nec omnium erat eleganter, nec pro-

* Mezhar, c. 22. *et* 27.

† Kam. *in* عسل

‡ Mezhar, c. 27.

§ Kam. *in* سيف

|| Mezhar.

Digitized by Google

prie loqui. Quo ſpectat illud quod reſponſum fertur a *Mohammede* non vulgarem ipſius eloquentiam mirantibus, ſe a *Gabriele* linguam *Iſmaelis*, quæ in deſuetudinem pene abierat, edoctum. Et certe de lingua tam late patenti periiſſe aliquid non mirabitur qui quam nuperum ſit apud illos ſcribendi inventum perpenderit; de quo ita præſtantiſſimus hiſtoricus * *Ebn Chalican*: الصحيح عند اهل العلم ان [اول من خط بالعربية] مرامر بن مرة من اهل الانبار وقيل انه من اهل الانبار انتشرت الكتابة في الناس i. e. *Illud de cujus veritate minime ambigitur apud eruditos, eſt primum Scripturæ Arabicæ repertorem fuiſſe Moramerum filium Morræ Anbarienſem; ab Anbarienſibus in reliquam Arabiam manaſſe hanc artem.* Cui ſuffragatur quod refert *Aſmayius* †, interrogatos *Koraiſhitas* a quibus ſcribendi artem didiciſſent? reſpondiſſe, ab *Hirenſibus*, *Hirenſes* autem ſe ab *Anbarienſibus* accepiſſe prædicant; vel, ut ab aliis narratur, interrogatum *Harbii* (qui primus ſcribendi rationem *Koraiſhitas* docuit) filium, unde pater ipſius artem illam accepiſſet? reſpondiſſe, ab *Aſlamo Jodaræ* filio; illum a quo literas iſtas didicerat? reſpondiſſe, ab earum inventore *Moramero* filio *Morræ:* hoc autem non multis ante *Mohammedaniſmi* ortum annis contigiſſe. Hæc autem quæ diximus potius de *Koraiſhitis* aliiſque *Arabum Iſmaelitarum* tribubus, quam de *Hamyarenſibus* intelligendum: in confeſſo enim eſt fuiſſe illis jam antea notam ſcribendi artem; imo antiquitus, ſi vera ſit illa, quam ex *Ebn Heſham* refert *AlFirauzabadius*, hiſtoria. قال ابن هشام حفر السيل عن قبر بالبمن فيه امراة

* *In vita* Ebn Bowab.

† *Apud* Ebn Chal. *ibid.*

Digitized by Google

في عنقها سبع مخانق من در وفي يديها ورجليها من الاسورة والخلاخيل والدماليج سبعة سبعة وفي كل اصبع خاتم فيه جوهرة مثمنة وعند راسها تابوت مملو مالا ولوح فيه مكتوب باسمك اللهم اله حمير انا تاجة بنت ذي شفر بعثت مايرنا الي يوسف فابطا علينا فبعثت لاذتي بمد من ورق لتاتيني بمد من طحين فلم تجده فبعثت بمد من ذهب فلم تجده فبعثت بمد من نحري فلم تجده فامرت به فطحن فلم انتفع به فاقتفلت فمن سمع بي فليرحمني وايمة امراة لبست حليا من حليي فلا ماتت الا ميتتي *Dicit* Ebn Heſham, *Detexit torrens ſepulchrum in* Yaman, *in quo jacebat fœmina, cujus in collo ſeptem erant e margaritis contexti torques, in manibus et pedibus ſingulis armillæ, ornamenta cruralia et brachialia ſeptem, in unoquoque digito annulus in quo magni pretii gemma; ad caput autem ciſta theſauro opulenta, et tabella cui hoc erat inſcriptum, In nomine tuo, ô Deus, Deus* Hamyar, *Ego* Tajah *filia* Dhi Shafar *miſi obſonatorem noſtrum ad* Joſephum, *quo tardante, miſi ancillam meam cum modio argenti ut afferret mihi modium farinæ, cumque non inveniret, miſi eam cum modio auri, et cum nondum inveniret, cum modio* * *unionum cumque nec adhuc inveniret, eas comminui juſſi, a quibus cum nihil utilitatis caperem hic incluſa ſum. Qui autem audierit de me miſereatur mei, et ſi qua mulier ornamentum aliquod ex ornamentis meis induerit, non alia morte moriatur, quam qua ego mortua ſum.*

Si quid † his ineſt veri, antiquum eſt apud *Hamyarenſes* ſcribendi inventum. Characteres eorum ab illis quibus utuntur *Arabes* multum diverſi, quod genus ſcripturæ المسند *AlMoſnad* vocabant, literis inter ſe implexis mini-

* *De genuina vocis hujus lectione dubito; alii enim codices habent* بحري *alii* نحري

† *Quibus et addi alia poſſent, ex* Al-Jannabio, *de antiquorum regum monumentis.*

Digitized by Google

meque diſtinctis, quas tamen vulgo diſcere non permittebant, nec cuipiam, niſi poſt impetratam ab ipſis veniam, iiſdem utendi facultatem. Ita cum eodem *Ebn Chalican* et *Georgius Ebn Amid* diſtinctos memorat القلم الحميري والعربي i. e. *calamum Hamyarenſem*, et *calamum Arabicum*. Porro, quam arctis apud *Arabes* concluſum limitibus diu manſerit nobile hoc *Morameri* inventum, patet ex eo quod refert modo laudatus *Ebn Chalican*, ſcilicet cum jam evulgari cœpiſſet Alcoranus, non repertum fuiſſe in univerſa regione *Yaman*, qui *Arabice* ſcribendi vel legendi peritus eſſet. Certe ipſum *Mohammedem* utriuſque literaturæ partis ignarum unanimi conſenſu ſtatuunt, ideoque نبيا اميا *Nabiyan ommian*, i. e. *Prophetam illiteratum* vocant. Author جامع اللغة hoc illi epitheton a patria *Mecca*, quæ ام القري *Omm alkora*, *Mater pagorum* appellatur, juxta quorundam ſententiam tribui aſſerit; ſed eodem res recidit: nam vel hoc ipſum ad ejus imperitiam evincendam firmum ſatis eſt argumentum, quod *Meccenſis* fuerit. Quod nos docet *Shahreſtanius* * his verbis, الفرقتان المتقابلتان قبل المبعث هم اهل الكتاب والامیون والامي من لا يغرف الكتبة فكانت للیهود والنصاري بالمدينة والامیون بمكة i. e. *Duæ ſectæ oppoſitæ, ante miſſionem Mohammedis, erant populus libri, et idiotæ. Idiota eſt qui literas neſcit. Judæi autem et Chriſtiani Medinam incolebant, idiotæ autem Meccam.* Hæc ille. *Judæos* et *Chriſtianos* populum libri vocant, non ſolum quod ipſis libri religionis eorum præcepta continentes dati ſint, ſed et quod literas didiciſſent, contra ac *Arabes Meccenſes*,

* *In Sect.* في اهل الكتاب

Digitized by Google

qui ea qua nati ſunt ignorantia totam vitam ducebant. Ita inquit author libri *Mogreb*; vocabulum الامي *AlOmmio*, ſeu *Idiota* في اللغة منسوب الي امة العرب وهي لم تكن تكتب ولا تقرا فاستعير لكل من لا يعرف الكتابة ولا القراة i. e. *ex vi vocis denominatur ab* Ommah, *i. e. natione Arabum, utpote quæ nec ſcriberet nec legeret, atque inde tranſlatum ad denotandum quemlibet, qui ſcribendi ac legendi ignarus eſt.* Ita *Ebn'ol Athir*; الامي inquit, الذي لا يكتب *AlOmmio dicitur qui ſcribere neſcit:* atque inde dictum illud *Mohammedis*, quo miſſum ſe ait ad امة امية *gentem illiteratam*, explicans, *Arabes* (inquit) *Idiotæ vocantur, quia* الكتابة كانت فيهم عزيزة او عديمة *ſcribendi peritia apud illorum paucos admodum, vel potius nullos reperiebatur: manebant* ſcilicet علي اصل ولادة امهم *ea detenti ignorantia qua ex utero matris prodibant, nec ſcribendi, nec computandi artem edocti.* Atque eodem modo interpretantur quod a Deo in Alcorano dictum ferunt, miſiſſe ſe في الاميين رسولا منهم i. e. *ad idiotas prophetam ex ipſis*, ad illiteratos literarum rudem. Ex indubitatæ apud illos fidei *AlBocharii* narrationibus diſcimus, *Chadijiæ* (*Mohammedis* uxori) fuiſſe cognatum nomine *Warakah*, qui ſcribendi peritus eſſet, ſed بالعبرانية *Hebraice*, ipſumque Chriſtianum fuiſſe: ex ipſius tamen *Mohammedis* ſociis (ſive ante vel poſt promulgatam ipſius doctrinam ſcribere didicerint) qui ſcribendi rationem callerent, recenſentur inter cæteros *Othman*, *Ali*, *Zeid*, *Abu Ebn Caab*, cui miſiſſe dicitur *Othman* بكتف شاة فيها حروف فاصلحها *ſcapulam ovis in qua eſſent literæ, quas ille concinnavit.* Quæ ut melius intelligantur audiamus *Ebn'ol*

Digitized by Google

Athir quid ſit الكتف explicantem. *AlCatf* (inquit) eſt عظم عريض يكون في اصل كتف الحيوان من الناس والدواب كانوا يكتبون فيه لقلة القراطيس عندهم *os latum ad radicem humeri animalis, hominis ſcilicet et jumentorum, in quo, ob inopiam chartæ apud ipſos, ſcribere ſolebant.* Accepiſſe autem artem hanc tradunt *Koraiſhitas* a *Baſharo* quodam *Cendienſi Anbarienſium* jam memoratorum diſcipulo, qui *Meccam* profectus et ſorore *Abu Sofyani* in uxorem ducta, hoc illis inventum communicavit, quod non multis ante inſtitutam a *Mohammede* religionem annis contigiſſe ex iis quæ dicta ſunt manifeſtum eſt. Interim quod ad characteres a *Moramero* effictos, ac diu apud *Arabes* retentos, ſatis rudes fuiſſe conſtat, quales ſcilicet *Kufienſes* vocant, quos in librorum titulis ac lapidibus inſculptos videre eſt, nec aliis deſcriptum olim *Alcoranum* teſtantur folia aliquot antiqua, literis ſemiuncialibus in pergameno exarata, quæ doctiſſimus mihique amiciſſimus *Johannes Grævius*, quo nemo integro magis affectu ſe ſtudiaque ac impenſas ſuas publicæ rei literariæ utilitati dicavit, ſecum ex *Ægypto* detulit. Elegantiores iſtos, quibus jam utuntur, non niſi trecentis fere poſt *Mohammedem* annis ab *Ebn Moklah* (merito certe vel ob hoc ne dextra truncaretur) concinnatos, deinde ab *Ali Ebn Bowab*, celebri iſto calligraphias artifice, ad perfectionem perductos, teſtis eſt fide dignus *Ebn Chalican*. Quod interim ſarta tecta ſervaretur lingua tam late patens, ſine literarum præſidiis, Poëſi ſuæ debuiſſe videtur: unde non immerito una cum linguæ ſuæ cura, ejus quoque ſtudium conjunx-

Digitized by Google

erint, uti refert author noſter. Nam inter cæteras poëſeos laudes hoc ejus beneficium enumerant, ſcilicet quod et linguæ *Arabicæ* conſervatio et ſermonis proprietas et elegantia ei debeatur. Hoc eſt quod dicit *Ebn Fares* (referente *Jallalo'ddino* *) الشعر ديوان العرب وبه حفظت الانساب وعرفت المآثر ومنه تعلمت اللغة, *Eſſe poemata Arabibus commentariorum vice, quorum beneficio imperturbatæ ſervabantur genealogiarum ſeries, ne oblivioni traderentur res geſtæ memoria dignæ cavebatur, et e quibus linguæ peritia hauriebatur.*† Cui geminum quod a *Mohammede Ebn Salam* (referente eodem) dictum, كان الشعر في الجاهلية عند العرب ديوان علمهم ومنتهي حكمتهم به ياخذون واليه يصيرون i. e. *Fuerunt poëmata Arabibus olim ἐγκυκλοπαιδείας pandectæ*‡, *ultimus ſapientiæ eorum terminus, unde quæ illis uſui depromebant, et quo omnia deferebant.* Magna ergo contentione hanc alii aliis palmam præripere ſtudebant, nullum illis certius nobilitatis et ingenui ortus argumentum, nihil quod ſibi magis gloriæ ducerent, quam carmine animi conceptus expedite ac eleganter exprimere; uti eorum hiſtorias legenti patebit. In celebri iſta πανηγύρει سوق العكاظ *Forum Ocadhi* dicto, ubi quotannis conveniebant, id fere agebant, ut hoc certamine famam ſibi compararent. Ita *Al'Jauharius:* Quotannis illuc per menſem integrum congregati يتبايعون ويتناشدون شعرا ويتفاخرون, *non ſolum commercia agere, ſed carminibus recitandis, alii alios gloriabundi provocare*; imo ab hoc eorum facto, magis quam a rebus venum expoſitis, nomen foro inditum teſtatur *AlFirauzabadius*, quod ſcilicet ibi يتعاكظون *glori-*

* *In libro* Mezhar, c. 49.

† *Vocantur Poetæ in* Mezhar *et* Al-Moſtatraf امرا الكلام *Imperatores ſermonis.*

‡ كان الله قد اقامها للعرب مقام الكتب لغيرها من الامم Marzuk. *præf. in Com. ad* Hamaſah.

Digitized by Google

ando certarent. Si quæ cæteris anteferrentur poëmata, a regibus inter κειμήλια ſua reponi ac appendi; inde ſeptem illa notiſſimæ famæ poëmatia nomen ſortita المعلقات *AlMoallakat*, ſcilicet quaſi *Appenſa* dicas, teſtatur eorundem Scholiaſtes; cum alii quod in templo *Meccano*, honoris gratia, appenderentur dicta velint: quam ſententiam firmis deſtitui teſtimoniis ait. Forum ac conventus iſti ſub *Mohammede* ſublata, ac una cum theatro gloriæ ſuæ, poëſeos, ad tempus, ſtudium. Ita *Jallalo'ddinus Aſſoyutius*; جـا الاسلام وتشاغلت عنه العرب, *adveniente Iſlamiſmo poëſeos ſtudium intermiſerunt Arabes ad exterarum gentium expugnationem converſi, donec tandem inter ipſos rerum potitos ac paci redditos florere denuo cœperint hæc ſtudia.* Atque hinc eſt quod tot veterum poëtarum carmina, quæ non aliis antea, quam fidis hominum memoriis, apothecis ſervarentur, perierint. Sed de Arabibus qui pſeudopropheta antiquiores nobis jam ſermo, apud quos quanto in honore fuerit poëſis vel hoc unum ſatis monſtrat, quod *ſi in tribu aliqua* (ut ab *Ebn Raſik* refert *Jallalo'ddinus Aſſoyutius*) *inclareſceret Poëta, gratulatum illis concurrerent aliæ, ipſæ epulas inſtituere, mulieres tympana pulſantes, omniaque nuptiali pompa ornantes, felicitatem tribûs ſuæ viris pueriſque obviis palam decantare, beatos jam ſuos quibus contigiſſet ἀμωτὴς qui honorem eorum ſartum tectum conſervaret, præco qui præclare eorum geſta memoriæ proderet, &c.* Non leve hoc, nec quod temere præſtabatur: كانوا لا يهنئون الا بغلام يولد او شاعر ينبغ فيهم او فرس تنتج *Solennibus non utebantur gratulationibus, niſi cum puer*

V. et Mezhar, c. 49.

naſceretur, cum poëta apud illos inclareſceret, cum equa pullam generoſum peperiſſet. Hæc igitur tria in non minima felicitatis parte poſita videntur. Quanquam autem carminum condendorum ratio adeo apud ipſos antiqua fuerit, artis metricæ tamen leges nuperum magis commentum fuiſſe monſtrat *AlSefadius*, in præfatione ad ſuos in *Lamiat'olAjam* commentarios; quod et hiſtoria confirmat, quam de *AbuJaafaro* quodam grammatico narrat. Ille anno quodam quo Nilus ſolito parcius exundaverat, adeo ut Ægypto fames timeretur, ad columnam aquæ incrementis percipiendis aptatam ſedens, carmen quoddam cum in partes divelleret, et ad normam exigeret, ita ut a prætereuntibus non intelligeretur, tanquam incantationibus ſuis amnis tumorem compeſceret, ab illis in aquam præcipitatus miſer periit. Quin nec juſtæ longitudinis poëmatia ab initio illis compoſita videntur. لم يكن لاوايل العرب من الشعر الا الابيات يقولها الرجل في حاجته * i. e. *Non erant Arabibus priſcis poëmata alia, quam verſus quos unuſquiſque prout illi opus eſſet proferret*, cum (ut jam ſupra diximus) animi ſenſus carmine eloqui antiquitus apud eos glorioſum. Primum qui القصيدة *alKaſidah*, i. e. *Poëma quod triginta verſibus* conſtaret, compoſuit, *Mohalhel* fuiſſe, *Thaalabi* teſtimonio†, comprobatur.

Orationum compoſitio] العرب قديما ما كان لها ما تفتخر به الا السيف والضيف والبلاغة (inquit *Sefadius*‡) i.e. *Non gloriabantur antiquitus Arabes, niſi Gladio, Hoſpite, et Eloquentia.* Erat autem (ut eſt apud *Jallalo'ddinum Aſſoyutium*§) Oratio Arabibus duplex, منظوم *Ligata* et منثور *Soluta*; inter

* Mezhar, c. 49.

† *In libro* Mezhar, c. 49. Pag. 7. l. 3.

‡ *In Comment. ad* Tograi *poem.*

§ Mezhar, c. 49.

Digitized by Google

quas eam vult esse differentiam quæ inter uniones connexas, ac dispersas reperitur*. Ex utroque genere laudem captare Arabes. Si quis cæteris eloquentior, populo convocato, eorum animos ad rem aliquam aggrediendam (vel, e contra, fugiendam) orationis stimulis incitaret, aut monita illis salubria instillaret, is خاطب *Chateb*, sive خطيب *Chatib* i. e. *Orator*, audiebat†, quo titulo et jam qui populum e suggesto alloquuntur, gaudent. Oratio ab ipso habita خطبة *Chotbah* vocabatur, quod scilicet sermo esset شرح الخطب *Sharho'lchatbi*, i. e. *Expositio negotii*, explicationem الامر العظيم *rei magni momenti* continens, quare non nisi rebus istiusmodi occurrentibus orationes habebant. Hæc *Abrahim AlBarezi* in Scholiis ad Sermones *Nobatæ*. Monet tamen *AlFirauzabadius* rem quamlibet, صغر او عظم *sive parvam, sive magnam*, الخطب *AlChatbo* dici; et *Ebn Fares*, quemlibet sermonem inter homines خطاب *Chetab*. Cum autem *Chotbah*, de oratione, sive sermone qui ab oratore e suggesto habetur proprie dicatur, erit (describente *AlFirauzabadio*) الكلام المنثور والمسجع ونحوه *oratio soluta, colis similiter definentibus constans, aut ejusmodi*. Orationes autem eorum minime in partes suas juxta rhetoricæ apud Græcos et Latinos præcepta distributæ, nec methodice concinnatæ; adeo ut sententiarum in iis frequentium gemmæ vere dispersæ, minimeque inter se colligatæ videantur, totusque sermo arena sine calce recte dici posse videatur. In sententiarum tamen rotunditate, phrasium elegantia, ac proverbiorum acumine, invenies quod animum feriat. Ipsis

* *Argumenta tamen quibus probatur solutam ligatæ præferendam, videre est apud* Marz. *in præfat. ad Com. in* Hamasah.

† *V.* Ebn Athir *in* خطب *et lib.* Taarif.

Digitized by Google

interim, hac dicendi arte palmam ſe reliquis gentibus præripere, perſuaſum eſt. قال الجاحظ لا تعرف الخطب الا للعرب والفرس i. e. *Dixit Jahedh, Ignota eſt dicendi ars, niſi Arabibus et Perſis:* Arabes autem Perſis longe præſtare aſſerit. Qui autem inter ipſos eloquentia inſignes fuerint, teſtantur eorum proverbia, ابلغ من قس et اخطب i. e. *Eloquentior Koſſo*, et *Dicendi magis peritus quam Koſſus*; item اخطب من سحبان وايل *Dicendo ſuperans Sahban Wayel, &c.*

Pag. 7. l. 3-6. *Stellarum ortus et occaſus &c. quamque in pluviis excitandis vim habeant*] Præcipua *Arabum* circa ſtellas fixas cura; quod illis cum Indis commune, teſte *Shahreſtanio*, qui *Arabibus* et *Indis* diverſam ait eſſe ab aliis circa ſtellarum obſervationem, et de earum effectis divinandi, methodum: ſcilicet من خواص الكواكب لا من طبايعها ورتبوها على الثوابت لا على السيارات *juxta* * *proprietates earum non naturas, nec tam planetarum in judicando quam ſtellarum fixarum rationem habere*; idem quod verbis jam ante citatis† aſſerit, eandem vim illos ſtellis fixis attribuere quam erraticis aſtronomi. Hanc etiam alias diſcrepantiam ſtatuit inter *Sabios Græcorum* [ſeu *Chaldæorum*] et *Indorum*, quod illi cultus ſuos *planetis*, hi ſtellis *fixis* præcipue deferrent, quod idem de *Brahmannis* aſſerit *Abu'l-Feda*. Stellæ autem iſtæ quas انوا *Anwa* vocant, i. e. ſtellas ad occaſum mane vergentes, ita ut eodem momento ad orientem ſupra horizontem aſcendant aliæ illis oppoſitæ, (explicantibus *Al'Jauhario*, *Ebnol Athir*, *Al Firauzabadio*, cæteriſque grammaticis) 28 ſunt lunæ manſiones,

* Seu *peculiares earum influxus.*

† p. 141.

Digitized by Google

quarum circa ortus et occaſus quænam contingere ſolerent in aëre mutationes, cum diuturna experientia obſervaſſent *Arabes* priſci, eo tandem delapſi videntur, ut divinam illis potentiam attribuerent, ac pluvias ſuas (quæ maximum illis beneficium) ſe earum nonnullis debere profiterentur: quod illis vitio vertit *Mohammedes*, nec a ſuis dici voluit مطرنا من نو كذا i. e. *Pluvia noſtra a ſtella tali eſt*, eo ſenſu quo ea loquendi forma utebantur *Arabes*, qui ſtellas vi ſua pluvias efficere credebant: quod ſi quis a Deo ſolo dari pluvias agnoſcens, eo animo formulam iſtam proferret, ut non aliter intelligi vellet, quam luna hanc vel illam manſionem occupante, expectari pluviam, vel ان الله تعالي اجري العادة *ita a Deo conſtitutum eſſe ut circa hæc tempora*, ſeu harum ſtellarum ortus et occaſus, *contingant pluviæ*, eſſe hoc licitum; uti refert *Ebno'l Athir*, qui et الانوا conſtellationes quibus nomen *al Anwa* competit, fuſius deſcribens, ait eſſe eas 28 manſiones, quarum aliquam ſingulis noctibus occupat luna, et quarum aliqua poſt 13 noctes ita mane occidat, et ſub horizonte deprimatur, ut ſimul in oriente ex ipſius oppoſito emergat altera, (excipi ait *Al'Jauharius* الجبهة *Al-'Jabhah* * dictam, cui 14 noctes attribuit,) ſpatio autem annuo percurri omnes et abſolvi. Jam ut pluviam, ita et ventos, calorem, frigus, cæteroſque ejuſmodi effectus, illis tribuebant; occidentibus ſcilicet, vel, juxta *Aſmaijum*, orientibus, quibus jam dominium, referente *Al'Jauhario*. His obſervandis occupati olim *Arabes*. Ita *Shahreſtanius*: *Arabum* ſcientiæ quibus præcipue operam dabant, tres

* i. e. *Frons*; 4 *ſtellæ in Leone.*

Digitized by Google

erant, ſcilicet 1. علم الانساب والتواريخ *Scientia genealogiarum et hiſtoriarum.* 2. علم الرويا vel, ut *Abu'lFeda,* تعبير الرويا, Ὀνειροκριτικὴ, ſeu *Somnia interpretandi peritia.* 3. علم الانوا *De ſtellarum in concitandis pluviis vi judicium.*

Pag. 7. l. 10. * *Scil. qui idem* AlRayeſh, *regum* Hamyar. *decimus quintus: ſup.* p. 59.

Quod ad philoſophiæ ſcientiam, &c.] *Harethum* * quendam ex antiquis *Yamanenſium* regibus Philoſophum cognominatum refert *Ahmed Ebn Yuſef*; لعقله وادبه ſcilicet quod *intellectu* et prudentia alios *ſuperaverit:* non quod philoſophiæ ſtudio deditus fuerit. Ignota illa *Arabibus* uſque ad *Chalifarum Abbaſidarum* tempora; quod non ideo tamen contigiſſe crediderim quod minus idonea eſſent eorum ingenia ad hæc ſtudia excolenda, (quis hoc ſibi perſuaderi patiatur qui, quo poſtea ſucceſſu ea coluerint, perpenderit?) ſed quod ea eſſet vitæ eorum ratio, quæ tempus iis impendere non pateretur. Et quod nondum reperirentur qui iis honorem quo alerentur deferrent. Sed nec iiſdem facile cum *Iſlamiſmo* conveniſſe teſtantur quæ refert *Gregorius* noſter; ſcilicet *Joannem Philoponum*, qui *Grammaticus* vulgo dictus, ac ſub *Mohammedaniſmi* primordiis floruit, cum apud *Amrum*, exercitus *Arabum* ducem qui *Alexandriam* ceperat, ob inſignem qua inclaruerat eruditionem, magnam conſecutus eſſet gratiam, ab eo petiiſſe ut libros philoſophicos, qui in bibliothecis regiis invenirentur, concederet. *Amrus* hac in re gratum ei facere cupiens, nec tamen illud, abſque impetrata ab *Omaro* imperatore venia, auſus, cum per literas ipſum conſuluiſſet, hoc tulit reſponſum; utique libros iſtos vel cum *Alcorano* convenire, atque ita opus

Digitized by Google

iis non esse; sufficere siquidem *Alcoranum:* vel illi contrarium aliquid continere, atque eo nomine penitus tollendos. In balnea, itaque comburendi, jussu imperatoris distributi, iis calefaciendis post semestre demum spatium absumpti sunt: quod mirari satis non poterit qui ex Historia *Saracenica* didicerit, *Alexandriæ* quatuor balneorum millia tunc temporis fuisse. Idem fere testantur et quæ e *Kadi Saed* refert Author noster in vita septimi *Abbasidarum Chalifæ AlMamonis*, his fere verbis; *Sub initio Islamismi non aliis incubuere studiis Arabes quam linguæ suæ, et juris peritiæ, excepta medicina, gratiam illi conciliante necessitate.* Atque hic rerum status erat sub الامويّة seu *Ommiadarum imperio.* Devoluto tandem ad *Hashemidas* imperio, pristinum excutere veternum ingenia. Primus autem qui artium nobiliorum fautorem se præbuit, fuit eorum ordine secundus *Abu Jaafar Al-Mansor*, qui legis, qua excelluit, peritiæ, philosophiæ etiam ac præcipue astronomiæ studium adjunxit: at qui eas ad illud quod postea attigerunt fastigium, evexit, septimus fuit eorum *AlMamon.* Ille earum studio flagrans, debitumque iis honorem deferens*, ut eas loco suo quæreret, præcipuos Græciæ scriptores e principum bibliothecis legatorum interceſſu erutos, undique congerere, præmiis propositis interpretes peritos ad eos in linguam *Arabicam* transferendos allicere, alios ad eosdem legendos hortari, ipse doctorum dissertationibus interesse, iisque animos addere, nullum denique non movere lapidem, quo quicquid erat bonarum artium promoveret. Digni

* اقبل على طلب العلم في مواضعه

Digitized by Google

principe conatus! Ita brevi factum est ut per totum orientem et occidentem quacunque se diffuderat *Arabum* lingua, et gladio late propagata religio, innotescerent: at quam non religionis, tot plane ridicula credere jubentis, nec vel obscuriorem naturæ lucem ferentis, beneficio, patet ex illa *Takiddini* cujusdam censura, qui (referente *Sefadio*, in suis ad *Tograi* Poëma commentariis) dixit, *Fieri non posse quin Deus certas de AlMamone pœnas sumeret, quod scientiis philosophicis introductis Mohammedanorum pietatem interpellaverit.* Quam ipsius sententiam non mirabitur qui apud nos homunciones audacter pronuntiantes audiverit, quicquid est humanarum literarum, atque scientiarum, inimicum esse religioni et e rebus publicis Christianis penitus tollendum; sufficere unicuique linguam vernaculam, et quicquid temporis aliis impenditur, futiliter perdi. Mirum certe eam, quæ compendiosa *Juliano* visa est ad religionem Christianam e medio tollendam via, unicam nunc esse ejus promovendæ rationem. Sed ut eo unde digressi sumus revertamur; foventibus apud *Arabes AlMamone*, et qui ipsi in imperio succederent, bonas literas, eo usque tandem (verba sunt Magni *Savilii*) studio et ingenio profecerunt ut vix ipsis *Græcis* cedere videantur. Homines scilicet acumine et diligentia præstantes nihil in ullo literarum genere intactum reliquerunt. Nihil habuit *Græcia* eximium, quod non suum fecerint; de suo, quæ non acceperant, multa non minus eximia protulerunt. Languescere sub barbaris *Turcarum* armis cœpere demum apud

Digitized by Google

eos hæc ſtudia, et cum honore priſtino priſtinum etiam vigorem amiſere.

Author legis Iſlamiticæ Mohammed] Refert *Ahmed Joſephi* filius, alios ſecutus authores, fuiſſe pſeudoprophetam iſtum اول من سمي محمد او احمد *primum qui appellatus fuerit Mohammed, vel Ahmed.* Cui tamen hoc aſſerenti ne fidem adhibeamus facit quod ab *Aſſohailio* refert * *Ebn Chalican*, in vita celeberrimi poëtæ *Farazdaki:* ſcilicet لا يعرف في العرب من سمي بهذا الاسم قبله الا الثلثة i. e. *Non conſtat inter Arabes quempiam hoc nomine appellatum fuiſſe ante eum, tribus tantummodo exceptis.* Quartus ergo ſectæ *Iſlamiticæ* author *Mohammed* audiit, non primus; niſi forſan quod alias de prophetico ipſius munere dicunt, fuiſſe ipſum اول الانبيا في الخلق واخرهم في البعث *primum prophetarum creatione, licet ultimum miſſione* †, idem hic de nominis hujus impoſitione affirment: quod ipſis χρησφύγετον in promptu futurum facile crediderit qui rationem, ob quam tres iſti hoc nomine inſigniti traduntur, perpenderit; ſcilicet quod patres ipſorum, cum de *Mohammede* quodam propediem mittendo audiviſſent, fieri poſſe ſperaverint ut qui ipſis naſceretur filius, ille eſſet *Arabum* propheta. Hiſtoria ſic ſe habet, referente *Ebn Chalican: Sofyan Mojaſhei* filius, *Homran Rabiæ*, et *Ohaiyah Al'ſolahi*, cum legatione fungerentur apud regem quendam ‡ *qui antiquorum monumenta pervolverat*, moniti ab illo ſunt de Apoſtolo quem miſſurus illis eſſet Deus, nomine *Mohammede*. Hi igitur, quorum unuſquiſque uxorem ſuam gravidam reliquerat, voverunt, ſi naſceretur

Pag. 7. l. 16.

* *Et V. lib.* شرح شواهد المغني

† Ahmed Ebn Yuſef, *et* AlJannab.

‡ عنده علم بالكتاب الاول i. e. *Ad verb.* cui ſcientia libri prioris, *ſeu* antiqui.

Digitized by Google

ipſis filius, ſe ipſi nomen illud impoſituros. Atque ita factum eſt ut ante illum, jam olim (ut volunt) eo nomine deſignatum, tres alii apud *Arabes* eſſent *Mohammedes*, quos tamen ipſo poſteriores facile ſtatuent qui illius reſpectu primum hominum parentem, non prius *Adamum*, quam et ابو محمد *Abu Mohammed*, i. e. *Mohammedis patrem*, audiiſſe credant; utpote cujus lux * rerum creatarum prima, et divinioris originis particula, jam tum in fronte ejus, inſtar lunæ orbe jam pleno fulgentis, emicuit: quare dum primi hominis creationem deſcribunt, dicunt cognoviſſe angelos محمدا وفضله قبل ان تعرف ادم *Mohammedem, et præſtantiam ejus, antequam notum haberent Adamum*; quod et hoc ipſius dicto confirmant, كنت نبيا وادم بين الما والطين *Fui ego propheta, cum Adamus adhuc inter aquam et lutum eſſet.*

* *Ab ipſo dictum ferunt,* اول ما خلق الله نوري *i. e.* Primum quod creavit Deus, erat lux mea. *Abmed Ebn Yuſef.*

Pag. 7. l. 18. *Ab Iſmaele*] Recurrendum hic ad ea quæ in ſuperioribus de *Arabibus* inſititiis, ſive *Iſmaelis* poſteris diximus, unde et corrigi poſſunt nomina quæ non alias reponi poſſe quam conſultis exemplaribus *Arabicis* monet author *Chronici Saracenorum*, quod una cum Latina *Alcorani* verſione editum eſt. Supereſt hic monendum ſatius ipſis videri ut, in recenſenda *Mohammedis* genealogia, non ultra *Maadum Adnani* filium aſcendatur, idque ex ipſius præcepto. Ita *Ahmed Ebn Yuſef:* قال المسعودي ان النبي قد نهي ان يتجاوز في نسبه عن معد فقد ثبت ان يوقف في النسب علي معد فقط فالواجب الوقف عند امره ونهيه i. e. *Aſſerit AlMaſudi vetuiſſe prophetam, ne in ejus genealogia ultra Maadum aſcendatur, ac juſſiſſe cum ad ipſum perven-*

V. ſupr. p. 52.

Digitized by Google

tum fuerit, ſubſiſtere: ac certe ſecundum ejus mandatum et interdictum, ſubſiſtere decet. Quam autem ob cauſam libenter ibi pedem ſiſtant ab *Abu'lFeda* diſcimus, ſcilicet quod de eorum qui inter ipſum et *Adnanum* interceſſerint ſerie متفق عليه من غير خلاف *inter genealogos conveniat, nemine contradicente,* et *Adnanum,* e poſteris *Iſmaelis* fuiſſe extra dubium ſit, de numero autem eorum qui medii inter *Adnanum* et *Iſmaelem* fuerint controvertatur, aliis quadraginta circiter, aliis ſeptem tantum numerantibus, maxime autem probabilem eam eſſe quam ipſe in eorum nominibus recenſendis ſecutus ſit. Dictum ab *Abu Abdallah AlHaphet* quodam fertur, نسبة رسول الله صحيحة الي عدنان وما وراء عدنان فليس فيه شي يعتمد عليه i. e. *Genealogia Mohammedis uſque ad Adnanum certa eſt, at ultra eum non eſt cui tuto innitamur.* Mirum eſt *Mohammedem,* quem nihil ignoraſſe autumant, (ac præcipue conſultum, ut videtur,) hunc ſuis nodum, tali vindice dignum, non ſolviſſe. Potuit ſi libuiſſet, inquit *AlKodaius:* at cum non fecerit, nihil certi de iis qui ante *Adnanum* ab *Arabibus* peti poteſt.

Anno Alexandri 892] *Alii* aliter; anno ſcilicet *Alexandri* 882. ut *AlKodai* et *Hiſtoria Saracenica,* 881. ut *Abu'lFeda,* qui annus *Elephanti* primus, regni *Anuſherwani* 42. *Bochtanſeri* 1316. (A Chriſto nato ad *Mohammedem* annos numerat idem 578. exceptis menſibus 2. diebus 8.) Errore ergo ſcribarum manifeſto apud noſtrum pro 82. ſuppoſitum videtur 92. Pag. 7. l. 20.

Antequam autem annum ætatis ſecundum tranſegiſſet, mor- Ibid. l. ib.

Digitized by Google

tuus eſt pater ejus.] Hic etiam in re non magni momenti diverſas notare liceat authorum ſententias. Cum bimeſtris tantum eſſet, vel, ſecundum alios, cum adhuc in utero matris, inquit *Abu'lFeda*; quod refert et *AlKodai* ab *Ebn Iſaaco* quodam, ab *AlTabarita* autem, poſt eum natum menſibus 28.

Pag. 9. l. 1. *Monachus—nomine Bohaira*] Ita et *Abu'lFeda*; factum autem hoc fuiſſe nato *Mohammede* annos 13. at juxta *AlKodaium* 12. ut et juxta *Al'Jannabium*; qui et alios duos monachos ei teſtimonium, antequam munus propheticum venditaret, perhibuiſſe refert, ſcilicet نسطور *Neſtorium* quendam, et عداس *Addaſum*.

Ibid. l. 7. *Chadijah*] Fuit illa, teſte *Abu'lFeda*, تاجرة ذات شرف ومال *mercatrix nobilis, opulenta*. Tribus autem *Koraiſhidarum* (inquit idem) كانت قوما تجارا *fuit populus mercaturæ deditus*.

Ibid. l. 12. *Duxit ergo illam*] Dote 20. camelorum, ut *Abu'lFeda*, 12. unciarum auri, ut *Al'Jannabius*; quanquam alios aliter tradere aſſerit, et orationem elegantem habuiſſe *Abu-Talebum* cum eam *Mohammedi* deſponſaret, in qua *Koraiſhidarum* ſupra reliquas *Arabum* tribus nobilitatem, et *Mohammedis* ipſius virtutes prædicaverit. Oratiunculam ipſam, quia ad morem iſtorum temporum illuſtrandum facit, e ſeptima parte * libri *Ebn Hamduni*, referemus:

* *Dicti* تذكرة

الحمد لله الذي جعلنا من ذرية ابرهيم وزرع اسمعيل وجعل لنا بلدا حراما وبيتا محجوجا وجعلنا الحكام علي الناس ثم ان محمد بن عبد الله بن اخي من لا يوازن به فتي من قريش الا رجح به برا وفضلا وعقلا ومجدا ونبلا وان كان في المال قل فان

المال ظل زايل وعارية مسترجعة وله في خديجة بنت خويلد رغبة ولـهـا فيه مثل ذلك وما احببتم من الصداق فعلي i. e. *Laus Deo qui nos e ſtirpe* Abrahami, *et ſemine* Iſmaelis *conſtituit, et nobis regionem ſacram dedit, et domum ad quam peregrini undique concurrunt, et nos judices hominibus ſtatuit. Porro,* Mohammed *filius* Abdo'llahi, *nepos meus, quocum non ex æquo librabitur e* Koraiſhidis *quiſpiam, cui non præponderaturus eſt bonitate, et excellentia, et intellectu, et gloria, et acumine, etſi opum inops fuerit, (ac certe opes umbra tranſiens ſunt, et depoſitum quod reddi debet,) deſiderio* Chadijæ *filiæ* Chowailedi *tenetur, et illa viciſſim ipſius; quicquid autem dotis vice petieritis, ego in me ſuſcipiam.*

Ab illis Medinam, Yathrebum ſcilicet, fugit.] Hæc fuga vulgo هجرة *Hejra* dicta eſt, quæ vox (teſte *Ebno'l Athir*) uſu obtinuit ut الخروج من ارض الي ارض وترك الاولي للثانية, *migrationem e terra in terram, et prioris cum ſecunda commutationem,* ſignificet. * Binas autem *Hejras* nobis commemorat *Abu'l-Feda,* primam eorum qui, quod *Mohammedi* nomen dediſſent, a *Koraiſhidis* male habiti, ipſius permiſſu in *Æthiopiam* fugerunt, ubi النجاشي *AlNajaſhii* [regis] protectione contra hoſtes ſuos gauderent; ſecundam autem, hanc ipſius *Mohammedis,* qui, cum *Meccenſium* ſuorum impetum ſuſtinere nequiret, *Medinam* ſe recepit: atque hæc ابتدا التاريخ الاسلامي *Mohammedanorum æræ initium eſt,* a quo ipſos annos ſuos numerare docuit *Omarus,* cum aliis antea uterentur epochis. Audiamus quæ hac de re habet *AlKodaius* in hiſtoria ſua: كانت الامم السالفة

p. 9. l. 18.

* *Has* هجرة الحبشة *et* هجرة المدينة *vocant* Ebnol' Athir, *et* Al-Firauzab.

تورخ بالاحداث العظام وبملك الملوك اما بنوا
اسمعيل فارخوا ببنا الكعبة ولم يزالوا يورخون
بذلك حتي تفرقت معد وكان كلما خرج قوم
من تهامة ارخوا بخروجهم ثم ارخوا بعام الفيل وبيوم
الفجار وقد كانت معد بن عدنان تورخ
بغلبة جرهم العماليق واخراجهم اياهم من الحرم ثم
ارخوا بايام الحروب كحرب ابن وايل وحرب
البسوس وكحرب داحس وكانت حمير وكهلان
يورخون بملوكهم التبابعة وارخوا بنار ضرار نار
كانت تظهر ببعض حرات اليمن وارخوا بسيل العرم
ثم ارخوا بظهور الحبشة علي اليمن واما اليونانيون
والروم فيورخون بظهور الاسكندر واما القبط فكانوا
يورخون بملك بخت نصر ثم ارخوا بملك دقلطيانوس
القبطي الي الان واما المجوس فكانوا يورخون
بادم ثم ارخوا بقتل دارا وظهور الاسكندر ثم بظهور
ازدشير ثم بملك يزدجرد وبعث رسول الله والعرب
تورخ بعام الفيل وبيوم الفجار و لم يزل تاريخ
كذلك الي ان ولي عمر بن الخطاب فتقرر الامر
علي ان يورخ بهجرة النبي الي المدينة وتركه
ارض الشرك فجعلوا التاريخ من المحرم اول عام
الهجرة وكان هذا التقدير في سنة سبع عشرة او
ثماني عشرة من الهجرة i. e. *Supputabant olim gentes annos a casu aliquo insigni, et regno regum, &c.* Ismaelitæ

autem a condita Caaba, *nec aliter numerabant uſque dum diſperſi eſſent* Maaddienſes; *atque* [*exinde*] *quotieſcunque exiret gens aliqua e* Tehama, *ab egreſſu ſuo ſupputabant, deinde ab anno* * Elephanti, *et die* al-Fajar. *Qui autem* Maaddo Adnani *filio oriundi erant, a tempore quo* Jorhamidæ Amalekitas *devictos e* Meccæ *ditionibus expulerint: deinde et a diebus quibus commiſſa inter ipſos prælia; ut a prælio* Ebn Wayel, *et a bello* AlBaſus, *et bello* Dahes. Hamyar *autem et* Cahlan *ſupputabant a regibus ſuis* Tobbaïs, *nec non ab igne* Derar (*igne ſcilicet qui in loco quodam lapidoſo regionis* Yamanenſis *apparuit*) *item ab inundatione* Arem; *deinde ab* Æthiopum *in* Yaman *incurſione.* Græci *vero et* Romani *ab* Alexandro *numerabant,* Cophti, [autem a regno Boctanaſari numerabant, deinde] *a* Diocletiano Cophtita, *uſque in hunc diem. Magi autem ab* Adamo, *tum a cæde* Darii, *et* Alexandri *tempore, deinde a tempore* Azd-ſhiri; *tum a regno* Yazdejerdis. *Cum autem mitteretur* Mohammedes, *numerabant* Arabes *ab anno* Elephanti, *et a die* alFajar (q. d. *die ſceleris, ſeu ſcelerato,* ſcilicet, لما استحل فيه من المحارم (ut loquitur *AlKodaius*) *ob ea quæ alias illicita et interdicta tunc pro licitis habita ſunt,* ſeu quod bello inter *Koraiſhidas* et tribum *Kais Ailan* orto, † prælia inter ipſos commiſſa ſint menſibus in quibus ſanguinem fundere apud *Arabes* illicitum, (ut *AlJauharius, AlFirauzabadius, AlShahreſtanius* &c.) *nec aliter ſupputabant donec imperante* Omaro *filio* AlChetabi, *inter ipſos convenerit ut a fuga* Mohammedis *qua e regione idololatrica* [Medinam] *ſe ſubduxit, æræ initium ſumeretur. Ejus autem*

* *Cujus rei hiſtoriam. V. ſupra* p. 64. *et* 65.

† *Quibus et ipſe interfuit* Mohammedes *annos natus* 20. *ut* Al-Kodai, *et* Al-Firauz. *&c.*

Digitized by Google

initium ſtatuerunt menſem Moharram, *ejus, quo fugit, anni. Conſtitutum eſt autem hoc anno* 17. *vel* 18. *Hejræ.* وقدموا التاريخ علي الهجرة شهرين وجعلوه من المحرم (inquit *Ahmed Ebn Yuſef*); *Æræ autem initium, Hejræ* (ſeu ingreſſui ejus *Medinam*) *duos menſes præmiſerunt, et a menſe* Moharram, *illud ſumpſerunt.* In itinere ſiquidem inter *Meccam* et *Medinam* inſumſiſſe videtur menſes *Moharram* et *Safar* integros, cum 8 diebus e *Rabia'lAwal:* retro ergo eundo et numerando 68 dies, initium *Hejræ* ſtatuerunt primum menſis *Moharram* ejus anni, referente *Iſmaele Abu'lFeda.*

P. 9. l. 24. *Eodem anno converſa eſt Keblah, &c.*] حولت القبلة الي الكعبة في رجب بعد الهجرة سبعة عشر شهرا وقيل في شعبان وفرض صوم شهر رمضان بعد الهجرة بسنة وسبعة اشهر وحرمت الخمر بعد الهجرة باربع سنين في السنة الرابع وفرض الحج بالسنة السادسة inquit *AlKodaius:* i. e. *Converſa eſt Keblah ad Caabam menſe Rajeb, menſibus poſt fugam ſeptendecim, vel, juxta alios, menſe Shaaban, et injunctum eſt jejunium menſis Ramadan poſt fugam anno et ſeptem menſibus, interdictum vero vinum quatuor poſt fugam annis, anno ſcilicet, quarto, et injuncta peregrinatio anno ſexto.* Antea ergo, et dum *Meccæ* ſubſtitit *Mohammedes*, et poſtquam *Medinam* ſe recepiſſet menſibus octodecim, (referente *Abu'lFeda*) ſcilicet uſque ad medium *Shaaban*, faciem inter orandum *Hieroſolyma* verſus dirigebant. Ex eo tempore *Caabam*, præeunte ipſo *Mohammede*, religioſe ſibi ſcopum figunt, adeo ut *AlKeblah*, inter *AlCaabæ* nomina cenſeatur, (teſte *AlFirauzabadio*;) et اهل القبلة *Ahlo'lKeblah*, i. e. *populus Keblæ*, ſeu, cætus erga *Caabam* inter orandum faciem

Digitized by Google

obvertentium, apellatio ſit omnibus qui *Mohammedi* nomen dederint, ſectarum ut ut inter ſe diſcrepantium communis, ut videre eſt in *Mogreb* * item apud *AlKaſſaium* † et paſſim apud *AlShahreſtanium* et authorem *Sharho'lmawakef*.

* In verbo جهم

† In اهل الهوا

Injunctum eſt jejunium menſis Ramadani.] Quare et menſem iſtum شهر الصبر *menſem patientiæ*, ſeu *abſtinentiæ*, appellatum monet ‡ *Ebno'lAthir*, ſcilicet لما فيه من حبس النفس عن الطعام والشراب والنكاح *quod in eo ſe a cibo, potu, et venere cohibere juſſi ſint*, cum e contra apud *Arabes* antiquiores crapulæ et ebrietati dicatus videatur, (docentibus *AlMakrizio* et authore نشق الازهار) unde et apud illos ناطل, quod *cyathum* in quo vinum bibebant, ſeu مكيال *menſuræ genus* denotat, audiit, ſcilicet لافراطهم فيه في الشرب وكثرة استعمالهم لذلك المكيال, *quod in eo immodice vinum biberent, et frequentem ejus menſuræ uſum haberent*. Cur autem idem poſtea *Ramadan* appellatus ſit, ex iiſdem, ut et ex *Al'Jauhario*, *Ebno'lAthir*, aliiſque diſcimus. § يقال انهم لما نقلوا اسما الشهور عن اللغة القديمة سموها بالازمنة التي وقعت فيها فوافق هذا الشهر ايام رمض الحر فسمي بذلك i. e. *Dicitur eos cum menſium appellationes e dialecto antiqua tranſferrent, nomina juxta temporum in quæ inciderent, rationem impoſuiſſe, menſem autem hunc in dies* Ramadi'lharr, i. e. *caloris vehementis, incidiſſe atque inde nomen ſortitum*: ut e contra جمادي *Jomada*, prior et poſterior dicti, quod tunc temporis contigerit ut eſſet شهر برد *menſis* in quo dominaretur *frigus*; ſic et *Rabiah*, a *vernante* terræ ſtatu; *Moharram*, quod in eo كانوا يحرمون القتال *pugnam* et cædes

‡ In صبر

P. 9. l. 26.

§ AlJauhar.

Id.

AlMakriz.

Digitized by Google

illicitas pronunciarent; *Safar*, quod كانت تصفر فيه بيوتهم لخروجهم الي الغزو *domus ſuas vacuas relinquerent ad prædam quærendam exeuntes*. *Rajeb* quod eum *magni facerent*, et in honore haberent; quæ nominis hujus ſignificatio, ac præcipue tribus *Modar*, (unde et *Rajeb Modar* vocabatur;) atque hic (ſi recte apud *AlMakrizium* legatur * كانوا تصومه في الجاهلية) ante *Mohammedem* jejunii menſis. *Shaaban*, quod يتشعب فيه القبايل *diſpergerentur*, ſeu a ſe invicem diſcederent in eo *tribus*: *Shawal*, quod يشيل فيه الابل اذنابها tum *tollant Cameli caudas ſuas*; *Dhu'lkaadah* quod eo menſe لقعودهم في بيوتهم *domi ſe contineant*; *Dhu'l-Hajjah* autem, quod eo *peregrinationes* ſuas religionis ergo *inſtituebant*: كان الحج من عهد ابراهيم واسمعيل ابدا في عاشر ذي الحجة (inquit author نشق الازهار) *Erat peregrinorum conventus a tempore uſque Abrahami et Iſmaelis ſemper die decimo Dhu'lHajjah*. Cum autem ita fieret ut يقع حج العرب في ازمنة السنة كلها *incideret conventio Arabum in omnes anni tempeſtates*, ut tempori magis commodo proſpicerent, quo ſcilicet maturi eſſent fructus, et paratæ fruges, &c. rationem tandem intercalandi quandam a *Judæis* (ut teſtantur authores modo laudati) didicerunt, quam *Dilationem* [ſeu tranſpoſitionem menſium] vocarunt; quæ tandem a *Mohammede* vetita ac ſublata †. Antiquitus autem aliis, apud *Arabes*, nominibus gaudebant menſes, idque pro diverſa temporum ratione variis ‡; aliis ſcilicet apud *Thamudum*, aliis apud العرب العاربة *Arabes puros*, aliis apud العرب الثانية, *ſecundi ordinis Arabes*, ut loquitur author نشق الازهار.

AlJauhar.

* i. e. *Temporibus ignorantiæ eo jejunabant.*

Ὀρροδοῦσι.

† *V.* Sura to'ltaubah.

‡ AlMakriz. *et* Naſhk alazhar.

Digitized by Google

Eodem, cum collectæ e diverſis, &c.] Hoc factum ad annum quintum refert *Abu'lFeda.* P. 11. l. 5.

Anno quinto prælium Bani Lahyan] Inter anni ſexti geſta referunt *Abu'lFeda* et *Al'Jannabius*, &c. Ib. l. 15.

Portas Chaibar*, &c.] Quas 8 viri loco movere non poterant. Ib. l. 19. * Abu'lFeda.

Decimo demum inſtituit peregrinationem valedictionis.] Nominis rationem reddit *Abu'lFeda*; سميت حجة الوداع لانه لم يحج بعدها *Appellata eſt peregrinatio valedictionis, quoniam non amplius poſt eam peregrinatus eſt.* P. 13. l. 7.

Febricula correptus] Ita *AlFirauzabadius* الوعك *interpretatur* ادنى الحمى *febrim leviorem*, quæ tamen poſtea adeo invaluit, ut ea ad delirium adactus viſus ſit ſuorum nonnullis, ac imprimis *Omaro:* لما اشتد بالنبي مرضه الذي مات فيه قال ايتوني بدواة وقرطاس اكتب لكم كتابا لا تضلوا بعدي فقال عمر ان رسول الله قد غلبه الوجع حسبنا كتاب الله وكثر اللغط فقال النبي قوموا عني لا ينبغي عندي التنازع قال ابن عباس الرزية كل الرزية ما حال بيننا وبين كتاب رسول الله ut e *Bochario AlShahreſtanius* †; i. e. *Cum invaleſceret prophetæ morbus, quo mortuus eſt, dixit, Afferte mihi atramentum et chartam, ut ſcribam vobis librum quo poſt obitum meum non erretis. Dixit* Omar, *Prævaluit certe dolor apoſtolo Dei; ſufficit nobis liber Dei* [ſcilicet Alcoranus]. *Cum ergo multiplicarentur inter ipſos* [hac de re] *verba*, (dicentibus ſcilicet aliis, ut et e *Bochario* refert *Al'Jannabius*, Afferte illi calamarium et chartam, aliis *Omaro* aſſentientibus, ſcilicet neſcire illum præ dolore quid diceret,) *Diſcedite a me, inquit propheta, non enim convenit ut* Ib. l. 13. † *et* Abu'l-Fed. *et* Al-Jannab. *et* Sharho'l Mawakef *&c.*

Digitized by Google

coram me disceptetis. Dixit Ebn Abbas, *Malum, maximum certe malum quod in causa fuit ne scriberet nobis apostolus Dei librum istum.*

P. 13. l. 14. * *Ad verbum cum duæ tantum superessent noctes [seu dies] e mense* Safar. † *Ita potius redendum puto quam* 28um *cum mensis* Safar 29 *tantum habeat dies.*

Diem obiit die Lunæ qui * 27. *fuit mensis Safar*] Juxta alios, qui duodecimus *Rabiæ* prioris, juxta quam sententiam (inquit *Abu'lFeda*) incidit dies mortis ejus in natalem ipsius,† 27um autem *Saphari* diem fuisse non quo obiit, sed quo primum ægrotare cœpit, testantur Historia *Saracenica* et alii, dissentientibus tamen aliis. Mortis ipsius nuntius non eodem modo ab omnibus exceptus est. Erant qui mori ipsum potuisse ægre ferrent, nec iis quæ de munere suo professus fuerat, consentaneum haberent; referente *Abu'lFeda* a *Kadi Shahabo'ddino*, confluxisse turbam qui clamitarent كيف يموت وهو شهيد علينا لا والله ما مات بل رفع كما رفع عيسي ونادوا علي الباب لا تدفنوه فان رسول الله لم يمت *Quomodo moreretur cum ipse testis pro nobis sit [apud Deum?] Non ita certe est. Non mortuus est, sed sublatus, quomodo sublatus est Jesus. Exclamarunt igitur præ foribus, Ne sepelite illum, siquidem non est mortuus apostolus Dei.* His ὁμόφωνος *Omar* cædem interminatus est illis qui mortuum ipsum dicerent قال عمر من قال ان محمدا مات قتلته بسيفي هذا وانما رفع الي السماء كما رفع عيسي *Dixit* Omar, *Si quis dixerit mortuum esse* Mohammedem, *illum ego gladio hoc meo perimam, siquidem sublatus est in cælum, eo modo quo sublatus est Jesus*; referente *Al-Shahrestanio:* Vel, ut refert *Al'Jannabius*, جعل يصيح عمر ويقول ما مات محمد كما زعمه المنافقون بل ذهب الي ربه كما ذهب موسي بن عمران فقد غاب عن قومه اربعين ليلة ثم

رجع اليهم وخوف الناس بقطع ايديهم وارجلهم ان قال احد انه مات *Cæpit* Omar *exclamare, dicens, Non mortuus eſt* Mohammed, *uti aſſerunt hypocritæ, verum abiit ſicut abiit* Moſes Amrani *filius, qui abfuit a populo ſuo quadraginta dies, deinde reverſus eſt ad eos; quin et minatus eſt ſe manus et pedes abſciſſurum illis qui mortuum eum dicerent.* Compoſita eſt autem lis opportuno *AbuBecri* monitu, dicentis من كان يعبد محمدا فان محمدا قد مات ومن كان يعبد الله محمد فانه حي لا يموت *Si quis colat* Mohammedem, *certe mortuus eſt* Mohammed; *quod ſi quis colat Deum* Mohammedis, *utique ille vivit, morti non obnoxius.* Et ad ſententiam ſuam confirmandam, ex *Alcorano* teſtimonium protulit mortem *Mohammedem*, æque ac qui ante ipſum fuerant prophetas, manere; quo audito et *Omarum* et turbam compeſcuit, atque exinde ab omnibus pro conceſſo habitum eſt vere mortuum *Mohammedem.* Hinc tamen forſan originem ſumpſit ea quæ apud Chriſtianos percrebuit fama, expectari a *Mohammediſtis* pſeudoprophetæ ſuæ reditum.

Meccenſes fugæ comites] Hoc enim denotat vox المهاجرين *AlMohajerin*; male ergo quaſi a nomine *Hagar* derivata urgetur ad probandum *Arabum* gentem *Hagarenos* dici, et *Hagare* oriundos; quam tamen et ipſi matrem ſuam prædicant, nec dedecoris, ſed gloriæ loco ducunt; ſed aliis illud argumentis confirmatur, inter quæ nullus huic locus. P. 13. l. 20.

Ubi eum manſiuncula ſua] Seu cubiculo ſuo; vel, ut *Ahmed Ebn Yuſef*,* في حجرة عايشة تحت فراشه الذي مات Ib. l. 25.

* *V. et* Abu'lFedam.

فيه *in cubiculo* Ayeſhæ *ſub lecto ſuo in quo mortuus eſt,* [eo quo mortuus eſt loco :] moti ſcilicet eo quod ab ipſo audierant,* الانبيا يدفنون حيث يموتون *ſepeliri ſolitos prophetas eodem quo morerentur loco.* Unde igitur nobis *Mohammedes* ciſtæ ferreæ incluſus, et magnetum vi in aëre pendulus? hæc cum *Mohammediſtis* recitantur, riſu exploduntur, ut noſtrorum, in ipſorum rebus, inſcitiæ argumentum.

* AlSharefſtan.

P. 13. l. 27. *Qui plurimas dicunt, ſeptendecim illi aſſignant præter concubinas*] Quindecim *Abu'lFeda, AlKodai, Ahmed Joſephi* filius &c. Liceat hic adſcribere quæ habet *Maimonides* in *Moreh Nevochim,*† ubi quomodo probandi ſint pſeudoprophetæ, docet his verbis, ووجه امتحان ذاك هو اعتبار كمال ذلك الشخص وتعقب افعاله وتامل سيرته واكبر علاماتك اطراح اللذات البدنية والتهاون بها فان هذا اول درجات اهل العلم فناهيك الانبيا وبخاصة الحاسة التي في عار علينا كما ذكر ارسطو ولا سيما قدارة النكاح ولذلك فضح الله بها كل مدعي لبيبن الحق للمحققين ولا يضلوا ولا يغلطوا *Modus autem talem probandi, eſt ut perfectionem perſonæ ipſius animadvertas, et in facta ejus inquiras, et converſationem obſerves : ſignum autem præcipuum quo dignoſcatur eſt, ſi abdicaverit voluptates corporeas, et eas contemptui habuerit, (hic ſiquidem primus eſt gradus ſcientia præditorum, multo magis prophetarum,) imprimis vero ſenſum illum qui juxta* Ariſtotelem *opprobrio nobis eſt, ac turpitudinem rei Venereæ, ideoque hoc indicio detexit Deus omnes falſo afflatu prophetico gloriabundos, ut ita pateſieret veritas eam indagantibus, et ne in errorem inducantur.* Hæc ille. Quid igitur de iſto qui totus in

† Lib. ii. p. 40.

V. Maronitarum *appendic. ad Geogr. Nub.* c. 8.

Digitized by Google

libidinem effuſus, atque hoc inter præcipua muneris Prophetici privilegia habuit, ſtatuendum? Uxorum ejus nomina recenſent Hiſtorici, atque inter cæteras *Zainab*, quæ prius fuerit *Zaidi Ebn Hareth*, *Mohammedis* (non domini, ut volunt doctiſſimi *Maronitæ* in libello quem Geographiæ *Nubienſi* appendicem eſſe voluerunt, ſed) ſervi: vocabulum مولي *Maula* certe et *dominum* ſignificat et *ſervum*; *Zaid* autem iſte ſervus *Mohammedis*, dono ipſi a *Chadijah* datus perhibetur, cujus tamen uxorem cum ſuam eſſe vellet, non ea uſus eſt poteſtate, qua forſan ut herus in ſervi bona jus aliquod vendicare poſſet, (ipſum enim libertate donatum filium adoptaverat,) ſed prophetica, qua ſibi licere quicquid liberet voluit. Hoc tamen factum ejuſmodi erat ut ab eo, *ſcandali metu, aliquandiu abſtineret, ſed cum non ita libidinis in præcordiis ebullientis, flammas extinguere potuiſſet, facile nodum ſolvit, ficto cœlitus nuntio, quo non modo illi ſignificatum eſt Deo placere ut *Zainab* a *Zaido*, hunc in finem, dimiſſam duceret, ſed et reprehenſus fuerit, quod tam diu ab eo quod ſibi a Deo permiſſum ſciret, præ modeſtia † et reverentia hominum, ſe continuiſſet. Neque ita tamen turpis facti maculam adeo abſterſit quin ob illud peccati a nonnullis arguatur, et ægre ſatis ab aliis defendatur, ut apud authorem libri *AlMawakef*, ejuſque expoſitorem videre eſt. Porro multi ſunt Hiſtorici in ſingulis quæ ad *Mohammedem* pertinent, (puta, equis, aſinis, mulis, ſervis, armis, veſtibus, utenſilibus, &c.) recenſendis, quæ, ut non operæ pretium viſa, pru-

Al Jannab. *ad an.* 5. Hejræ.

* خوفا من طعن المنافقين *i. Metu reprehenſionis Hypocritarum*, AlMawakef.

† وتخشي الناس والله احق ان يخشي *Et times homines, cum Deus magis timeri debeat.* Alc.

Digitized by Google

dens præteriit noſter. Inter cætera, Hiſtoriæ *Saracenicæ* author ſymboli ſigillo inſculpti meminit, quod fuiſſe ait الشهادتين, quod vertit *Erpenius*, *In duplex teſtimonium*; at magis perſpicuum erit, ſi deleto [*In*] reddatur, *Duplex teſtimonium*, vel *Duo teſtimonia*, quæ nimirum ſunt, 1. *Non eſt Deus præter Deum illum*, 2. *Et Mohammed legatus Dei*; at *AlKodaius* horum ultimum tantum ſigillo ipſius inſculptum tradit, ſcilicet محمد رسول الله *Mohammed legatus Dei*; ita ut tria contineret verba, totidem lineis deſcripta.

P. 15. l. 6. *Filiam unicam Fatemam, &c.*] De qua, ut et matre ejus, quid ipſe cenſuerit ex hoc ejus dicto patet, (referente *Abu'lFeda*,) كمل من الرجال كثير ولم تكمل من النسا الا اربعة اسية زوجة فرعون ومريم بنت عمران وخديجة بنت خويلد وفاطمة بنت محمد *Perfecti fuerunt e viris multi; at inter mulieres non repertæ ſunt perfectæ præter quatuor*, ſcilicet Aſiah *uxorem* Pharaonis, Miriam *filiam* Amrani, Chadijah *filiam* Chowailedi, *et* Fatemah *filiam* Mohammedis. Eadem autem illi *Miriam, Moſis et Aaronis* ſoror, (quicquid obtendant qui hanc ἀνισοχησίαν excuſare conantur,) cum *Maria* Beata Virgine.

Ib. l. 11. *In lege, iſto textu, Venit Deus e Sina, et ortus eſt a* Sair, *et manifeſtatus a monte* Paranis, *&c.*] Ita ſcilicet verba ad *Mohammedis* legationem ſtabiliendam detorquent. قد ورد في توربة ان الله تعالي جاء من طور سينا وظهر بساعير وعلن بفاران وساعير جبال بيت المقدس الذي كان مظهر عيسي عليه السلم وفاران جبال مكة التي كانت مظهر المصطفي *Allatum eſt in lege, quod Deus excelſus venerit a Sina, et apparuerit in*

Digitized by Google

Sair, et manifeſtatus fuerit in Paran. Sair autem montes ſunt Hieroſolymitani, qui locus fuit apparitionis Jeſu, et Paran montes Meccæ, qui locus fuerunt apparitionis Moſtafæ, i. e. *Mohammedis*. Hæc *AlShahreſtanius*. Eadem fere apud *Safioddinum* habentur, qui textum legis iiſdem prorſus verbis, quibus *Gregorius* noſter, recitat, (niſi quod pro اشرق legat اشرف eodem fere ſenſu,) deinde ſic explicat, eſſe ſcilicet *Sair* جبال فلسطين *montes Palæſtinæ*, atque hoc indicari انزاله الانجيل علي عيسي *demiſſum a Deo Evangelium ad Jeſum, Paran* autem مكة او جبالها *Meccam, aut montes ejus*, et ſignificare manifeſtationem Dei inde factam انزاله القران علي رسوله محمد *demiſſionem Alcorani ad legatum ipſius Mohammedem.*

Porro in libro Pſalmorum, iſto textu, Manifeſtavit Deus e Sione Eclilan Mahmudan.] Ita certe quoad ſenſum in verſione *Syriaca* legitur, מן צהיון כלילא משבחא אלהא חוי *E Sione coronam glorioſam Deus oſtendit*, quam tamen nulla, quam mihi adhuc videre contigit, verſionum *Arabicarum* ſequitur, quanquam omnes e *Syriaca* traductæ videantur. Sed duas eſſe in *Syrorum* manibus verſiones monet *Gregorius* noſter, cujus digna ſunt quæ hic apponantur verba; وهذا النقل السبعيني هو المعتبر عند علمائنا وهو الذي بايدي الروم وباقي فرق النصاري خلا السريان وخصوصا المشارقة فان نسختهم المسماة بسيطة لترك البلاغة في نقلها تطابق نسخة اليهود واما المغاربة فلهم النقلان البسيط المنقول من العبري الي السرياني بعد مجي السيد المسيح في زمان ادي السليح وقبل قبله في زمان سليمان بن داود وحيرم وصاحب الصور السبعيني المنقول من اليوناني الي السرياني بعد ظهور المخلص بزمان طويل

P. 15. l. 14.

Pſ. L. ver. 2.

Digitized by Google

Verſio ſeptuaginta [Interpretum] *illa eſt quam ſequuntur apud nos docti, et quæ Græcorum manibus teritur, aliarumque apud Chriſtianos ſectarum, exceptis Syris, ac præcipue Orientalibus: ſiquidem exemplar ipſorum quod Simplex appellatur, quia qui illud elaborarunt de ornatu verborum ſolliciti non fuerunt, convenit cum exemplari Judæorum; at Syri occidentaliores duas habent verſiones, Simplicem iſtam quæ e lingua Hebraica in Syriacam tranſlata eſt poſt adventum Domini Chriſti, tempore Addæi apoſtoli, vel, juxta alios, ante eum, tempore Salomonis filii David, et Hirami; et alteram Figuratam, juxta ſeptuaginta ſeniorum interpretationem, e lingua Græca in Syriacam traductam, longo poſt Salvatoris incarnationem intervallo.* Sed ut redeamus ad textum e Pſalmo citatum, ſonent licet ita verba in tranſlatione *Syriaca*, non hic a ſenſu, ſed a nominis notatione petitur argumentum, ut ſcilicet محمود *Mahmud* indigitet *Mohammedem*, quod ſi et in verſione aliqua *Arabica* reperiretur, cum tamen in fonte *Hebraico* nihil tale extet, corruit argumentum quo *Mohammedis* corona et regia et prophetica fulcitur.

P. 15. l. 17. *In Evangelio demum, iſto textu, Si ego non abeam, Paracletus ad vos non veniet;*] Unde inter nomina ſeu titulos blaſphemi impoſtoris فارقليط *Paracletum* numerant, teſte *Al Jannabio:* quin et alias in loco non uno, ante Evangelia a *Chriſtianis* corrupta, expreſſam ejus factam mentionem ſibi facile perſuadent, idque ab ipſis Chriſtianis edocti, ut refert author modo laudatus; *Mohammedem* ſcilicet *AlSelencium*, neſcio quem a ſacerdote quodam

Digitized by Google

magni inter *Chriſtianos* nominis didiciſſe nullibi extare Evangelii exemplar incorruptum, quam apud ſe unum, ac *Pariſiis* alterum; atque e ſuo multa coram ipſis legiſſe in quibus multa et perſpicua de *Mohammede* narrarentur.

Narrantur etiam de eo miracula quædam.] المعجزات *Al-Mojezat* ea proprie miracula vocant, quæ propheta ad prophetiam ſuam confirmandam edit, atque eo modo diſtinguunt a كرامات *Caramat*, ſeu *ſignis*, quæ ſæpe a viris ſanctis eduntur, ita tamen ut propheticam ſibi dignitatem non vendicent: ſic nos docet *AlKaſſaius* الكرامة هو ظهور امر خارق للعادة من قبل شخص غير مقارن لدعوي النبوة فما لا يكون مقرونا بالايمان والعمل الصالح يكون استدراجا وما يكون مقرونا بدعوي النبوة يكون معجزة *AlCaramah eſt manifeſtatio rei alicujus quæ ordinarium rerum curſum perrumpat* [ſeu tranſeat] *manu perſonæ cujuſdam, non conjuncta cum vendicatione prophetiæ; quæ autem non conjungitur cum fide et bonis operibus, vocatur* استدراج Iſtidraj, *at quæ conjungitur cum vendicatione prophetiæ vocatur* معجزة Mojezah. De proprietatibus ad veri miraculi conſtitutionem ex ipſorum ſententia requiſitis, videre eſt apud authorem *Sharho'l Mawakef*. His autem quæ ab authore noſtro adducuntur, addunt alii ejuſdem farinæ multa, de quibus quid cenſendum ſit docet Nobiliſſimus et Doctiſſimus *Hugo Grotius* in 6. *De veritate religionis Chriſtianæ* libro, ubi et ipſe, eorum nonnulla recenſens, columbæ ad *Mohammedis* aurem advolare ſolitæ meminit; cujus cum nullam apud eos mentionem repererim ac Clariſſi-

P. 15. l. 19.

Digitized by Google

mum Virum ea de re conſulerem, ſe in hoc narrando non *Mohammediſtarum*, ſed noſtrorum hominum fide, nixum dixit, ac præcipue *Scaligeri*, in cujus ad *Manilium* notis idem narratur.

P. 15. l. 20. *Lunæ Fiſſura*] Scilicet cum peterent ab eo *Koraiſhitæ Meccenſes* ſignum; فاريهم القمر شقين حتي راوا الجبل بينهما *et oſtenderit ipſis lunam in duas partes fiſſam, adeo ut mon-* * Asfahan. *tem inter eas viderent**. At mendacii arguit *AlNodhamus* (apud *AlShahreſtanium*) *Ebn Maſudum*, in eo quod hoc a *Mohammede* factum narret.

Ibid. *Arborum ei obviam euntium proceſſus*,] Vel quod arbores ut ad eum accederent loco ſuo moverentur: ita enim rem narrat *AlGhazali*: فدعا شجرتين فاتتاه واجتمعتا ثم امرهما فافترقتا *Vocavit duas arbores, quæ ad eum venientes coierunt; deinde juſſu ejus rurſum ſeparatæ ſunt.* Cauſam ob quam arbores iſtas convocaverit, narrat *AlKodaius*, ſcilicet ut ipſum feceſſum quærentem obtegerent.

Ib. l. 21. *Quod a lapidibus ſalutaretur*,] Scilicet referente *AlKodaio*, cum in *Meccæ* convalles prodiret لا يمر بحجرة ولا شجرة الا قال السلام عليك يا رسول الله قال فيلتفت رسول الله حوله وعن يمينه وشماله وخلفه فلا يري الا الشجر والحجارة *non tranſibat per lapidem, nec per arborem quin diceret, Pax tibi, O Apoſtole Dei; converſus ergo ille et circumſpiciens dextrorſum et ſiniſtrorſum, et a tergo, non videbat aliud quam arbores et lapides.* Certe de eo quod apud *Asfa-* † *In* Sharho'l Tawalea. *hanienſem*† ab ipſo dictum legitur, minime dubito, ſcilicet اني لا اعرف حجرا بمكة كان يسلم علي قبل ان ابعث *Non novi lapidem in Mecca qui me ſalutaret, antequam*

Digitized by Google

miſſus eſſem; quod ſi etiam addidiſſet [*nec poſt*], facile crederem.

Quod aqua inter ipſius digitos ſcaturiret;] Adeo ut eſſet exercitui numeroſo qua et ſuam et jumentorum ſitim reſtinguerent, et lotiones ſuas peragerent, من قدح صغير ضاق عن ان يبسط يده فيه *e ſcutella quæ anguſtior fuit quam ut in ea manum expanderet*; cui tamen cum imponeret manum, adeo crevit aqua ut * inſtar fontis perennis, inter digitos ſcaturiret, referentibus *AlGhazalio*, *Aſſahanienſi*, et *AlKodaio*, qui hoc bis factum narrat. P. 17. l. 1.

* جعل الما يغور من بين اصابعه كما العيون *Asfahan.*

Quod turbam multam exiguo cibo ſaturaret;] Semel 80 homines من اربعة امداد شعير وعناق *quatuor* † *menſuris hordei et hædo*; alia vice, ultra 80 viros panibus paucis quos manu ſua attulit quidam; alia, exercitum totum paucis admodum dactylis quas manibus ſuis obtulit illi puella quædam, ita ut poſtquam ſaturati eſſent, ſupereſſet non parum.‡ Ibid.

† مد *eſt menſura continens* رطلان او رطل وثلث او ملا كفي الانسان المعتدل

Quod ipſi adgemiſceret trabs;] Seu præ deſiderio ejus gemeret: حن الجذع الذي كان يخطب اليه لما عمل له المنبر حتي سمع جميع اصحابه مثل صوت الابل فضمه اليه فسكن *Præ affectu ingemuit* § *trabs* [ſeu columna lignea] *juxta quam prius orationes habere ſolitus eſt, cum ſibi ſuggeſtum ſtruxiſſet; adeo ut omnes ſocii ipſius vocem, veluti cameli audirent; cum autem eam ad ſe recepiſſet quievit.* ‖ ‡ AlGhazali. P. 17. l. 2.

§ *Proprie truncum vel caudicem palmæ denotat. V.* AlKodai.

‖ AlGhazali. P. 17. l. 3.

Quod apud eum quereretur camelus;] Scilicet de dura, quam ſerviret, ſervitute: من كثرة العمل وقلة العلف *de laboris copia et pabuli inopia, quam apud dominum ſuum inveniret*, ut loquitur *Aſfahani*.

Digitized by Google

P. 17. l. 3. *Quod ei teſtimonium perhibuerit ovis aſſa, cujus armus ipſi dixerit, Cave me comedas, &c.*] At quam inique cum propheta egit, quod non prius ipſi illud dixerit quam ipſe guſtu forſan veneni ſaporem minus gratum dignoſcere potuerit, ut ex ipſius confeſſione facile judicare eſt, quam ſic refert *Abu'lFeda*: في غزوة خيبر اهدت الي النبي زينب بنت الحارث اليهودية شاة مسمومة فاخذ منها قطعة ولاكها ثم لفظها وقال تخبرني هذه الشاة انها مسمومة ثم قال في مرض موته ان اكلة خيبر لم تزل تعاودني وهذا زمان انقطاع ابهري *Cum expugnaſſet urbem* Chaibar *obtulit illi* Zainab Harethi *filia*, Judæa, *ovem veneno infectam, cujus cum accepiſſet fruſtulum, ac manducatum ore rurſus expuiſſet, dixit, Narrat mihi hæc ovis ſe veneno infectam eſſe: deinde, cum morbo quo mortuus eſt laboraret, dixit, Non deſiit me ſubinde* * *repetere bolus* Chaibarenſis; *hac autem vice ipſæ cordis venæ mihi rumpuntur.* Poſtrema hæc verba paulo aliter referunt *Ebno'lAthir*, et *EbnFares*, ſcilicet ما زالت اكلة خيبار تعادني فهذا اوان قطعت ابهري quæ ſic explicat *Ebno'lAthir* اي ما زالت تراجعني ويعاودني الم سمها في اوقات معلومة *Non deſiit ad me reverti buccella* Chaibarenſis, *ita ut me certis temporibus ſubinde viſerit*, vel cruciaverit, *dolor veneni ejus*; *hac autem vice venas cordis mihi perrumpit.* Ejuſdem ovis eſu e medio, ſtatim antequam loco moveretur, ſublatus eſt e ſociis ipſius *Baſhar* quidam, qui præpropere ejus partem aliquam deglutierat, cui tres annos ſuperſtes fuit *Mohammedes* † حتي كان وجعه الذي توفي منه فدخلت عليه ام بشر تعوده فقال لها يا ام بشر هذه الاوان وجدت انقطاع ابهري من الاكلة التي اكلت مع ابنك بخيبر *donec in illum, qui*

* *Me ſubinde viſere.*

† Al Jannab.

mortis ipſi cauſa fuit, dolorem incidit; quo tempore matrem Baſhari, *quæ eum viſendi gratia venerat, ſic affatus eſt, Heus mater* Baſhari, *hac vice ſenſi cordis mei venas perruptas vi buccellæ carnis iſtius quam una cum filio tuo comedi in* Chaibar. Interrogatam autem puellam quare hoc faceret, reſpondiſſe ferunt, قلت ان كان ملكا استرحنا منه وان كان نبيا فسنخبر به *Dixi, Si rex fuerit, ab ejus* tyrannide *liberabimur; ſin propheta fuerit, facile hoc percepturus eſt.**

* AlKodai *et* AlJannab. P. 17. l. 7.

Ut frequenter facta prodantur, ſed ut ſemel patrata recenſeantur,] التواتر (explicante *AlKaſſaio* †) eſt الخبر الثابت *Narratio conſtanter tradita ab hominibus quos nemo ſuſpicetur in mendacium conſpiraturos,* ſcilicet ‡ لكثرتهم (ut idem alibi loquitur) *ob multitudinem eorum*; atque opponit *AlGhazali* احاد الوقايع quæ *ſemel accidunt,* iis quæ تنقل تواترا *ſæpius facta memorantur,* vel plures teſtes habent, in capite *de miraculis a* Mohammede *patratis*; de quibus, quamvis prioris ſint generis, minime dubitandum contendit, cum مجموع الوقايع تورث علما ضروريا *plura hujuſmodi in unum collecta ſcientiam pariant neceſſariam.*

† In libro *Taarifat.* المتواتر *et* ما ليس لمعرفة راويه حاجة *Ep. Nawawi.*

‡ *V. in* متواتر

Innituntur magis-uni Alcorano, in quo ipſo hoc pro miraculo habent, &c.] § هو المعجزة الكبري الباقية بين الخلق وليس لنبي معجزة باقية سواه ان تحدي بها رسول الله بلغا العرب وفصحاوها وجزيرة العرب يومئذ مملوة بالاف منهم والفصاحة صبغتهم وبها منافستهم ومباهاتهم وكان ينادي بين اظهرهم ان ياتوا بمثله او بعشر سور من مثله او بسورة من مثله ان شكوا فيه وقال تعالي لين اجتمعت الانس والجن علي ان ياتوا بمثل هذا

P. 17. l. 8.

§ AlGhazali.

|| *al.* صنعتهم

Digitized by Google

القران لا ياتون بمثله ولو كـــان بعضهم لبعض ظهيرا *Ille* (ſcilicet Alcoranus) *miraculum eſt maximum, quod inter homines permanet; nec eſt prophetæ, præter eum, miraculum permanens, cum ad imitandum eum provocaverit apoſtolus Dei Arabum eloquentiſſimos et diſertiſſimos, quo tempore millenis eorum referta eſſet Arabum peninſula, quorum ſtudium, et quod maximo in pretio habebant, quoque præcipue gloriarentur, erat eloquentia; atque in medio ipſorum exclamans juberet, ut quid illi ſimile proferrent, imo vel decem capitula, imo vel unum, ſi de veritate ejus dubitarent; dixeritque Deus, Si congregati fuerint homines et dæmones, ut aliquid huic Alcorano ſimile componant, nullo modo eos hoc præſtituros, etſi opem mutuam alii aliis contulerint, &c.* Hæc ille, ac ſæpius certe in *Alcorano* hæc gloriabundus prædicat impoſtor, omnibuſque apud *Arabes* eloquentiæ gloria præſtantibus inſultat; quod eo magis mirum videri volunt, quod اتـاه الله جميع ذلك وهو رجل امي لم يمارس العلم ولم يطالع الكتب ولم يسافر قط في طلب علم ولم يزل بين اظهر الجهال من الاعراب يتيما ضعيفا مستضعفا *conceſſerit illi Deus hæc omnia cum ipſe idiota eſſet, qui nulli unquam ſcientiæ operam dederit, nec libros pervolverit, nec ſcientiæ acquirendæ gratia peregrinatus fuerit, ſed ſemper manſerit inter Arabum ignorantiſſimos, orphanus et impotens, ac pro impotenti habitus.** Alia ab ipſo patrata miracula mille, vel (juxta alios) ter mille numerari, refert *Al Jannabius*; at in uno *Alcorano* 60. fere millia (quot forſan verſiculos) contineri. Quanti autem apud eos ponderis, hoc in genere, habeatur *Alcoranus*, meminit etiam *Judas* Levita in li-

*AlGhazali.

Digitized by Google

bro *Cozari*, ubi *Iſmaelita* regi *Cozarorum* religionis ſuæ rationem reddens, inter cætera hæc affert ונודה כי ספר תורתנו דברי אלהים והוא בעצמו מופת התחייבנו בקבולו בעבור עצמו מפני שאין אדם יכול לחבר ספר אחר כמהו ולא בפרשה אחת מפרשותיו *Profitemur autem librum Legis noſtræ eſſe verba Dei, atque eſſe eum in ſe miraculum quod * ſui ipſius gratia recipere tenemur, quod non ſit homo qui alium ipſi ſimilem librum componere poſſit; nec vel capitulum uni ex ipſius capitulis:* hanc enim genuinam eſſe lectionem, ut ita reſpondeat *Arabum* كسورة من سورة, extra controverſiam eſt; cum alias legatur בפרשה et reponendum putet *Juda Moſkati* נפרש. Non gravabitur autem forſan lector oculos conjicere in ea quæ ad exemplarium quibus uſus ſum alterius marginem adſcripta reperi: cum quidam *Gregorium* noſtrum, quod de miraculorum *Mohammedi* adſcriptorum fide detrahere videatur, ut blaſphemiæ reum convitiis et diris proſecutus eſſet, oppoſuit et alius quidam, qui ea legerat, hæc verba; مصنف هذا الكتاب وان كان نصرانيا لكنه في هذا المحل غير مستحق لهذا التشنيع الشنيع فان ما ذكره المصنف هنا موافق لما ذكر في الكتب الكلامية قال في شرح العقايد في بيان اظهار المعجزة علي يد نبينا محمد انه نقل عنه من الامور الخارقة للعادة ما بلغ القدر المشترك منه اعني ظهور المعجزة حد التواتر وان كانت تفاصيلها احادا انتهي ولعل المشنع لم يطالع كتب الكلام ولم يفهم المرام علي ان هذا النصراني في هذا المقام ليس الا في صدد نقل المسايل عن العلما الاعلام لا في انكار عقايد اهل الاسلام كثرهم الله الي يوم القيام واما ما ذكره من التمريض والتشكيك فليس بعبارته ما يدل عليه &c. *Author*

* Potius puto quam ut Juda Moſkati, *propter excellentiam ſuam.*

Digitized by Google

*hujus libri, etſi Chriſtianus fuerit, hoc tamen in loco non meruit turpia hæc convitia, cum quæ attulit conveniant cum iis quæ in Scholaſticorum libris reperiantur. Dixit qui librum AlAkayed commentariis illuſtravit, ubi de miraculis a Mohammede editis agit, ſe de rebus quæ * communem rerum ordinem perrumpunt, recitaſſe ea quæ ſimul conjunctæ vim habeant communis ſuffragii, ad teſtimonium ei* (ſcilicet quod ad miraculorum patrationem) *perhibendum; etſi ſeparatim accepta ſingularia ſint tantum. Huc uſque ille. Forſan autem qui hæc in authorem convitia jecit Scholaſticorum libros non pervolvit, nec preſentis loci ſcopum intellexit, quod ſcilicet Chriſtianus iſte, hoc in loco, non aliud egit quam ut ea quæ a viris doctrina eximiis his de rebus diſputantur, referret, non ut fidei* Iſlamiticæ *articulos convelleret.——Quod igitur eum incuſet quaſi ea infirmare, et in dubium vocare aggreſſus ſit, non eſt in ipſius verbis unde illud probetur.* Hæc in margine a lectore quodam adſcripta. Iis autem quæ e commentario in librum *AlAkayed* laudat, conſona reperiuntur multa et in aliis Scholaſticorum libris. Ita *Aſfahanienſis* in commentario ad *AlBidawii* librum طوالع dictum, de iiſdem miraculis verba faciens, وان لم يتواتر كل واحد منها فالقدر المشترك بينها متواتر لان مجموع الرواة بلغوا حد التواتر &c. *Etſi unumquodque eorum non communibus probetur ſuffragiis, at ſimul conjuncta vim habent teſtimonii communis; cum qui* [de ſingularibus] *teſtimonium perhibent ſimul collecti tantum probent ac ſi res* [aliqua] *frequenter patrata eſſet,* [ſeu plurium fide niteretur.] His gemina videre eſt et in libro *Sharho'lMawakef.*

* *Seu,* ei contraria ſunt. *Hæc miraculi apud ipſos definitio.*

Digitized by Google

Quarum nonnullæ circa Radices, &c.] Quando primum, et a quibus motæ de his controverſiæ, docet *AlShahreſtanius*,* his verbis; واما الاختلاف في الاصول فحدثت في اخر ايام الصحابة بدعة معبد الجهني وغيلان الدمشقي ويونس الاسواري في القول بالقدر واضافة الخير والشر الي القدر ونسج علي منوالهم واصل بن عطا &c. *Quod ad diſſenſionem circa radices*, [ſeu fundamenta religionis,] *orta eſt ſub fine vitæ ſociorum* [Mohammedis] *hæreſis Maabadi Al'Johanienſis, et Ghailani AlDamaſceni, et Jonæ AlAſwarienſis, circa quæſtionem de decreto Dei, et de bono et malo eidem aſcribendo,*† *quorum ſententiam amplexus eſt et Waſel Ebn Ata &c.*

P. 17. l. 14.

* *Præf.* 4.

† Ad verbum, *quorum liciatorio texuit.*

Quæ ſubjectum ſunt Theologiæ Scholaſticæ] Cur علم الكلام *Theologiam Scholaſticam* reddamus primo in loco hic ratio reddenda eſt, quæ facile patebit ex iis quæ de ejus origine et progreſſu tradit author modo laudatus; ثم طالع بعد ذلك شيوخ المعتزلة كتب الفلاسفة حين فسرت بايام المامون فخلطت مناهجها بمناهج الكلام وافردتها فنا من فنون العلم وسمتها باسم الكلام اما لان اظهر مسلة تكلموا فيها وتقاتلوا عليها هي مسلة الكلام فسمي النوع باسمها واما لمقابلتهم الفلاسفة في تسميتهم فنا من فنون علمهم بالمنطق والمنطق والكلام مترادفان *Deinde inſpexerunt e Motazalorum doctis quidam libros philoſophorum, cum imperante Mamone verſi eſſent, et eorum vias cum viis* ‡ [ſcientiæ] *AlCalam miſcuerunt, atque inde ſpeciem ſcientiæ peculiarem conſtituerunt, quam ſcientiam* AlCalam *nuncuparunt; vel quod præcipua, de qua apud eos diſputatur et controvertitur, quæſtio ſit illa de ſermone* [ſeu verbo Dei,] *atque ita toti ſpeciei nomen tribuatur; vel quod imitati fuerint philoſophos*

P. 17. l. 15.

‡ Forſan, [imo certe S.] legendum الاسلام *cum viis* Iſlamiſmi.

Digitized by Google

qui ſpeciem e ſpeciebus ſcientiarum ſuarum (Logicam ſcilicet) *vocarunt* AlMantek, *ſunt autem* AlMantek *et* AlCalam *ſynonyma*, quorum utrumque ſcilicet loquelam, ſive ſermonem denotat. Ac certe minime dubium eſt ſemiphiloſophos iſtos, dum ſcientiæ ſuæ novo-repertæ nomen imponerent, vocis λογικὴ etymon, quo a λόγος, verbum ſive ſermonem denotante, deducitur, atque differendi artem ſignificat, reſpexiſſe; vel forſan * ultimam nominis θεολογία partem, omiſſa priori, cum præcipue de Deo rebuſque divinis vel aliis, ſaltem reſpectu ad Deum, loquantur, potius quam quod innuit *AlShahreſtanius*, quod de Dei verbo, ſeu ſermone quo homines allocutus dicitur, diſquirant. Nomen autem licet τῇ λογικῇ ἰσοδύναμον ſortita ſit, latius tamen quam eam patere conſtat; cum ſub ejus ambitu contineantur (teſte *AlGhazalio*) tum quæ ad المنطق *Logicam* tum quæ ad الالهيات *Metaphyſicam* ſeu θεολογίαν pertinent; imo ſcientia eſt plane hybrida e diſquiſitionibus logicis, metaphyſicis, theologicis, et philoſophicis conflata, aliis tamen principiis nixa, aliiſque ratiocinandi modis uſa, quam qui apud ipſos *Mohammedanos*, aut pro theologis ſanioribus, aut pro doctioribus philoſophis habiti ſunt. Unde apud illos in partitione ſcientiarum altum de hoc commento ſilentium, quaſi quod in earum numero habeatur indigno, ut videre eſt apud † *Avicennam* et ‡ *Naſiro'ddinum AlTuſienſem*. Multus eſt in ſciolis iſtis reprehendendis, ipſorumque principiis et hypotheſibus convellendis (utpote naturæ mundi, et ordini creationis non raro e diametro repugnantibus, planeque

* *Cui conjecturæ fidem facit, quod in verſione Latina Metaphyſ.* Ariſt. *cum comm.* Averrois, *pro Græco* θεολόγοι *habeatur* loquentes, *ut videre eſt* l. 12. c. 6.

† *In libello de diviſione ſcientiarum.*

‡ *In præfat. ad Ethic.*

Digitized by Google

abſurdis,) * *Maimonides*, ne quis eos philoſophorum titulo dignos putet, aut طبيعة شي من الاشيا *rei alicujus naturam* perſpectam habuiſſe. Conſona autem de ipſorum origine tradit, illis quæ ab *AlShahreſtanio* dicta ſunt. Idem aſſerit et *AlGhazalius*, ſcilicet ſub *Mohammedaniſmi* initio † ignotam illis hanc de rebus ad religionem ſpectantibus diſquirendi artem; poſtea, cum oriri ſectæ, et in dubium vocari religionis articuli cœpiſſent, invectam fuiſſe, ejuſque uſum eſſe ad eorundem articulorum veritatem contra innovatores propugnandam, intra quos dum ſe limites contineat, (ſic jam poſtulante neceſſitate,) laude dignam eſſe; cum vero diſputandi prurigine ulterius procedat, vituperio. Mediam ſiquidem tenendam putat viam inter eos qui nimium ſcientiæ huic tribuunt, atque eos qui nullum ei locum relinquunt, inter quos *AlShafienſis*, qui ſi quis ei operam daret, dignum pronuntiavit qui palo affixus per omnes *Arabum* tribus et cœtus circumferretur, proclamante coram eo præcone, هذا جزا من ترك الكتاب والسنة واخذ في الكلام, *Hæc remuneratio eſt ejus qui, relictis Alkorano et Traditione, ſcientiæ AlCalam incubuit*. Hæreſium interventu invectam, earum gratia retinendam cenſet, nec tamen nimis illi indulgendam eſſe: لا بد في كل بلد من قايم بهذا العلم, *Neceſſe eſſe ut ſit in omni regione qui hanc ſcientiam calleat, ad hæreſes ubi pullulant, retundendas*, atque in eo qui illi ſtudere velit requiri hæc tria, ſcilicet diligentiam, ut ei ſedulo vacet, ingenii acumen, et morum probitatem; at nullo modo ferendum تدريسه على العموم *ut vulgo explicetur*: eſſe illam

* Moreh. l. 1. c. 71. et 73.

† لم يكن فيهم احد محسن علم الكلام لم يكن يعرف منه شي في العصر الاول Non fuit inter eos aliquis qui hanc artem calleret, et non fuit notum ex ea quippiam ſeculo primo.

ergo inter eas ſcientias quæ non ſint فرض عين vel *ſimpliciter commendatæ*, ſed فرض الكفاية *dum intra modum ſubſiſtant probandæ*; انما حدث ذلك بحدوث البدع كما حدثت حاجة استيجار البذرقة في طريق الحج لحدوث ظلم العرب وقطعهم الطريق *ſiquidem initium ei dediſſe ortum hæreſium, ut neceſſarium factum eſt* ὁδοφύλακας *conducere, qui viam religionis ergo peregrinantium cuſtodiant, propter injurias Arabum, eorumque latrocinia; quæ ſi illi intermitterent, non eſſet inter res peregrinantibus neceſſarias* ὁδοφυλάκων *conductio, ita et ceſſantibus hæreſibus ceſſaturam omnem hujus ſcientiæ neceſſitatem.* Sed ne a propoſito digredi videamur, ex his quæ dicta ſunt quid ſit *Elmo'lCalam*, et quid *AlMotacallemin* conſtat, eſſe ſcilicet *AlCalam* معرفة طريق المجادلة, ut loquitur idem *AlGhazalius*, τὴν ἐριστικὴν, et *AlMotacallemin* اهل البحث والنظر *qui de rebus diſquirant et diſputent:* fuſiorem ejus deſcriptionem ex *Ebno'lKoſſai* petere poſſumus; الكلام علم يبحث عن ذات الله وصفاته واحوال الممكنات من المبداء والمعاد علي قانون الاسلام *AlCalam eſt ſcientia qua diſquiritur de eſſentia Dei et attributis ejus, et conditionibus rerum poſſibilium circa creationem et reſtitutionem, juxta canones Iſlamiſmi*; vel, juxta alios, العلم بالقواعد الشرعية الاعتقادية المكتسبة عن الادلة اليقينية *ſcientia fundamentorum legalium quæ ad articulos fidei pertinent, quæ per demonſtrationes certas acquiruntur*; vel ex authore *AlMawakef*, qui ipſe hujus ſcientiæ Syſtema compoſuit, علم يقتدر معه علي اثبات العقايد الدينية بايراد الحجج ودفع الشبه *ſcientia qua idoneus redditur quis ad confirmandas confeſſiones* [ſeu articulos] *religionis, allatis probationibus, et dubia*

Digitized by Google

ſolvenda. Quid erit ergo aliud quam *Theologia Mohammediſtarum Scholaſtica?* atque ita quid *Hebræorum* מדברים et חכמת דברים, quibus *Arabum* المتكلمين et علم الكلام reddunt, et apud eorum interpretes *Latinos* per *Sapientiam verborum*, et *Loquentes*, intelligendum ſit, conſtat.

Scientiæ Juris.] Ita علم الفقه reddimus, cum tamen vulgo obtinuerit ut الفقيه *ſacerdos* reddatur. Quid autem ſit الفقه docet nos *Al'Jauharius*; quod ſcilicet cum *generaliter intelligentiam*, ſeu *peritiam denotet*, ثم خص به علم الشريعة, *tum particulariter ad ſcientiam legis reſtringatur*, ut ejus peritus الفقيه *AlFakih* audiat. Ita et *Ebno'lAthir*: يقال فقه الرجل اذا فهم وعلم وفقه اذا صار فقيها عالما وقد جعله العرف خاصا بعلم الشريعة وتخصيصا بعلم الفروع منها *Dicitur de viro cum rem aliquam intellexerit et notam habuerit*, Fakeha *et cum fuerit* Fakih, i. e. *ſciens*, Fakoha; *at uſu apud doctos obtinuit, ut particulariter de ſcientia legis dicatur, et proprie de eâ parte quæ circa Ramos occupatur*. Eſt ergo *AlFekho*, explicante *Ebno'lKaſſaio*, العلم بالاحكام الشرعية العملية من ادلتها التفصيلية *ſcientia judiciorum legalium practicorum e probationibus diſtinctivis*. Sunt enim (docente authore *Sharhi'lMawakef*) الاحكام الماخوذة من الشرع قسمان احدهما ما يقصد به نفس الاعتقاد كقولنا الله عالم قادر سميع بصير وهذه تسمي اعتقادية واصلية وعقايد وقد دون علم الكلام لحفظها والثاني ما يقصد به العمل كقولنا الوتر واجب والزكوة فريضة وهذه تسمي عملية وفرعية واحكاما ظاهرية وقد دون علم الفقه فيه *judicia* (ſeu ſententiæ) *e lege deſumpta duorum generum, quorum unum non aliud intendit quam ipſam profeſſionem; ut cum dicimus, Deus eſt Omni-* P. 17. l. 16.

ſcius, Omnipotens, Audiens, Videns, &c. atque quæ hujus ſunt generis nominantur ad fidei profeſſionem ſpectantia, fundamentalia, confeſſiones fidei; et ad horum conſervationem ordinatur theologia ſcholaſtica: ſecundum genus eſt eorum quibus intenditur opus; ut cum dicimus, Oratio eſt neceſſaria, et Jejunium eſt præceptum, atque hæc appellantur practica, et ad Ramos ſpectantia, et de rebus exterioribus judicia, atque horum gratia inſtituta eſt ſcientia Juris. De hac autem ſcientia eadem eſt *AlGhazalii* quæ de priore ſententia, e perverſis ſcilicet hominum moribus, et religionis corruptione ortum traxiſſe, atque eſſe من فروض الكفايات, ex iis *quæ intra modum ſub mandato ſcientiam acquirendi cadant, non autem ſimpliciter ſcitu neceſſaria ſint.* خلق الدنيا زاد للمعاد ليتناول منها ما يصلح للزود فلو تناولوها بالعدل انقطعت الخصومات وتعطل الفقها ولكنهم تناولوها بالشهوات فتولدت منها الخصومات فمست الحاجة الي السلطان يسوسهم واحتاج السلطان الي قانون يسوسهم به فالفقيه هو العالم بقانون السياسة وطريق التوسط بين الخلق اذا تنازعوا بحكم الشهوات فكان الفقيه معلم السلطان ومرشده الي طريق سياسة الخلق وضبطهم ليتنظم باستقامتهم امورهم في الدنيا i. e. *Creatus eſt hic mundus in auxilium viæ ad futurum, ut ex eo ſumatur quantum pro viatico ſufficiat; quod ſi de illo ſumerent homines juxta æquitatem, ceſſarent lites, nec juriſperitis opus eſſet; verum arripiunt illi eum juxta cupiditates* [ſuas] *unde oriuntur lites, atque fit ut opus ſit rege qui ipſos regat; regi autem opus ſit regula qua ipſos regat; jam vero juriſperitus, callet regulam qua regantur homines, et viam qua componantur res inter eos, cum juxta cupiditatum ſuarum momenta conten-*

Digitized by Google

dant, eſt ergo juriſperitus doctor regis et director ejus, quod ad viam qua regatur populus, et modum eos continendi, ut ita redactis iis in ordinem, bene ſe habeant res ipſorum in mundo: deinde ſubjungit; ولعمري هو متعلق ايضا بالدين ولكن لا بنفسه بل بواسطة الدنيا فان الدنيا مزرعة لاخرة ولا يتم الدين الا بالدنيا والدين والملك توامان والدين اصل والسلطان حارس وما لا اصل له فمهدوم وما لا حارس له فضايع ولا يتم الملك والضبط الا بالسلطان وطريق الضبط في فصل الخصومات بالفقه وكما ان سياسة الخلق بالسلطنة ليس من علم الدين في الدرجة الاولي بل هو متعين علي ما لا يتم الدين الا به فكذلك معرفة طريق السياسة *Quinimo pertinet hæc* [ſcientia] *ad religionem, non autem per ſe, ſed mediante mundo. Eſt ſiquidem mundus ager in quo ſeritur in futurum, neque perficitur religio niſi per mundum. Religio autem et regnum fratres gemelli ſunt; eſtque religio fundamentum, et rex cuſtos: quicquid autem fundamento caret, in ruinam vergit, et cui cuſtos non eſt, incaſſum abit; non autem perficitur regnum, et rerum ordo niſi per regem; et modus res in ordine continendi, ubi oriuntur lites, eſt per ſcientiam juris, et ſicut gubernatio populi per potentiam regiam non eſt de ſcientia religionis gradu primo, verum determinatum quid ſine quo non perficitur religio, eodem modo ſe habet ſcientia rationis gubernandi, &c.* Porro, quod de arcta iſta inter الدنيا *Mundum,* الملك *Regnum,* et الدين *Religionem,* neceſſitudine ita ut vix ſeparatim conſiſtere poſſint, affirmat, conſonum eſt illi quod tradit apoſtolus,* jubens orationes fieri, *Pro regibus, et omnibus qui in ſublimitate conſtituti ſunt; ut quietam et tranquillam vitam agamus.* Quadrant

* 1 Tim. ii. 2.

et *Hebræorum* antiquiorum ſententiæ, illa imprimis *R. Chaninæ*, * הוי מתפלל בשלומה של מלכות שאלמלא מוראה איש את רעהו חיים בלע, *Ores pro pace regni, quoniam niſi timor ſit, homines ſe invicem deglutient vivos*, nec non illa *R. Eleezeri*, † אם אין תורה אין דרך ארץ אם אין דרך ארץ אין תורה &c. *Si non ſit lex non eſt via terræ, ſi non ſit via terræ non eſt lex*, et *ſi non ſit farina non eſt lex, ſi non ſit lex non eſt farina*: يريد بذلك ان كل واحد منهما مفيد في وجود الاخر ومتمم له *Innuit hoc dicto* (inquit *Maimonides* in commentario) *alteram harum rerum ad alterius* τὸ εἶναι *conducere, eamque perficere.* Quanta autem ſit mutua hæc inter regem et populum dependentia, ſedulo olim populo ut inculcarent caviſſe videntur Perſarum reges inſtituto eum in finem feſto, quo كان الملك ينزل عن سرير الملك ويلبس الثياب البيض ويترفع الحجاب ويترك هيبة الملك وينظر في مصالح الناس ويخاطبه كل من شاء من الوضيع والشريف ويجالس الدهاقين والمزارعين ويواكلهم ويقول انا لواحد منكم فلا قوام للدنيا الا بالعمارة التي يجري علي ايديكم وقوام العمارة بالملك لا غني لاحدهما عن الاخر ونحن كاخوين ملايمين *Deſcendebat rex de throno regio, et veſtes albas induebat, amotoque velo ac depoſito faſtu regio, res hominum curabat, permiſſo cuilibet (ſive tenuioris ſive nobilioris ſortis hominibus) ut eum libere alloqueretur; quin et cum villicis et agricolis confidebat, unaque cum eis veſcebatur, dicens, Ego unus ſum e vobis, neque conſiſtere poteſt mundus niſi cultura, quæ opera veſtra peragitur; cultura autem ut ſubſiſtat* ‡ *regno debet; neque alterum eorum ſine altero conſiſtere poteſt; adeo ut nos quaſi fratres individui ſimus.* Fuit hoc feſtum die

* *Pirke Aboth*, c. 3. §. 2.

† §. 17.

‡ *ſeu regi.*

Digitized by Google

جرم روز *Jomm ruz*, qui primus erat *Jorm mah*, ſive alias دي ماه *Di mah*, teſte *AlKazwinio*. Tum ergo demum firma ſunt hæc duo, regnum ſcilicet et populi τὸ εὖ εἶναι, cum ſe invicem mutuis operis ſuſtentent: quod cum innumeris pene aliorum ſcriptorum, tum non paucis Scripturæ ſanctæ teſtimoniis confirmatur, inter quæ, ſi eam quam ſumunt ſibi, non ſolum *Rabbini*, ſed et *Chriſtiani* doctores, textum *Hebraicum* ſæpe ex *Arabiſmo* explicandi libertatem, hic nobis indulgere liceat, forſan et non male illud cenſebitur, quod in Proverbiis* occurrit, ubi inter ea quæ optimi ſunt inceſſus numeratur מלך אלקום עמו: quæ verba ſi dictionem אלקום ex *Arabum* dialecto mutuatam putemus, ut ſit idem quod القوم, ſonabunt, *Rex cum quo populus eſt*, vel *quem ſequitur populus ſuus*. Certe non multum abit Paraphraſtes *Chaldæus* ab hac ſententia, ſed ne quis me audaciæ incuſet, nihil affirmo. Verum قد تسلسل الكلام وخرجنا عن المقصود *continuata eſt orationis ſeries, et a propoſito digreſſi ſumus*. Ut revertamur, ſumma rei eſt eſſe الفقه *AlFekho* ſcientiam de rebus controverſis, ac litibus quæ in exteriori hominum converſatione oriuntur, juxta canones religionis *Mohammedicæ* dijudicandi, et الفقيه *AlFakih* de his rebus ſententiam ferendi peritum, cujus præcipuum ſtudium ſit حفظ القانون الذي يكف السلطان به شر بعض اهل العدوان عن بعض *conſervare canonem quo avertat rex malum quod alius, hoſtilem animum gerens, alii inferret*, nec non de الحلال والحرام *licito et illicito*, احكام الحدود والجرحات والغرامات [*pœnarum infligendarum*] *quantitate, vulneribus, mulctis, et aliis ejuſmodi,*

* Cap. xxx. ver. 31.

Digitized by Google

quod ad externas actiones, pronuntiare; quin et de *Iſlamiſmo*, ſeu religione ejuſque conditionibus, quantum ad eam quæ ore ſit profeſſionem. Siquidem quod ad cor, فتخارج عن ولاية الفقيه *ejus intentionem inquirere*, non eſt τῶ *AlFakih*. Quid ergo erit الفقه quam juris (ſi ita loqui liceat) tam civilis quam canonici apud eos peritia? Cujus neceſſitas licet ſit (ut eadem hic ſimilitudine utitur *AlGhazalius* qua de علم الكلام ſeu *theologia ſcholaſtica*) non alia quam quæ ἀδοφυλάκων ob latronum in via metum; prout tamen ſunt hominum mores, eum obtinuit gradum ut * *ſcientiæ* nomen quaſi ſibi proprium vendicet, nec alii facile pro doctis habeantur, quam qui rebus ejuſmodi controverſis dijudicandis operam oleumque inſumant.

* *V.* AlGhazal. *et* Camus, in فقه

P. 17. l. 17. *Ad quatuor reducuntur capita, &c.*] Sic eorum de quibus inter eos diſputatur, ſtatuit *AlShahreſtanius* اربع قواعد *quatuor fundamenta*, quæ vocat الاصول الكبار i. e. *radices magnas*. Quorum primum الصفات والتوحيد فيها i. e. *Attributa* [Dei] *et unitas in iis*, ſeu quæ cum iis conſiſtit: ſub hoc comprehendi quæſtiones de الصفات الازلية اثباتا عند جماعة ونفيا عند جماعة i. e. *attributis æternis, quæ ab aliis affirmantur, ab aliis negantur*, nec non بيان صفات الذات *explicationem attributorum eſſentiæ*, ſeu eſſentialium, et † صفات الفعل *attributorum actionis*, ſeu ab operibus deſumptorum, et ما يجب لله *quid debeat Deus facere*, et ما يجوز عليه وما يستحيل *quid poſſit de eo affirmari, et quid impoſſibile ſit ei*: de his controverti inter *AlAſharios*, et *AlCeramios*, et *AlMojaſſemios*, ſeu corporeitatis aſſertores, et *AlMotazalos*. Secundum eſt القدر والعدل فيه, *Decretum di-*

† الصفات الفعلية *Ebno'lKaſſai.*

Digitized by Google

vinum, et quæ in eo eſt æquitas: quod comprehendit quæſtiones de القضا والقدر *propoſito Dei,* et *decreto ejus,* et الجبر *coactione* [hominis ad agendum,] et الكسب *concurſu,* ſeu cooperatione hominis in actionibus ſuis producendis, qua ſibi bonum vel malum acquirat, et ارادة الخير والشر *voluntate* [qua vult Deus] *bonum et malum,* et المقدور والمعلوم *eo quod ſub potentia, et quod ſub ſcientia* cadit; aſſerentibus hæc aliis, aliis negantibus. De his inter *AlKadarios, AlNajarios, Al'Jabarios, AlAſharios,* et *AlCeramios* diſputari. Tertium الوعد والوعيد *Promiſſa et Minæ,* et الاسما والاحكام * *Nomina et Judicia* divina: comprehendere hoc quæſtiones de الايمان *fide,* et التوبة *reſipiſcentia,* et الوعيد *comminatione,* et الارجا *dilatione judicii,* et التكفير والتضليل *quando quis infidelitatis et erroris incuſandus ſit;* quæ de his moventur controverſias in partem affirmativam ſtatuentibus aliis, aliis in negativam: moveri autem eas inter *AlMorjios, AlWaidios, AlMotazalos, AlAſharios,* et *AlCeramios.* Quartum demum السمع والعقل *auditus et intellectus,* ſeu ratio, ſcilicet, quem locum habeant iſta in rebus, quæ ad fidem et religionem ſpectant, dijudicandis, vel quatenus ab auditu, quatenus ab intellectu et ratione pendeant: et الرسالة *Miſſio Prophetarum,* et الامامة *Antiſtitis munus,* huc referri quæſtiones de التحسين والتقبيح *Unde ſit quod actiones laude aut vituperio dignæ,* ſeu honeſtæ aut turpes cenſeantur, et † الصلاح والاصلح τὸ συμφέροντος, et eo quod maxime expedit, et اللطف *Benignitate Dei,* ſeu gratia, et العصمة في النبوة *Immunitate,* ſeu abſtinentia a peccatis *quæ munus propheticum* comitari debet,

* *Sive nomina Dei intelligamus, ſeu* الاسما الشرعية *nomina legalia, ut vocant, qualia* &c. الايمان *Fides, Infidelitas,* &c.

† *ſc. Num ex ipſa rerum natura, an quod lege permiſſæ vel probibitæ.*

Digitized by Google

et شرايط الامامة *Conditionibus ad Antiſtitis munus requiſitis*, aliis illud a نص *teſtimonio* manifeſto pendere aſſerentibus, aliis ab اجماع *communi credentium conſenſu*, et de كيفية انتقالها *modo jus illud transferendi* apud eos qui ad teſtimonium confugiunt, et كيفية اثباتها *modo illud confirmandi*, apud eos qui a conſenſu pendent. De his rebus controverti inter *AlShiios*, *Almotazalos*, *AlCeramios*, et *AlAsſharios*. Hæc ſunt, juxta *AlShahreſtanium*, *fundamenta magna*, ſeu Cardines earum, quæ inter Scholaſticos agitantur, controverſiarum, ſeu, ut loqui amant Authores libri *Echwanoſſafa*, امهات مسايل الخلاف *Matres quæſtionum controverſarum*, vel امهات الاختلاف *Matres diſſenſionis*.

P. 17. l. 19. *Decretum ejus et judicium*] Seu propoſitum Dei et decretum ejus. Voces fere geminæ ſunt القضا et القدر, nec ſignificatu inter ſe multum diverſæ, adeo ut utraque decretum ſonet. Sic utramque ſub Hebraica voce גזרה comprehendit *Joſephus Albo**; quæ inter eas differentia eſt, ratione antecedentiæ et conſequentiæ ſtatui videtur, ita tamen ut quam priorem ſtatuas ex ipſorum Arabum explicationibus vix colligas: ita enim *Ebno'lAthir*, القضا والقدر امران متلازمان لا ينفك احدهما عن الاخر لان احدهما بمنزلة الاساس وهو القدر والاخر بمنزلة البنا وهو القضا فمن رام الفصل بينهما فقد رام هدم البنا ونقضها AlKadaa, *et* AlKadar *res duæ ſunt ſibi invicem neceſſario annexæ, adeo ut altera ab altera divelli nequeat, cum una rationem habeat fundamenti, ſcilicet* AlKadar, *altera ſcilicet* AlKadaa *ædificii*; *et qui hæc ſejungere velit, idem ædificium diruere et diſſipare conetur*. Juxta hanc ſententiam antecedere *AlKadar*,

* בגורה הנקרה באלערבי אלקצה ואלקדר In Ikkar l. i. c. 13.

Digitized by Google

ſequi *AlKadaa* videtur, niſi ſcribæ oſcitantia locum mutaſſe verba ſuſpicemur, idem enim in voce القدر dicit *AlKadar* eſſe عبارة عما قضاء الله vocabulum quod *ſignificat illud quod Kada Allaho*, ſeu *determinavit Deus*, et communior eſt ſententia τῆ *AlKadaa* priores eſſe partes, τῆ *AlKadar* poſteriores. Patet hoc ex iſta *Ebn Kaſſai* deſcriptione ; القضا لغة الحكم وفي الاصطلاح عبارة الحكم الكلي الالهي في اعيان الموجودات علي ما هي عليه من الاحوال الجارية في الازل الي الابد AlKadaa *ex vi vocis judicium ſignificat, et juxta uſum* [Scholaſticorum] *denotat judicium univerſale divinum de particularibus rerum creatarum, quoad ſtatum quo perpetuo fluunt ab æterno uſque ad ſeculum : AlKadar* autem, تعلق الارادة الذاتية بالاشيا في اوقاتها الخاصة *cum ordinat voluntas eſſentialis* [i. e. divina] *res in temporibus ſuis propriis*, vel تعليق كل حال من احوال الاعيان بزمان معين وسبب معين *diſpoſitio omnis ſtatus ſeu conditionis rerum particularium tempore determinato, et per cauſam determinatam.* Majoris illuſtrationis gratia addere liceat et e libro *Sharho'lMawakef*, deſcribi ab *AlAſhariis AlKadaa* quod ſit ارادة الله الازلية المتعلقة بالاشيا علي ما هي عليه فيما لا يزال *voluntas Dei æterna, quæ res diſponit eo quo ſe perpetuo habent ſtatu ; AlKadar* autem ايجاده اياها علي قدر مخصوص وتقدير معين في ذواتها واحوالها *cum eas in medium profert menſura propria, et proportione determinata, tum quoad eſſentiam, tum quoad conditiones ipſarum.* Differunt ergo, ut decretum Dei quatenus ab æterno apud Deum eſt, et ejuſdem in tempore executio et declaratio, mediorumque in eum finem tendentium præparatio.

Digitized by Google

P. 17. l. 20. *Prophetia et Antiſtitis munus*] Scilicet الامامة, nam quod præ ſe fert alterum exemplar, ſcilicet الامان mendum eſt manifeſtum.

Ib. l. 22. *Sectæ autem, &c. præcipuæ ſex ſunt.*] Sex iſtas ut habeamus, obſervandum eſt *AlKadarios* ſub *AlMotazalis* contineri, et *AlWaidios* ſub *AlChawarejiis*, monente *Shahreſtanio*, apud quem eadem fere de harum ſectarum inter ſe pugna leguntur, ſcilicet opponi inter ſe *AlMotazalos* et *AlSefatios* تقابل التضاد *oppoſitione contrarietatis*, eodemque modo opponi *AlKadarios Al'Jabariis*, *AlMorjios AlWaidiis*, *AlShiios AlChawarejiis*. At ſectas ille *principales*, ſeu كبار الفرق, ut loquitur, quatuor tantum ſtatuit, ſcilicet *AlKadarios*, *AlSefatios*, *AlChawarejios*, et *AlShiios*, ex his componi et ſub his comprehendi reliquas: verba ejus ſunt, ثم يتركب بعضها مع بعض وتتشعب عن كل فرقة اصناف فتصل الي ثلث وسبعين فرقة *Tum componuntur earum aliæ cum aliis*, et *oriuntur ab unaquaque ſecta ſpecies aliæ, donec ad* 73. *ſectas perveniant*. Author libri *Sharho'lMawakef* octo ſtatuit cardinales, ſcilicet, 1. *AlMotazalos*, 2. *AlShiios*, 3. *AlChawarejios*, 4. *AlMorjios*, 5. *AlNajarios*, 6. *Al'Jabarios*, المشبهة *AlMoſhabbehos*, i. e. Aſſimilatores. 8. الناجية *AlNajiah*, i. e. ſectam illam quæ pereuntibus reliquis ſalva evaſura eſt, (cujus appellationis rationem mox reddemus,) quam *AlAſhariorum* eſſe vult. De harum autem ſectarum origine hæc habet, iis, quæ in ſuperioribus ex *AlShahreſtanio* et *AlGhazalio* adduximus, conſentanea, ſcilicet ſub *Iſlamiſmi* initiis nullas fuiſſe inter *Mohammedis* aſſeclas, controverſias, niſi de rebus quibuſ-

Digitized by Google

dam levioribus, لا توجب ايمانا ولا كفرا *quæ neque fidelem nec infidelem quempiam denominarent*, deinde كان الخلاف يتدرج ويترقي شيا فشيا الي اخر ايام الصحابة حتي ظهرت معبد الجهمي وغيلان الدمشقي ويونس الاسواري وخالفوا في القدر واسناد جميع الاشيا الي تقدير الله ولم يزل الخلاف يتشعب والارا يتفرق حتي تفرق اهل الاسلام وارباب المقالات الي ثلث وسبعين فرقة *procedebat diſſenſio et creſcebat paulatim, uſque ad finem ſociorum* [Mohammedis] *donec appareret* Maabad Johamienſis, *et* Ghilan Damaſcenus, *et* Yunes (*ſive* Jonas) Aſwarienſis; *qui litem moverunt de decreto divino, et num omnia determinationi Dei aſcribenda, quæ ſubinde late ſe diffundere, inter opinionum diſcrepantias non deſiit, uſque dum* Iſlamiſmi *profeſſores, et opinionum authores in* 73 *ſectas diviſi ſint. Mohammedis* de hac inter ſuos ſectarum varietate vaticinium, inter ipſius miracula recenſent, cujus hoc celebratur apud eos dictum, ستفرق امتي ثلثا وسبعين فرقة كلها في النار الا واحدة وهي ما انا عليه واصحابي *Futurum eſt ut dividatur populus meus in* 73 *ſectas, quæ omnes in ignem abituræ ſunt, una tantum excepta, ea* ſcilicet *quam ipſe jam et ſocii mei ſequimur.* Vel ut idem refert *Shahreſtanius* in 73 ſectas الناجية منهن واحدة والباقون هلكي *quarum una tantum ſaluti, reliquæ perditioni deſtinatæ ſunt.* Interrogatum deinde, et quæ eſſet illa una? reſpondiſſe اهل السنة والجماعة *eorum qui traditioni et conſenſui innituntur*: et quid tandem traditio et conſenſus? ما انا عليه اليوم واصحابي *illud* (inquit) *quod ego et ſocii mei jam profitemur.* Sectam iſtam author modo laudatus, ut diximus, *Al-Aſſhariam* eſſe contendit, cui ergo nomen illud κατ' ἐξοχὴν

Aliis quidem verbis, ſed eodem plane ſenſu, habentur hæc apud Shahreſtanium, præf. 4.

Digitized by Google

tribuit, quod idem unumquemque de ea, cui ipſe nomen dederit, ſecta pronuntiaturum minime dubium eſt. Cum autem prædixerit *Mohammedes* tot futuras, neceſſe eſt ut 73 ſectas inter ſuos reperiant. At quorſum 73? nempe, ut ita religioni *Chriſtianæ* præponderet *Mohammedaniſmus* ſectarum numero, ut illa jam ante *Judaiſmo*, *Judaiſmus* *Magorum* profeſſioni: ita ſcilicet tradunt: افترقت المجوس

Shahreſt. على سبعين فرقة واليهود على احدى وسبعين والنصارى على اثنتي وسبعين والمسلمون على ثلث وسبعين والناجية ابدا من الفرق واحدة *Diviſi ſunt* Magi *in* 70 *ſectas*, Judæi *in* 71, Chriſtiani *in* 72, Moſlemi *in* 73. *Inter ſectas autem una ſemper fuit, quæ ſalvanda.*

P. 19. l. 3. *Quod ad* Motazalas (*ſeu* Motazalos) *attinet, &c.*] Sectæ hujus author et princeps perhibetur واصل بن عطا *Waſel Ebn Ata, AlHaſani Baſrienſis* diſcipulus, cui et aſſeclis ipſius nomen hoc, quod *Separatos* denotat, ideo impoſitum (referente *AlShahreſtanio*) quod cum propoſita a quibuſdam quæſtione de iis qui peccatum aliquod grande commiſerint, num a fide excidiſſe putandi ſint, necne, &c. non expectato magiſtri reſponſo ſe ſubduxiſſet, et ſententiam ſuam condiſcipulis exponere cæpiſſet,

V. et Sharho'lMawakef. dixerit *AlHaſan*, قد اعتزل عنا واصل *Seduxit ſe*, ſeu ſeparatus eſt, *a nobis* Waſel, unde in poſterum سمي هو واصحابه معتزلة *appellati ſunt ipſe et ſocii ipſius Motazali.* Quare non aliam affert *Ebno'lKaſſai* nominis hujus explicationem, aut ſectæ deſcriptionem, quam, eſſe *AlMotazalos* اصحاب واصل بن عطا الغزال اعتزل عن مجلس الحسن البصري *ſocios* Waſeli Ebn Ata AlGhazzal, *qui ſe a ſchola* AlHa-

Digitized by Google

ſani Baſrienſis *ſubduxit*. Eadem fere *Ebn Chalican* in vita *Waſeli* ab *AlSamaanio* refert, his verbis ان واصل &c.[a] *Conſidente* Waſelo Ebn Ata *coram* AlHaſan Baſrienſi, *cum incidiſſet diſſenſio contendentibus* Chawarejiis *pro infidelibus habendos qui peccatorum graviorum rei eſſent*, * *aliis eos in fidelium numero collocantibus, etſi graviter lapſi eſſent; utramque ille deſerens ſententiam aſſeruit peccatorem hujus ſectæ* [ſcilicet qui *Mohammedi* nomen dederit] *nec pro* [ſimpliciter] *fideli, nec pro* [ſimpliciter] *infideli habendum, ſed medium occupare locum, quam ob cauſam eum e Schola ſua expulit* AlHaſan, *a quo cum ſe ſubtraxiſſet adhærente ei* Amro Ebn Obaid, *ipſi eorumque aſſeclæ* AlMotazali *audierunt*; idque, ut his verbis innuit author, duplici de cauſa, tum quod ab utraque ſecta in quæſtionis ſolutione in diverſam abierit ſententiam, tum quod a præceptore et condiſcipulis ſe ſegregaverit: utriuſque meminit *AlFirauzabadius* in *Oceano* ſuo, *AlMotazalos* eſſe † qui ſe dicant a duabus partibus quas erroris reos autumant, deſciſſiſſe, ſcilicet اهل السنة eorum qui *traditioni innituntur*, et *AlChawarejiorum*, aut quos ita nuncupaverit *AlHaſan* cum ab eo ſeceſſiſſet *Waſel*, *&c.* Habet etiam *Ebn Chalican* quæ huc ſpectant in vita *Kotadæ Saducienſis*, ubi ta-

* الجماعة

† زعموا انهم اعتزلوا قيتي الضلالة عندهم &c.

[a] ان واصل بن عطا كان يجلس الي الحسن البصري فلما ظهر الاختلاف وقالت الخوارج بتكفر مرتكبي الكباير وقال الجماعة بانهم مومنون وان فسقوا بالكباير فخرج واصل بن عطا عن الفريقين قال ان الفاسف من هذا الامة لا مومن ولا كافر منزله بين منزلتين فطرده الحسن عن مجلسه فاعتزل عنه وجلس اليه عمرو بن عبيد فقيل لهما ولاتباعهما معتزلون S.

Digitized by Google

men *Kotadam* hoc nomen illis primum indidiſſe aſſerit, cum in cœtum *Amri*, in oratorio *Baſrienſi*, poſt ipſorum ab *AlHaſano* diſceſſum, incidiſſet. Videntur autem *Waſel* et comes ipſius individuus *Amrus*, e primis qui المتكلمون *Scholaſtici* audiunt fuiſſe. Hoc certe titulo apud præſtantiſſimum iſtum * hiſtoricum gaudent, qui ipſorum præceptori *AlHaſano* ab eodem non tribuitur, et neſcio an alii cuipiam ante illos, niſi forſan *Chawarejios*, qui controverſiarum iſtarum authores fuerant, ita appellandos cenſeamus. Certe ex iis quæ ſuperius ex *AlShahreſtanio* allata ſunt, *Motazalos* e ſcholaſticorum et primis et præcipuis fuiſſe conſtat, licet non ſolos, unde eos *Al-Ghazalius* طايفة من المتكلمين واهل البحث والنظر *Sectam quandam ſcholaſticorum, eorumque qui diſquiſitionibus et ſpeculationi vacant*, appellat. Solent interpretes *Phariſæos* المعتزلة reddere; nec inepte, cum utraque dictio *ſeparationis* intellectum habeat. *Motazali* autem, quanquam in aliquibus conſentiant, quæ nomen hoc commune illis faciant, in aliis tamen diſcrepant, adeo ut افترقوا عشرين فرقة يكفر بعضهم بعضا *in viginti ſectas dividantur, quarum aliæ alias infidelitatis arguant*, teſte Authore libri *AlMawakef*. Porro ipſi ſe اصحاب العدل والتوحيد *Æquitatis et Unitatis* [Dei] *propugnatores*, nuncupant, ab aliis autem يلقبون بالقدرية cognominantur *AlKadarii*, quanquam hoc nomen uni apud ipſos ſectæ peculiare ſtatuat *Gregorius* noſter.

Illud de quo inter eos in univerſum convenit, hoc eſt, quod attributa æterna ab eſſentia Creatoris amoveant,] Ita et illud in quod univerſi conſpirant deſcribit *AlShahreſtanius*,

* *Ebn Chalic.*

Idem et Al-Shahreſt.

P. 19. l. 3.

Digitized by Google

فالذي يعم طايفة المعتزلة من الاعتقاد القول بان الله تعالي قديم والقدم اخص وصف ذاته ونفوا الصفات القديمة اصلا فقالوا هو عالم لذاته قادر لذاته حي لذاته لا بعلم وقدرة وحيوة هي صفات قديمة ومعان قايمة به لانه لو شاركته الصفات في القدم الذي هو اخص الوصف لشاركته في الالهية &c. *Communis totius* Motazalorum *gentis confeſſio hæc eſt, Deum eſſe æternum, et æternitatem attributum eſſentiæ ejus maxime proprium eſſe; et quod attributa æterna penitus rejiciant, dicentes Deum omniſcium eſſe per eſſentiam ſuam* [vel per ſe], *potentem per eſſentiam ſuam, viventem per eſſentiam ſuam;* [a] *non per ſcientiam, potentiam, aut vitam, quæ ſint attributa æterna, et ſignificatus in ipſo ſubſiſtentes: quoniam ſi cum eo participarent attributa in æternitate quæ attributum maxime proprium eſt, participarent etiam in divinitate.* Sic enim et quid per *ſcire* لذاته, i. e. *per eſſentiam ſuam* intelligant, docet nos *AlShahreſtanius*, ubi inter عالم لذاته لا بعلم *Scientem per eſſentiam ſuam, non per ſcientiam*, et عالم بعلم هو ذاته *per ſcientiam quæ ipſius eſſentia ſit* (quæ *Abi Hodhaili Ahmedis* forma loquendi fuit) diſtinguit, quod ſcilicet verba priora ſint نفي الصفة *Negatio attributi*, ſeu proprietatis, (ut et loquitur Author noſter,) poſteriora vero اثبات ذات هو بعينه صفة, *affirmatio eſſentiæ, quæ ipſa ſit attri-*

[a] Maimonides *rotunde, ſed ex ſua, non* Motazalorum, *ſententia, Deum eſſe* موجود لا بوجود وحي لا بحياة وقادر لا بقدرة وعالم لا بعلم بل الكل راجع لمعني واحد لا تكثير فيه Moreh. l. 1. c. 57. ſcilicet, *exiſtentem, ſed non per exiſtentiam: et vivere, ſed non per vitam: et potentem eſſe. ſed non per potentiam: et ſcire, ſed non per ſcientiam; ſed omnia in unum redire ſignificatum, in quo nulla eſt multiplicitas.*

Digitized by Google

butum, vel اثبات صفة في بعينها ذات, *affirmatio attributi, quod ipſum ſit eſſentia.* Sed nec omnes qui formam iſtam لذاته *per eſſentiam ſuam* uſurpabant, eodem modo illam intelligebant, eodem teſte, qui *Al'ſobbaienſis* ſententiam ſic explicat, quod cum diceret Deum ſcire لذاته, *hoc vellet,* لا يقتضي كونه عالما صفة في علم او حال يوجب كونه عالما *non ponere illud quod ſciens ſit, attributum quod ſit ſcientia, aut ſtatum qui neceſſarium faciat ut ſit ſciens.* At ex *Abi AlHaſhemi,* ipſius filii, ſententia, illud de Deo dictum innuere انه ذو حالة في صفة معلومة ورا كونه ذاتا موجودا *eſſe ipſi diſpoſitionem* [ſeu conditionem] *quæ ſit proprietas nota, poſterior eo quod ſit eſſentia exiſtens,* atque ita in reliquis attributis: porro monet idem, quæſtionem iſtam de attributis Dei, ſub initio fuiſſe غير نضيجة *nondum maturam,* deinde vero a *Waſeli* ſectatoribus, poſt lectos *philoſophorum* libros, ad maturitatem perductam.

P. 19. l. 6. *Fugientes diſtinctionem perſonarum quam conſtituunt Chriſtiani*] Ita ſcilicet objiciebant, referente Authore libri *Al-Mawakef,* contra eos qui æterna Dei attributa adſtruebant, قد كفروا النصاري بقدماء الثلثة فكيف السبعة او اكثر *Infidelitatis arguuntur Chriſtiani quod tria ſtatuunt æterna; quid ergo de iis pronuntiandum qui ſeptem aut plura ſtatuunt?* Erat ſiquidem ipſis اثبات الصفات قول بقدما متعددة ** attributa aſſerere, idem ac plura æterna ſtatuere,* neque cum iis conſiſtere poſſe unitatem affirmabant, ad quam quid requirant diſcimus ex *AlShahreſtanio,* قال اهل العدل ان الله تعالي واحد في ذاته لا قسمة له ولا صفة له وواحد في افعاله لا شريك له فلا قديم غير ذاته ولا قسيم في افعاله ومحال وجود قديمين

* *Idem indubitata conſequentia ſequi aſſerit* Maimonides, *in proleg. ad Pirke Ab.* ſect. 8.

Digitized by Google

Dicunt illi qui ſe æquitatis aſſertores vocant, Deum excelſum unum eſſe eſſentia ſua, nullam eſſe ei diviſionem, nullum attributum, unum etiam operibus ſuis, nec ſocium ipſi eſſe, nec æternum alium præter eſſentiam ipſius, nec conſortem in operibus ipſius, nec fieri poſſe ut reperiantur duo æterna; [*atque hoc* (inquiunt) *eſt unitatem aſſerere.*] Sententiam ſuam ſimpliciter expoſuit *AlMotazalorum* pater *Waſel:* من اثبت معني وصفة قديمة فقد اثبت الهين i. e. *Quicunque aſſerit ſignificatum, aut attributum æternum, duos ſtatuit Deos.*

Ex illis etiam qui dicunt ipſum ſcire per ſcientiam, quæ ipſa eſſentia ejus eſt.] *Hodailianorum*, ſeu eorum qui *Hamdanum Abi Hodail* ſecuti ſunt, hæc eſt ſententia, referente *AlShahreſtanio*. Ille ſiquidem a communiori *AlMotazalorum* forma, Deum ſcire لذاته *per eſſentiam ſuam*, ad hanc deflexit, ſcilicet ſcire Deum per ſcientiam, et ſcientiam ejus eſſe eſſentiam ejus, potentem eſſe per potentiam, et potentiam ejus eſſentiam ejus eſſe, vivere per vitam quæ ipſa ſit ejus eſſentia. Quam ſententiam (inquit) اقتبس من الفلاسفة الذين اعتقدوا ان ذاته واحدة لا كثرة فيها بوجه وانما الصفات ليست ورا الذات معان قايمة بذاته بل هي ذاته *deſumpſit a Philoſophis qui affirmant eſſentiam Dei unam eſſe in qua nulla ſit omnino multiplicitas, attributa autem* [ſeu proprietates] *non eſſe ſignificata * poſt eſſentiam ſubſiſtentia in eſſentia ejus, ſed ea ipſam eſſe eſſentiam.* Interim parum abeſſe viſum eſt *Shahreſtanio*, quin *Abu Hodail*, in eam ob quam *Chriſtianos* exagitant, et quam tantopere abhorrent *AlMotazali* in Deitate, diſtinctionem inciderit: ſi

P. 19. l. 9.

* *Seu acceſſoria eſſentiæ.*

Digitized by Google

ſcilicet ſtatuat هذه الصفات وجوها للذات *hæc attributa modos eſſentiæ.*

P. 19. l. 13. *Hoc unanimiter ſtatuunt, Verbum Dei creatum eſſe in loco,*] ſcilicet in *ſubjecto,* illud enim eſt apud Logicos محل. Sic et *Shahreſtanius,* de communibus omnium *Al-Motazalorum* placitis verba faciens, واتفقوا على ان كلامه محدث مخلوق في محل وهو حرف وصوت كتب امثاله في المصاحف حكايات عنه فان ما وجد في المحل عرض قد فني في الحال *Et in hoc conſentiunt quod ſit verbum Dei de novo et creatum in ſubjecto, ac literis et voce conſiſtere, cujus exemplar in libris ſcriptum ſit, ad ejus imitationem* [ſeu ipſum exprimendum] *et quod in ſubjecto exiſtit, accidens eſſe et in tempore perire.* Idem, ex *Abu Hodaili* ſententia, ait, verbum Dei eſſe بعضه لا في محل وهو قوله كن وبعضه في محل كالامر والنهي والخبر والاستخبار *partim non in ſubjecto, ut dictum ejus* كن *Eſto,* [ſcilicet in creatione rerum] *et partim in ſubjecto, ut Mandatum, et Prohibitio, et Narratio, et Interrogatio, &c.* Idem etiam *Al'ſobbaienſem,* (qui et apud *Motazalos* ſectæ princeps) aſſeruiſſe ait, loqui Deum بكلام يخلقه في محل *Sermone quem creet in ſubjecto,* ſcilicet (ut explicat Author libri *AlMawakef,*) كاللوح المحفوظ او جبريل او النبي *in tabula* [in cœlis] *repoſita, in* Gabriele, *in Propheta,* &c. Contra *AlMotazalos* hac de re diſputant qui ſe pro Orthodoxis haberi volunt verbum Dei nec voce et literis conſiſtere, nec creatum et in ſubjecto eſſe contendentes, differentia tamen, quæ et Authori libri *Mawakef,* ejuſque expoſitori videtur, conciliari poſſit adhibita diſtinctione verbi in كلاما لفظيا *ver-*

V. Sharho Tawalea *et* AlMawakef, *et* AlGazal. *&c.*

Digitized by Google

bum prolatum, et المعني القايم بالنفس *ſignificationem* ſeu intentionem *in mente ſubſiſtentem*, ſeu permanentem, ſeu in النفسي *mentale*, ſeu mente conceptum, et اللفظي *Sermone prolatum*, ſeu orale.

E Motazalis *autem* Ahmed Ebn Hayet *aſſeruit Chriſtum corpus proprie dictum induiſſe*, &c.] Hunc, cum e ſecta *AlNodhamianorum* (qui ab *Abrahamo* النظام *AlNodham* denominati ſunt) fuerat, poſtea novam ſibi, novarum poſt lectos Philoſophorum libros opinionum acceſſione, condidiſſe, qui ab ipſo *AlHayetiani* dicti ſunt, refert *AlShahreſtanius*, atque idem aſſeruiſſe ipſum cum Chriſtianis في اعتقادهم ان المسيح هو الذي يحاسب الخلق في الاخرة *in confeſſione ipſorum, Chriſtum eum eſſe qui homines judicaturus ſit die ultimo*, et de verbi æterni incarnatione, ipſiſſimis quæ apud Authorem noſtrum habentur verbis. Alibi autem (ne religionis Chriſtianæ myſteria intellexiſſe eum putemus) ſcribit ipſum aſſeruiſſe ان للخلق خالقين احدهما قديم وهو الباري تعالي والثاني محدث وهو المسيح *Creaturis duos eſſe creatores, quorum unus æternus ſit, nempe Deus excelſus, alter de novo ortus, nempe Chriſtus:* vel (ut Author *AlMawakef*, et *Ebno'lKaſſai*,) للعالم الهان قديم هو الله تعالي ومحدث هو المسيح *Mundo duos eſſe Deos, æternum, qui ſit Deus, ſupra omnia excelſus, et novum, qui ſit Chriſtus*, &c. Miras præterea ſententiarum ineptias ipſi impingit. Vir, ingenii, ut videtur, parum conſtantis aut ſobrii, dum ut doctrinam novam conflaret مزج كلام التناسخية والمعتزلة بعضها ببعض (ut loquitur idem) *Miſcuerit inter ſe ſententias eorum qui Metempſychoſin adſtruunt*, [*et Philoſopho-*

P. 19. l. 18.

C. de Nodhamianis.

rum,] *et AlMotazalorum*, et in quaſcunque alias incideret, nec ſacra Chriſtianorum dogmata intemerata reliquit.

P. 19. l. 21. *Ex iiſdem* Iſa *cognominatus* Merdad] Ita certe in correctiſſimo duorum quibus uſi ſumus exemplarium; at legendum مزدار *Mozdar* diſcimus ex *AlShahreſtanio*, libro *AlMawakef*, et *Ebno'l Kaſſaio*. Hic, quod rerum mundanarum curæ minus vacaret, راهب سمي المعتزلة *Monachus AlMotazalorum audiit*.

Ibid. *Eo proceſſit ut aſſereret ipſum Alcoranum creatum eſſe*] vel modum exceſſit in adſtruenda Alcorani creatione. Quantum hoc piaculum, facile judicabimus, ubi audierimus a *Mohammede* dictum, من قال القران مخلوق فهو كافر *Qui dixerit Alcoranum creatum eſſe, pro infideli habeatur*. Eo tamen audaciæ proceſſit *AlMozdar*, ut كفر من قال بقدمه *Infidelitatis eum accuſaret qui diceret eum æternum eſſe*, utpote qui eadem opera adſtrueret, قديمين *Duos æternos*, referente *AlShahreſtanio*. Sed ſolenne (ut videtur) illi fuit, alios ab ipſo diſſentientes quacunque de cauſa infidelitatis reos pronuntiare, ut ex his Authoris modo laudati verbis patet, وغلا في التكفير حتي قال هم كافرون في قولهم لا اله الا الله &c. *Modum autem exceſſit in pronuntiando infideles, adeo ut aſſereret homines infidelitatis reos eſſe dum dicerent*, Non eſt Deus præter Deum: *atque interrogatus quondam ab* Abrahamo Ebno'lSendi *de populo terræ univerſo, Omnes pro infidelibus habendos cenſuit*. *Regerente autem* Abrahamo, الجنة التي عرضها كعرض السما والارض لا يدخلها الا انت وثلثة وافتوك *Ergo Paradiſum*,

Lib. AlMawakef.

qui latitudine totum cæli et terræ ſpatium æquat, tu ſolus, et tres qui ejuſdem tecum ſunt ſententiæ ingrediemini? ad ſilentium adactus eſt. Refert idem e diſcipulis ipſius الجعفران *duos nomine Jaafaros, aſſeruiſſe,* ان الله تعالي خلق القران في اللوح المحفوظ لا يجوز ان ينتقل اذ يستحيل ان يكون الشي الواحد في مكانين في حالة واحدة وما نقراه فهو حكاية عن المكتوب الاول في اللوح المحفوظ وذلك فعلنا وخلقنا *Quod creaverit Deus Alcoranum, in tabula in cælis repoſita, nec liceat illum inde transferri cum fieri non poſſit ut res una eodem momento ſit, niſi in loco uno: quod autem nos legimus eſſe imitationem ejus quod primo ſcriptum eſt in tabula repoſita, eſſeque illud opus noſtrum, a nobis creatum.* Porro, inter eos qui Alcoranum novum quid et creatum aſſerant, fuiſſe et ipſum *AlZamachſharium* celebris in eundem Commentarii, *AlCeſhaf* dicti, authorem, aſſerit *Abu'lFeda*, ac ſcripſiſſe ipſum in præfatione libri ſui الحمد لله الذي خلق القران *Laus Deo qui creavit Alcoranum,* verba deinde iſta a quibuſdam, qui famæ ipſius melius conſuluerunt eraſa fuiſſe, his in eorum locum ſubſtitutis الحمد لله الذي انزل القران *Laus Deo qui demiſit Alcoranum.* Quantarum autem calamitatum cauſa fuerit *Mohammedanis* hæc controverſia, cum e *Chalifis Abbaſidis* nonnulli *AlMotazalorum* amplexi ſententiam ad *Alcorani* novitatem confitendam alios et mortis et graviſſimarum pœnarum metu adigerent, docent Hiſtorici, ut videre eſt apud *Gregorium* noſtrum, *Abu'lFedam*, alioſque in vita *AlMamonis*, *AlMotaſami*, et *AlWatheki*, donec tandem omitti hac de re diſceptationem juberet *Motawaccelus*,

Anno Hej. 537.

Digitized by Google

teſte *Gregorio*, nec ad pœnas poſci quenquam, ſive creatum eum, ſive increatum diceret.

P. 19. l. 22. *Et potuiſſe Arabes aliquid quod elegantia et eloquentia par eſſet componere, niſi prohibiti eſſent, &c.*] Imo et احسن منه *quod eo adhuc melius* et elegantius eſſet, ut addit Author libri *AlMawakef*. Et hoc inter ea quæ *Baſhari* præceptoris ſui (a quo ſecta *AlBaſharia*) doctrinæ addidit *Mozdarus*, recenſet *Shahreſtanius*, ſcilicet, ابطاله اعجاز القران من جهة الفصاحة والبلاغة *quod nullum in Alcorano miraculum agnoſceret reſpectu eloquentiæ et elegantiæ*. At non ille primus vel ſolus in hac ſententia fuit. Idem aſſeruit *AlNodhamus*, referentibus iiſdem, ſcilicet quod ad اعجاز القران ſeu *illud quod in Alcorano pro miraculo habendum*, انه من حيث الاخبار عن الامور الماضية والاتية ومن جهة صرف الدواعي عن المعارضة ومنع العرب عن الاهتمام به جبرا وتعجيزا اذ لو خلاهم لكانوا قادرين علي ان ياتوا بسورة من مثله بلاغة وفصاحة ونظما *eſſe reſpectu narrationum quæ in eo habentur, de rebus præteritis et futuris, et reſpectu averſionis* [ſeu quod averteret Deus illos] *qui illud ſibi arrogarent, ne cum eo* [eloquentia, ſcilicet,] *contenderent, et potenter cohibuerit Arabes quo minus illud in animum inducerent, cum, ſi illos ſiviſſet, potuiſſent certe proferre caput aliquod ei elegantia, eloquentia, et compoſitionis venuſtate par*. Verba ſunt *AlShahreſtanii*. Sic et author *AlMawakef*, *Dixit* (inquit) *AlNodham*, صرفهم عنها مع قدرتهم *Avertit ab hoc eos* [Deus,] *cum illud alias facere potuiſſent*. Inter varias autem *Mohammedanorum* de *Alcorano* ſuo ſententias, minime prætereunda eſt illa *Al'Jahedhi*, ſectæ *Al'Jahedhianorum* patris, ac (teſte *Shah-*

Præf. 4. *&c. de* Mozdar.

Sub Almotaſamo *et* Al-Motawaccelo Chalifis *floruit.*

Digitized by Google

reſtanio) من فضلا المعتزلة والمصنف لهم *e clariſſimis* Motazalorum, *multorumque librorum authoris*, ſcilicet, ان القران جسد يجوز ان يقلب مرة رجلا ومرة حيوانا *Eſſe Alcoranum corpus quod converti aliquando poſſit in virum, aliquando in beſtiam.* Ut talem (ni fallor) tractare eum voluit *AlWalid*, undecimus e familia *Bani Ommiæ* Chalifa, cum eum ſagittis, quas manu tenebat, flagellare non deſiit uſque dum penitus laceraſſet, non aliam ob cauſam quam quod aperto libro in hæc ſtatim verba incidiſſet, وخاب كل جبار عنيد *Damnum autem patietur omnis rebellis perverſus*, hoc illi ſubinde accinens: *V. et* AlMawakef.

اتوعد كل جبار عنيد
فها انا ذاك جبار عنيد
اذا لاقيت ربك يوم حشر
فقل يا رب مزقني الوليد

i. e. *Num increpas omnem rebellem perverſum?*
Ecce ego ſum iſte rebellis perverſus.
Ubi occurreris domino tuo, die judicii,
Dicas, O Domine, laceravit me AlWalid.

referente *Al'Jannabio* in vita *AlWalidi.*

Motazalis contrarii ſunt Sefatii, qui ſtatuunt in Deo attributa æterna, &c.] *Mohammedanorum* antiquiorum plerique attributa æterna Deo competere ſtatuebant, teſte *AlShahreſtanio**, ſcientiæ, potentiæ, vitæ, &c. nullam adhuc agnoſcentes diſtinctionem inter صفات الذات *attributa eſſentialia, et* صفات الفعل *attributa operationis*, ſeu ab operibus deſumpta, ſed eodem modo de utriſque loquebantur. Statuebant inſuper aliam ſpeciem quam صفات P. 19. l. 25.

* Cap. *de* AlSefatiis.

خبرية *attributa declarativa*, ſeu narrationi inſervientia nuncupabant; qualia, manus, facies, &c. quorum nullam explicationem ſeu interpretationem adhibebant, tantum dicebant, قد وردت في الشرع *Allata ſunt hæc in lege, noſque ea attributa declarativa nuncupamus*; quare cum poſtea negarent *AlMotazali* attributa iſta, obtinuit ut illi صفاتية *Sefatii*, i. e. *Attributorum aſſertores*, *Motazali* autem المعطلة *Almoattali*, quaſi dicas, *Qui Deum attributorum ornamentis ſpoliant*, appellarentur. Poſtea circa explicationem et interpretationem horum attributorum in varias itum eſt ſententias, his verba prout ſonant intelligentibus, adeo ut inter Deum et res creatas ſimilitudinem ſtatuerent, illis aliter rem explicantibus, vel dicentibus عرفنا بمقتضي العقل ان الله ليس كمثله شي فلا يشبه شيا من المخلوقات &c. *Novimus, dictante intellectu, nullam creaturam Deo, nec Deum ulli rei creatæ ſimilem eſſe, verum non novimus ſignificationem verborum quæ idem de utriſque affirmare videntur, neque nobis incumbere putamus, ut hæc explicemus; ſufficit ut credamus, et certo ſtatuamus* انه لا شريك له ولبس كمثله شي *Non eſſe illi conſortem, nec illi quid ſimile.* Ex horum numero cenſendus *Malec Ebn Ans*, qui dixit, الاستوا معجهولة والايمان به واجب والسوال عنه بدعة * *Seſſio* [ſuper throno] *notum eſt quid ſignificet, qualitas ejus ignota, et eam credere neceſſarium, at interrogare de ea hæreſis.* Quoſdam in التشبيه الصرف ſeu, ut *veram ſimilitudinem aſſererent*, duces ait erroris habuiſſe illam *Judæorum* ſectam, qui القرايين ſeu *Karraim* audiunt, qui eo modo quæ hujuſmodi ſunt in lege *Moſis*, intelligi volunt.

* *Quod idem de reliquis per* ἀνθρωποπάθειαν *dictis intelligi volunt.*

Digitized by Google

P. 19. l. 27. *Imo eousque processerunt nonnulli—ut corporeitatem adstruant*] Hi illi quos antea *AlMojassemios* inde dictos vidimus quales inter *Sefatiorum* sectas, المشبهة *AlMoshabbehi*, i. e. *Assimilatores*, scilicet, quia شبهوا الله بالمخلوقات *Deum rebus creatis assimilarunt*, ut nominis rationem reddit Author *AlMawakef*, et الكرامية *AlCeramiani*, discipuli scilicet *Mohammedis Ebn Ceram*, quem in adstruendis attributis modum excessisse usque ad التجسيم والتشبيه *Corporeitatis assertionem*, et *assimilationem*, testatur *Shahrestanius*, et quod ad ejus assecias اطلق اكثرهم لفظ الجسم عليه *plerosque eorum nomen corporis de Deo communiter usurpasse*, nisi quod qui paulo magis sobrie locuti sunt, intelligi voluerint per hoc quod corpus dicatur انه قايم بذاته quod sit *per se subsistens*, quæ apud eos definitio corporis est. Fuisse autem ex illis qui eum omni ex parte finitum et terminis circumscriptum statuerunt; alios qui aliqua ex parte tantum, puta, من جهة تحت *ex parte quæ infra*; aliis rursum negantibus النهاية *nomen finis*, sive finiti, ei attribuendum ac dicentibus هو عظيم *Ille magnus est*, de cujus vocis sensu iterum disceptatum est. De eorum ineptiis mox plura.

P. 21. l. 5. *Nisi quod eorum nonnulli, inter quos Abu'lHasan Asshaarius, &c. comparationem prohibeant &c.*] *Mohammedani* antiquiores et rudiores, qui *Alcorani* sententias, et *Mohammedis* dicta prout verba sonarent, adhuc amplexi fuerant, de accuratiori eorum explicatione minime solliciti, ubi a *Motazalis* subtilius ista ventilantibus et quæ antea pro concessis habebantur in dubium vocantibus, accedente et

Digitized by Google

ex Imperatoribus (ut jam antea diximus) quorundam authoritate, ſententiam ſuam clarius proferre coacti ſunt, تحيروا في تقرر مذهب اهل السنة والجماعة في متشابهات ايات الكتاب واخبار النبي, ut loquitur *Shahreſtanius*, i. e. *Perplexi ſunt in confirmanda via ſeu ſententia eorum qui traditioni (ſeu conſuetudini) et conſenſui innituntur circa dubias Alcorani ſententias et* Mohammedis *dicta*, in quibus idem Deo et rebus creatis attribui videretur; in eas redacti ſunt anguſtias de iis, in quorum ſenſum non antea inquiſiverant, quid ſentirent explicaturi, ut quid dicerent prorſus neſcirent. Qui judicio minus valebant, ut de *Al-Moſhabbehis* et *AlCeramiis* dictum, ad التجسيم والتشبيه ſeu *corporeitatem in Deo* et craſſam cum rebus creatis ſimilitudinem aſſerendam delapſi ſunt: dixerunt quidem ان معبودهم صورة ذات اعضا وابعاض اما روحانية او جسمانية يجوز عليه الانتقال والنزول والصعود &c. *Illum quem colerent eſſe figuram membris et partibus ſive ſpiritualibus, ſive corporeis conſtantem, cui competat motus localis, et deſcenſus et aſcenſus, &c.* et اجازوا علي ربهم الملامسة والمصافحة وان المخلصين من المسلمين يعانقونه في الدنيا والاخرة اذا بلغوا في الرياضة والاجتهاد الي حد الاخلاص والاتحاد المحض *admiſerunt ut de Domino ſuo affirmetur ipſum palpari poſſe et manu prehendi, et quod Mohammedani ſinceri eum amplectantur tum in hoc mundo, tum in futuro, ubi in ſui domatione et devotionis ſtudio ad terminum ſinceritatis, et unionis ſimplicis pervenerint.* Imo conſpici illum oculis in hoc mundo, et viſere ipſos, ipſoſque illum viſere. *Davidis* cujuſdam *Al'Jawarienſis* hæc ab eo refertur ſententia ان معبوده جسم ولحم ودم وله

Shahreſt. *c. de* AlMoſhabb.

جوارح واعضا من يد ورجل وراس ولسان وعينين واذنين ومع ذلك
جسم لا كالاجسام ولحم لا كاللحوم ودم لا كالدما وكذلك
سايـر الصفات وهو لا يشبه شيـا من المخلوقات ولا يشبهه شي
وحكي عنه انه قال هو اجوف من اعلاه الي صدره مصمت ما سوا
ذلك وان له وفرة سودا وله شعر قطط *Esse* scilicet *Deum ipsius, corpus et carnem, et sanguinem, et esse ei partes et membra, puta, manus, pedes, caput, linguam, oculos, aures, ita tamen ut sit corpus non ut alia corpora; caro non ut aliæ carnes; sanguis non ut alius sanguis; idemque de reliquis attributis dicendum, nec similem esse eum ulli e rebus creatis, nec ei rem aliquam similem. Narratur insuper dixisse ipsum, esse eum a vertice usque ad pectus concavum, deorsum vero solidum: esse ei cæsariem nigram, capillum crispum.* Porro quæ in Alcorano afferuntur اجروها علي ظاهرها &c. *juxta sensum literalem intelligi* voluerunt, ut communiter corporibus congruunt; ut et illud a *Mohammede* dictum, Deum * hominem juxta formam suam creasse, et sensisse se digitos Dei frigidos quibus humerum ipsi tangeret. Quinimo multa eos tradit idem *Shahrestanius* dicta *Mohammedi* ad opinionem suam confirmandam affinxisse, اكثرها مقتبسة من اليهود *quorum pleraque accepta sunt a* Judæis, *quibus* † *nativum est,* inquit, *Deum hominibus assimilare,* adeo ut ipsum usque ad oculorum dolorem ob *Noachi* diluvium plorantem describant. Certe *Judæos* et *Mohammedi,* et ipsius assecles satis illusisse atque in multis imposuisse, nullus dubito. Multa autem apud ipsos hujusmodi dicta reperiuntur, qualia et illud in *Talmud Berac.* c. 1. Deum singulis noctis vigiliis instar leonis rugientem dicere

* *Idem* Obaidianorum, *qui secta quædam* Morgiorum, *error, teste* Shahrestan.

† التشبيه فيهم طباع

אוי שהחרבתי את ביתי &c. *Hei, quod domum meam devaſtaverim, et templum meum flammis tradiderim, et filios meos inter gentes in exilium miſerim &c.* et certe eos nimis ad *aſſimilationem* hanc (quam vocant) proclives fuiſſe, inde patet quod tam ſollicitus ſit *Maimonides* in ea e vulgi animis eradicanda, ut librum *Moreh* aliaque ejus ſcripta inſpicienti, videre eſt. Hæc *Aſſimilatorum* deliria. At cautiores fuerunt alii in his explicandis quæ in Deo *corporeitatem*, vel *ſimilitudinem* cum rebus creatis adſtruere viderentur. *Ahmed Ebn Hanbali*, et *David Aſfahanienſis*, aliique non pauci *Maleci*, cujus antea meminimus, ſententiam ſecuti dixerunt نومن بما ورد به الكتاب ولا نتعرض للتاويل بعد ان نعلم قطعا أن الله عز وجل لا يشبه شيا من المخلوقات وان كل ما تمثل في الوهم فالله خالقه ومقدره وكانوا يحترزون عن التشبيه الي غاية قالوا من حرك يده عند قراته خلقت بيدي او اشار باصبعه عند روايته قلب المومن بين اصبعين من اصابع الرحمن وجب قطع اصبعه i. e. *Credimus illud quod Alcorani et Traditionis fide accepimus, neque ad interpretationem divertimus, poſtquam certe ſcimus Deum Opt. Max. nulli rei creatæ ſimilem eſſe, quoniam omnium quæ imaginationi repræſentari poſſunt, ipſe creator eſt et artifex. Cavebant autem ab aſſimilatione eouſque ut dicerent, Quicunque moverit manum ſuam inter legendum verba illa,* Creavi manu mea, *aut digitum ſuum intenderit, dum a* Mohammede *dictum refert,* Cor fidelis eſt inter duos e digitis miſericordis, *meretur ut abſcindatur illi manus, et evellatur illi digitus.* Ab explicatione autem hujuſmodi verborum duas ob cauſas ſe abſtinuiſſe dicunt, 1. quod in *Alcorano* prohibitum ſit hoc

Digitized by Google

facere, 2. quod interpretatio res fit a conjectura et opinione pendens, ut loquatur autem quis de attributis Dei بالظن *ex opinione* vel conjectura, غير جايز, ſeu *nullo modo admittendum:* fieri ſiquidem hoc modo poſſe ut verba Alcorani ſecus ac intellexerit author ejus accipiatur. Hoc ergo dixerunt, كل من عند ربنا امنا بظاهره وصدقنا بباطنه ووكلنا علمه الي الله تعالي ولسنا مكلفين بمعرفة ذلك من شرايط الايمان واركانه *Quicquid a Domino noſtro eſt, credimus quoad illud quod præ ſe fert, ac idem verum agnoſcimus quoad illud quod intus in ſe continet, at ſcientiam ejus Deo permittimus, neque nobis incumbere putamus ut illud noſcamus, cum non ſit e proprietatibus fidei et fundamentis ejus.* Imo adeo hac in re ſollicite cauti fuerunt nonnulli, ut dictionem اليد *manus*, aut الوجه *facies*, aliaque ejuſmodi, ubi in *Alcorano* occurrant, non redderent *Perſice*, aut in linguam aliam verti finerent, verum ſi ejuſmodi locorum mentio incideret, atque explicatio requireretur, ea proferrent بما ورد لفظا بلفظ *iiſdem prorſus quibus concepta ſunt verbis*, atque hoc طريق السلامة *viam tutam* nominant. Horum qui *attributa* in Deo ab *eſſentia* ipſius diverſa ſtatuunt, ita tamen ut comparationem fieri inter Deum et creaturas prohibeant, ſententiam amplexus *Ali Abu'lHaſan AlAſhari* ſeu *Aſſharius*, ايد مقالتهم بمناهج كلامية وصار ذلك مذهبا لاهل السنة والجماعة وانتقلت سمت الصفاتية الي الاشعرية. (inquit *AlShahreſtanius*) *confirmavit opinionem eorum viis* (ſeu regulis) *Scholaſticis, atque inde facta eſt illa, via eorum qui traditionem et conſenſum ſequuntur, et tranſlata eſt ſecta* Al Sefatiorum *ad hanc* AlAſhariorum. Quod autem ad

Abu'lHaſan AlAſſharienſem, a quo *Aſſhariorum* ſecta nomen cepit, dederat ille primo *Motazalis* nomen præceptorem nactus *Abu Ali Al'Jobbaienſem*, *Al'Jobbaiiorum*, ut diximus, ſectæ authorem, a quo cum in quæſtione الاصلح i. e. de eo *quod magis expedit*, ſcilicet num teneatur Deus (ut aſſerunt *Motazali*) illud ſemper facere quod unicuique maxime *expedit*, diſſenſiſſet, ſectæ ſimul valedixit, et novam ipſe condidit. Liti inter ipſum et præceptorem ſuum anſam præbuit (referentibus Authore libri *AlMawakef*, et *AlSefadio* in Commentario ad *Tograi* poëma) quæſtio propoſita de tribus fratribus, quorum primus عاش في الطاعة *vixit in obedientia* erga Deum, ſecundus في المعصية *in rebellione*, tertius مات صغيرا *mortuus eſt adhuc parvulus*. Quid de his ſentiret interrogatus *Al'Jobbaienſis*, reſpondit *primum* remuneratum iri in Paradiſo, *ſecundum* in inferno punitum, *tertium* nec præmium nec pœnam manere. Quid ergo (regeſſit *Aſſharienſis*) ſi dicat tertius, O Domine, ſi mihi vitam largitus eſſes, ut cum fratre meo fidele Paradiſum ingrederer, فاصلح *melius mihi hoc fuiſſet*. Reſpondente *Al'Jobbaienſi*, diceret Dominus, Novi te ſi diutius vixiſſes, ſcelera patraturum ob quæ in ignem conjiciendus eſſes. Iterum *Aſſharienſis*, dicet ergo *ſecundus*, O Domine, cur non me e vita ſuſtuliſti adhuc infantem, ne peccatis meis pœnam mererer, atque igni cruciandus traderer, ut cum fratre meo feciſti? Nihil quod ulterius reſponderet habuiſſe *Al'Jobbaienſem* refert Author *AlMawakef*; at *AlSefadius* hoc addit, ab eo reſponſum, انما احياه ليعرضه لاعلي المراتب فهو الاصلح *vitam illi prolon-*

Digitized by Google

gavit ut ita copiam illi faceret ſummum [præmii] *gradum aſſequendi, quod ipſi optimum fuit.* Deinde vero cum regereretur, Cur ergo non et ob eandem cauſam vivum conſervavit alterum illum, cui et hoc æque expediiſſet, eo redactum ut nihil aliud haberet quod reſponderet quam اوسوست i. e. *num inſtinctu Diaboli afflatus es?* reſpondit *AlAsſharienſis* ما وسوست ولكن وقف حمار الشيخ علي القنطرة *Non ſum ego a Dæmone afflatus, verum Aſinus magiſtri ſtetit in fornice.* Atque ex eo tempore deſertis *Motazalorum* caſtris eorum dogmata convellere, iiſque ſe in ſolidum opponere cœpit.

Jam vero AlKadarii, *ſunt et illi e* Motazalis] At *AlFirauzabadius* المعتزلة من القدرية (inquit) *AlMotazali ſunt ex AlKadariis,* quaſi *AlKadariorum* nomen latius pateret quam *AlMotazalorum.* Sane et *AlShahreſtanius,* et Author libri *AlMawakef,* hoc ut appellationem omnibus *AlMotazalorum* ſectis communem, non uni alicui peculiarem ponunt. Imo et *AlKadariorum* nomen illo *AlMotazalorum* antiquius eſſe videtur, cum quæſtio de القدر jam ante *AlWaſeli* ab *Abu'lHaſano* diſceſſum in controverſiam venerit, ut ex *AlShahreſtanio* patet, et fuerint qui *AlKadarii* audierint: *Maabad* ſcilicet *Johamienſis,* &c. Nomen autem hoc *Motazalis* ab iis qui eorum placita erroris damnant impoſitum, quod ipſi interim refugiunt, et aliis (*Al'Jabariorum* nempe ſectæ) affigunt, utpote quod *Mohammedanis* omnibus inviſum ſit eo nomine quod ab ipſo *Mohammede* (cujus etiam temporibus vexatæ videntur quæſtiones de Dei decreto, de libera hominis ad bonum

P. 21. l. 11.

Præf. 4.

et malum potentia) hæreſeos titulo notatum fuerit. Dictum ſiquidem ab eo fertur القدرية مجوس هذه الامة *AlKadarii Magi ſunt hujus gentis.* Quare cum ipſi nomini hæreſeos nota inuſta ſit, هربوا من الاسم وان كانوا ارتكبوا مسماه *nomen refugiunt qui illud quod nomine ſignificatur, perpetrant,* ut loquitur *AlMotarrezi* in libro *Mogreb.* Dicunt ergo *AlMotazali* nomen hoc ei competere من يقول بالقدر خيره وشره من الله *qui aſſeruerit decretum* [atque] *bonum ejus, et malum ejus eſſe a Deo,* ſeu quicquid faciat homo boni et mali ex Dei decreto provenire. Atque hoc dicunt, (inquit *Shahreſtanius*) احترازا من وصمة اللقب اذ كان الذم به متفقا عليه لقول النبي *caventes ſibi a turpitudine cognominis, quod omnium conſenſu cum infamia conjunctum eſt ob dictum Prophetæ.* Atque ita nominis hujus notionem explicaturus Author libri *AlMogreb, AlKadarii,* inquit, ſunt الفرقة المجبرة الذين يثبتون كل الامر بقدر الله وينسبون القبايح اليه سبحانه *Secta* AlJabariorum, *qui aſſerunt omnia ex decreto Dei pendere, et mala Deo benedicto attribuunt.* Verum, ut obſervavit quidam cujus verba e margine in textum irrepſere, licet in exemplari ſatis vetuſto (ſcilicet anno *Hejræ* 654 exarato) dudum eſt, ان جميع فرق الامة اتفقت الي صرف اسم القدرية الي المعتزلة *quod reliquæ omnes* Mohammedanorum *ſectæ in hoc conſenſerint ut* AlKadariorum *nomen* ad AlMotazalos *transferretur,* quos Magorum ſeu Majuſiorum ſimiles in hoc præcipue eſſe volunt, quod ut illi duos rerum authores ſtatuebant, *Lucem* ſive Deum, bonarum; *Tenebras* ſive Diabolum, malarum; ita et *Motazali,* dum ſcilicet ينسبون الخلق والايجاد الي انفسهم في انهم

AlShahreſt. AlMawakef. EbnolAthir. Mogreb. &c.

Shahreſt. *et* AlMawakef.

Digitized by Google

يقولون نحن نوجد الشرور والقبايح كلها لا الله *fibimetipſis attribuunt creationem et rerum productionem, in eo quod dicunt, nos producimus mala et turpia omnia, non Deus,* cum (inquit) اهل السنة *ii qui traditionem* et viam conſuetam *ſectantur* ينسبون القبايح بقضا الله وقدره ولكن لا يقولون ان القبايح برضاه بل يقولون بارادته وقدره والتفاوت ثابت بين الرضا والارادة لغة وعرفا كما في شرب المريض الدوا انه مريد وليس براض *aſcribant facta turpia determinato Dei conſilio et decreto ejus, ita tamen ut non dicant fieri turpia iſta, beneplacito ejus, ſed voluntate ejus et decreto ejus. Certa autem eſt differentia inter beneplacitum et voluntatem, tum verborum ſono tum uſu, ſicut cum bibit ægrotus medicinam, vult hoc, ſed non ei bene placet.* Ita et *Ebno'lAthir* cur *AlKadarii* a *Mohammede Majuſis* comparati ſint, hanc reddit rationem, انما جعلهم مجوسا لمضاهاة مذهبهم مذهب المجوس في قولهم بالاصلين وهما النور والظلمة يزعمون ان الخير من فعل النور والشر من فعل الظلمة وكذا القدرية يضيفون الخير الي الله والشر الي الانسان والشيطان والله تعالي خالقهما معا لا يكون شي منهما الا بمشيته وهما مضافان اليه خلقا وايجادا والي الفاعلين عملا واكتسابا *Majuſios,* ſeu Magos, *eos nuncupavit ob ſimilitudinem quæ eſt inter ſectam eorum et ſectam Magorum in hoc, quod duo rerum principia ſtatuunt, nempe Lucem et Tenebras, aſſerentes bonum, opus eſſe lucis; malum vero, opus tenebrarum, eodem modo et* AlKadarii *aſcribunt bonum Deo; malum autem homini et Diabolo; cum Deus utrumque ſimul creaverit, ita ut non ſit ex illis quicquam niſi voluntate ejus: ideoque ipſi attribuuntur reſpectu creationis, et quod ea faciat exiſtere; facientibus autem ea, reſpectu operis et acquiſitio-*

nis. Quod tamen de *Motazalis* abſolute dici nequit, quod Deo bona hominum opera aſcribant, ipſis mala. Diverſam *AlKadariorum* (quod nomen generis eſſe vult) ſpeciem ab *AlMotazalis*, ſtatuit *Abu Motiai* in libro الرد علي الثنوية اهل البدع i. e. *Reſponſionis ad Hæreticos,*) illos quos *Althanawiah*, i. e. *duorum principiorum authores* vocat, quorum ſententia ſit, ان الخير من الله والشر من ابليس ومن انفسنا *Quod bonum ſit a Deo, malum autem a Diabolo et nobis ipſis. Motazalorum* (plerorumque ſaltem) ſententia potius videtur liberam eſſe homini ſive ad bonum, ſive malum potentiam, et ipſum actionum ſuarum dominum eſſe, ideoque eos Magorum a reliquis *Mohammedanorum* ſectis ſimiles haberi, quod alium a Deo actionum authorem ſtatuunt. اتفقوا علي ان العبد قادر خالق لافعاله خيرها وشرها مستحق علي ما يفعله ثوابا وعقابا في الاخرة والرب تعالي منزه ان يضاف اليه شر وظلم وفعل هو كفر ومعصية لانه لو خلق الظلم كان ظالما كما لو خلق العدل كان عادلا (inquit *Shareſtanius*) i. e. *unanimi conſenſu ſtatuunt, ſervum* [i. e. hominem] *potentia præditum eſſe, et creatorem eſſe actionum ſuarum tam bonarum quam malarum, ideoque dignum eſſe ob ea quæ faciat, præmio vel pœna in die judicii; Dominum autem procul ab hoc abeſſe ut attribuatur illi malum et iniquitas, et actio quæ ſit infidelitas et rebellio, quoniam ſi crearet iniquitatem, iniquus eſſet, ſicut ſi creet juſtitiam juſtus eſt.* Sed de eorum hac ex parte ſententia plura dicendi mox dabitur occaſio. Utri interim potius ſectæ, *AlMotazalorum* ſcilicet, qui decretum Dei tollunt, ut liberam homini in actiones ſuas potentiam tribuant, an *Al Jabario-*

In *cap. de* AlMotaz.

Digitized by Google

rum, qui omnia ab eo neceſſario fluere aſſerunt, nulla hominibus in operibus ſuis in medium proferendis conceſſa poteſtate, infame hoc *AlKadariorum* nomen ex *Mohammedis* ſententia tribuendum ſit, difficile erit judicare contrarias fere ſententias, quæ ipſi acceptæ feruntur perpendenti. Fingit ille in dictis ab ipſo teſtium omni exceptione majorum fide relatis, *Adamum* cum *Moſe*, ſic coram Deo diſputantem. *Tu* (inquit *Moſes*) *O Adam, is es quem manu ſua creavit Deus, et in quem de ſpiritu ſuo inſpiravit, quemque ab Angelis adorari fecit, et in Paradiſo collocavit, ex quo ut ejicerentur in terram homines peccatum tuum cauſa fuit.* Reſpondit illi *Adam, Tu es Moſes, quem elegit ſibi Deus in legatum, et cui verbum ſuum committeret, datis tibi tabulis, in quibus explicata ſunt omnia, et quem ſibi ad colloquium appropinquare fecit; quot annis antequam ego crearer, ſcriptam fuiſſe a Deo legem, reperis? Reſpondit Moſes*, 40. Dixit Adam, *Et num in eo ſcriptum reperiſti* [hæc verba] *Et rebellavit Adam in Dominum ſuum et erravit? Affirmante Moſe, Et numquid*, inquit, *me culpas quia fecerim illud, quod Deus de me ſcripſerat me facturum, antequam crearer* 40 *annis?* [imo ob rem قدر علي quæ *decreta eſt de me* antequam crearentur cœli et terra الف سنة بخمسين *annis quinquagies millibus*, ut Author libri كنز الاسرار e *Moſlemo?*] Dixit *Mohammedes*, فحج ادم موسي *et vicit certe Adam Moſem* hoc argumento, idque مرتين *bis*, ut in *Bochario* eſt, apud quem eadem narrantur ſed paulo contractius, hæc autem ad verbum fere verti prout in margine libri *Mogreb* deſcripta reperi. Eodem ſpectat et quod ab ipſo

غلبة في الصحة
Ebno'l Athir.

duobus *Moſainenſibus*, qui de hominum actionibus quæſiverant, num eſſent شي قضي عليهم ومضي فيهم من قدر سبق ام فيما يستقبلون *quid de ipſis prædeterminatum, et jam antea decretum, an quod ipſi poſtea patraverint*, reſponſum fertur, لا بل شي قضي عليهم *Non, ſed res quæ de ipſis prædeterminata fuit*. Cui et addi poteſt ab ipſo dictum السعيد من سعد في بطن امه والشقي من شقي في بطن امه *Felix eſt qui felix fuit* [ſcilicet, cui prædeterminata eſt felicitas] *in utero matris ſuæ; et miſer qui miſer fuit in utero matris ſuæ*. Hæc atque alia ejuſmodi dicta contra *Motazalos* afferuntur, quibus probetur illos *AlKadariorum* nomine a *Mohammede* indicatos; at e contra, ut *Al'Jabarios* eum hoc nomine innuiſſe probet *AlMotarrezi* hoc ipſius dictum citat, لعنت القدرية والمرجية علي لسان سبعين نبيا *Maledicti ſunt AlKadarii et AlMorjii lingua* 70 *Prophetarum*, in quo, quos per *AlKadarios* intelligeret interrogatum reſpondiſſe, قوم يزعمون ان الله قدر عليهم المعاصي وعذبهم عليها *Homines qui affirment Deum decreviſſe ipſis rebellionem, et ipſos ob eam punire*. Item illud *AlHaſani*, ان الله بعث محمدا الي العرب وهم قدرية مجبرة يحملون ذنوبهم علي الله تعالي *Deum miſiſſe Mohammedem ad Arabes, cum ipſi eſſent Kadarii, Jabarii, qui peccata ſua in Deum conjicerent*. Addit et, ad ſententiam ſuam confirmandam, ex *Alcorano* teſtimonium, اذا فعلوا فاحشة قالوا وجدنا عليها ابانا والله امرنا بها قل ان الله لا يامر بالفحشا *cum turpe aliquid commiſerint, dicunt, Invenimus patres noſtros eadem patraſſe, et Deus ea nobis præcepit; Dic, Deus non præcipit turpia*. Ita utraque harum ſectarum nomen illud dum a ſe amoliri ſatagit, *Mohammedem*

Sharho'l Tawalea *et* Ebno'lAthir. *in* شقي

V. et lib. الرد &c.

Digitized by Google

in partes ſuas trahit, parum interim Prophetæ ſui famæ conſulentes, qui hoc modo non ſatis memor, alias aliud affirmaſſe comperietur. Quod ſi *AlMotazalis* attribuatur *AlKadariorum* titulus, a قدرة *potentia* quam in homine ſtatuunt, petenda ejus notatio videtur لاسنادهم افعال العباد الي قدرتهم, ut loquitur Author *AlMawakef*, quod *opera hominum ipſorum potentiæ tribuant*, ſin *Al'Jabariis*, a قدر *Decretum*, a quo omnia neceſſitate immutabili fluere volunt; rationi enim conſentaneum, aiunt *Motazalorum* fautores, eſſe ut quis *ab* * *eo quod ſtatuit potius quam per antiphraſin ab eo quod neget denominetur*.

* لان الشي انما ينسب اليه المثبت لا النافي AlMogreb. P. 21. l. 21.

Contrarii AlKadariis ſunt Al'Jabarii, qui ab homine actionem aut poteſtatem in actionem, &c.] *Al'Jabarii* nomen habent ab الجبر *Al'Jabr*, quod ab *Arabum* Lexicographis, hac notione, non aliis explicatur verbis quam quod ſit contrarium τῶ القدر *AlKadr*, et *Al'Jabarii*, qui *AlKadariis* contrarii. Ex uſu Scholaſticorum, eſt نفي الصفات الحقيقية عن العبد واضافته الي الرب تعالي *Negatio attributorum realium de ſervo*, [i. e. in homine] *ut ea Domino aſcribantur*, ut *Shahreſtanius*, vel اسناد فعل العبد الي الله *ut attribuatur actio hominis Deo*, ut Author *AlMawakef*, et *Ebno'lKaſſai*. Vocis ergo ſignificatio quæ hic locum habet, ea eſt qua idem valet ac القهر *coactio*, eritque *Al'Jabarius*, ille qui hominem omnia *coactum* agere ſtatuat; ſcilicet vi decreti divini, a quo inevitabili neceſſitate ad omnia quæ agit facienda impellitur. Sic Hebræi المجبور vertunt מוכרח *coactum*, et הכרחת הכבר *neceſſitas, coactio*, ut videre eſt in Proleg. *Maimonidis* ad *Pirke Aboth:*

AlJauhar. Kamuſ, &c.

V. AlShahreſt. AlMawakef *et* Ebno'lKaſſai.

ſect. 8. &c. *Al'ſabariorum* autem diverſas ſtatuunt ſpecies, unam الخالصة *purorum*, qui لا يثبت للعبد فعلا ولا قدرة *non affirmari patiuntur in homine actionem nec potentiam ullam ad actionem*, vel circa actionem; alteram المتوسطة *mediorum* qui tribuunt homini قدرة غير موثرة اصلا *potentiam, ſed quæ nullam omnino habeat impreſſionem*, ſeu influentiam *in actionem*. Nam qui aſcribunt للقدرة الحادثة اثرا ما في الفعل *Potentiæ, in homine productæ, impreſſionem quandam in actionem*, quam كسبا *acquiſitionem* vocant, hos non vult *Shahreſtanius Al'ſabarios* dici; at Author libri *AlMawakef*, et *Ebno'lKaſſai* hos etiam *Al'ſabarios medios*, i. e. qui *mediam* tuentur ſententiam inter الجبر *neceſſitatis* aſſertionem, et التفويض *omnium* ipſi homini *permiſſionem* cenſeri volunt, qui attribuunt homini كسبا (ut vocant) *acquiſitionem*, ſeu concurſum in actione producenda quo ſibi laudem vel vituperium *acquirit*, (interim tamen بلا تاثير *abſque impreſſione* in ipſam actionem, ut interpolat Scholiaſtes in lib. *AlMawakef*,) ideoque *AlAſſharios* iis accenſent. Ut autem nominis كسب, cujus ſæpius apud eos hac in controverſia occurrit mentio, aliquam ſaltem habeamus notionem, illud *Ebno'lKaſſai* ſic deſcribentem audiamus. الكسب هو الفعل المقضي الي اجتلاب نفع او دفع ضر AlCaſb, *actio eſt quæ dirigitur ad afferendam utilitatem, vel amovendum damnum*, ideoque, inquit, non dicitur de actione Dei utpote qui nec ſibi *utilitatem* nec *damnum* acquirit.

Jam vero inter *Mohammedanos* tres præcipue (ne minutiores differentias et diſtinctionum ſubtilitates ſectemur)

Digitized by Google

de decreto Dei, et de hominis circa actiones ſuas potentia, ſententias reperiemus: prima eſt *Motazalorum*, de qua iis quæ jam dicta ſunt addere liceat ex *AlShahreſtanio*, ſtatuere illos ان الباري تعالي حكيم عادل لا يجوز ان يضاف اليه شر وظلم ولا يجوز ان يريد من العبد خلاف ما يامر ويحكم عليهم شيا ثم يجازيهم عليه فالعبد هو الفاعل للخير والشر والايمان والكفر والطاعة والمعصية وهو المجازي علي فعله والرب تعالي اقدره علي ذلك كله وافعال العباد محصورة في الحركات والسكنات والاعتمدات والنظر والعلم ويستحيل ان يخاطب العبد بافعل وهو لا يمكنه ان يفعل وهو يحس من نفسه الاقتدار والفعل ومن انكره فقد انكر الضرورة *Creatorem eſſe ſapientem et juſtum; nec attribuendum illi malum et iniquitatem; nec fieri poſſe ut velit ille in ſervo contrarium illius quod jubet, aut ſtatuat ſuper hominibus aliquid, deinde ob illud eos remuneret. Sed hominem Agentem eſſe, in bono et malo, et fide, et infidelitate; et obedientia, et rebellione; et remunerari ipſum ob actionem ſuam; Dominum autem poteſtatem illi ad hæc omnia* [*facienda*] *conceſſiſſe: et actiones hominum conſiſtere in motibus, et quiete, et ſtudio, et ſpeculatione, et ſcientia, et fieri non poſſe, ut dicatur homini, Fac, cum faciendi poteſtatem non habeat; quinimo ſentire eum in ſeipſo potentiam et actionem, et quicunque hoc negaverit, negare illud quod neceſſario ita ſe habeat.* Magnopere hoc refugiunt ut Deus author mali ſtatuatur, quod ut melius caveant nonnulli omnem ab eo circa malum potentiam amovent. *Alnodhami* ſententia eſt ان الله تعالي لا يوصف بالقدرة علي الشر والمعاصي وليست هي مقدورة للباري تعالي *Deo non attibuendam potentiam circa malum et rebelliones, nec dicenda eſſe cadere hæc ſub poteſtate Creatoris.*

Digitized by Google

Quod tamen affirmare eum ait *AlShahreſt.* خلافا لاصحابه *contra ſociorum ſuorum mentem,* affirmare ſiquidem eos بانه قادر عليها لكنه لا يفعلها لانها قبيحة *poſſe quidem illum facere, non autem facere quia turpe eſt,* imo eo proceſſit impius ille *Motazalorum* monachus *Mozdar,* ut diceret ان الله قادر علي ان يكذب ويظلم ولو فعل لكان الها ظالما كاذبا تعالي الله عما قاله علوا كبيرا *Poſſe Deum mentiri et injuriam facere, et ſi ita fecerit futurum Deum iniquum mendacem; a quo ejus dicto longiſſime abeſt Deus,* inquit Author *Sharho'lMawakef.* Quid interim ſentiat idem de *AlNodhamianorum* ſententia ex his ipſius verbis diſcimus, قالوا لا يقدر الله ان يفعل بعباده في الدنيا ما لا صلاح لهم فيه ولا يقدر ان يزيد في الاخرة او ينقص من ثواب وعقاب لاهل الجنة والنار وتوهموا ان غاية تنزيهه تعالي عن الشرور والقبايح لا يكون [*] بسلب قدرته عليها فهم في ذلك كمن هرب من المطر الي الميزاب *Dixerunt non eſſe Deo potentiam faciendi ſervis ſuis in mundo quod non ipſis commodum ſit, nec augendi in altero mundo, vel diminuendi præmium aut pœnam eorum qui in Paradiſo ſunt, vel in Inferno; imaginati non poſſe amotionem Dei in malis et ſceleribus perfici* [niſi] *ipſum potentia ſua quod ad ea ſpolient; quod dum faciunt ſunt ut qui fugiens pluviam, ad collicias ſe recipit.* Eandem ob cauſam (nempe ut quam longiſſime ab eorum ſententia qui Deum mali authorem ſtatuunt diſcederent) ſtatuerunt et e *Motazalis* alii (*Haſhamiani* ſcilicet, referente *AlShahreſtanio*) nullatenus admittendum ut dicatur, ان الله خلق الكافر *Deum creaſſe infidelem,* quia, inquiunt, الكافر كفر وانسان والله لا يخلق الكفر *Infidelis complexum quid eſt, ex infidelitate et ho-*

* *Deeſſe videtur* الا

mine, Deus autem infidelitatem non creat. Acer fuit et pertinax ſectæ hujus Author in opinionibus ſuis (inter quas eſt, nondum creata eſſe Paradiſum et Infernum) propugnandis, adeo ut كان يجوز القتل والغيلة علي المخالفين لمذهبه واخذ اموالهم غصبا وسرقة لاعتقاده كفرهم واستباحة دمايهم *Licere diceret illos qui ipſi contradicerent e medio tollere, et inſidias ſeu fraudem illis facere, et bona ipſorum vi aperta diripere vel furto auferre, eo quod eos pro infidelibus haberet, quorum ſanguinem fundere licitum eſſet.* Secunda ſententia eſt *Al'Jabariorum* rigidiorum, quales *Al'Jahamiani* (*Jahmi* cujuſdam, qui circa finem imperii *Ommiadarum* floruit ſecta) qui aſſerunt (referente *AlShahreſtanio*) ان الانسان ليس يقدر علي شيء ولا يوصف بالاستطاعة وانما هو مجبور في افعاله لا قدرة له ولا ارادة ولا اختيار وانما يخلق الله تعالي الافعال فيه علي حسب ما يخلق في ساير الجمادات وتنسب اليه الافعال مجازا كما تنسب الي الجمادات كما يقال اثمرت الشجرة وجري الما وتحرك الحجر والثواب والعقاب جبر كما ان الافعال جبر قال واذا ثبت الجبر والتكليف ايضا كان جبرا *Non poſſe hominem rem aliquem facere, neque attribui ipſi debere quod potentia præditus ſit, ſed illum coactum producere opera ſua, cum non ſit ipſi potentia nec voluntas, nec electio; creare autem Deum in ipſo actiones uti creat eas in rebus inanimatis; et attribui ipſi opera per Metaphoram, ut cum attribuuntur inanimatis; ſicut dicitur, Fructum facit arbor, et currit aqua, et movetur lapis &c. eſſe etiam præmium et pœnam ex iis quæ ex neceſſitate proveniunt, imo cum ſtatuatur coactio, ſeu neceſſitas, eſſe etiam mandatorum impoſitionem ex neceſſitate.* Hæc *Shahreſtanius.* Idem teſtatur et *AlMo-*

tarrezi, qui affirmare illos ait, انه لا فعل لاحد علي الحقيقة الا لله تعالي وان العباد فيهم من الافعال كالشجرة تحركها الريح *Non eſſe actionem revera cuipiam præter Deum; homines autem in iis quæ ipſis attribuuntur actionibus, ſe habere inſtar arboris quam movet ventus*, &c. unde et apud *Ebno'lKaſſai* hæc hujus ſectæ deſcriptio اصحاب الجهمية جهم بن صفوان قالوا لا قدرة للعبد اصلا لا مؤثرة ولا كاسبة بل هو بمنزلة الجمادات والجنة والنار تفنيان بعد دخول اهلها حتي لا يبقي موجود سوي الله *Al'Jahmiani ſocii ſunt Jahmi Ebn Sefwan, qui dicunt nullam eſſe omnino homini potentiam neque operantem, neque acquirentem; ſed eſſe eum eodem gradu quo inanimata; nec non futurum ut Paradiſus et ignis* [Gehennæ] *evaneſcant, poſtquam ingreſſi fuerint in eos qui iis digni, donec tandem non maneat exiſtens quicquam præter Deum.* Tertia demum ſententia eſt *Al'Jabariorum mediorum*, ſive moderatiorum, quales, *AlNajariani* et *AlDarariani*, nec non juxta Authorem *AlMawakef* et *Ebno'l-Kaſſai* (ut diximus) *AlAſhariani*. Statuunt *AlNajariani* (qui appellationem ab *AlHaſano Ebn Mohammed al'Najar* ſortiti) referente *AlShahreſtanio*, eſſe Deum خالق اعمال العباد خيرها وشرها حسنها وقبيحها والعبد مكتسب لها واثبت تاثيرا للقدرة الحادثة وسمي ذلك كسبا علي حسب ما يثبته الاشعري ووافقه ايضا في الاستطاعة مع الفعل *illum qui creet opera hominum tam bona quam mala, tam honeſta quam turpia; hominem autem ea acquirere. Statuit inſuper* [AlNajar] *eſſe potentiæ iſti novæ* [quæ in homine eſt] *impreſſionem in actiones*, [ſeu operationem] *quam* كسبا Caſban, i. e. Acquiſitionem *nominavit, eodem modo quo ſtatuit AlAſ-*

V. Shahreſt. et Ebno'lKaſſai.

Digitized by Google

ſharius, cum quo etiam ei convenit in eo quod affirment poteſtatem una cum actione. Sic et *AlDararianis* افعال العباد مخلوقة للباري تعالي حقيقة والعبد مكتسبهم حقيقة *Opera hominum ſunt vere creata a Deo Creatore, ea autem homo vere accquirit. AlAsſhariorum* autem quæ ſit ſententia docet nos *AlShahreſtanius*, nempe eſſe ارادته واحدة ازلية متعلقة بجميع المرادات من افعاله الخاصة وافعال عباده من حيث انها مخلوقة له لا من حيث انها مكتسبة لهم فعن هذا قال اراد الجميع خيرها وشرها ونفعها وضرها وكما اراد وعلم اراد من العباد ما علم وامر للقلم حتي كتب في اللوح المحفوظ فذلك حكمه وقضاوه وقدره الذي لا يتغير ولا يتبدل &c. *Voluntatem Dei unam, æternam, quæ applicet ſe omnibus quæ vult ex ipſius operibus propriis, et operibus ſervorum ſuorum, eo reſpectu quo ſunt ab eo creata, non eo quo ſunt ab ipſis acquiſita; ideoque dixit* [AlAsſharius] *vult omnia et quod boni eſt in illis et mali, et quod commodi et incommodi; et ſicut vult et novit, vult a ſervis quod novit, juſſitque calamum ea deſcribere in tabula apud ipſum repoſita; atque hoc eſt judicium ejus, et æternum ejus conſilium et decretum, quod non mutatur nec variatur*, &c. وتكليف ما لا يطاق جايز علي مذهبه *congruum etiam ſententiæ ipſius ut præcipiantur ea hominibus quibus præſtandis non ſunt.* Interim tamen dum potentiam aliquam in homine agnoverit, talem ſtatuiſſe videtur cui لا تاثير في الاحداث *nulla ſit vis in rebus de novo producendis*, غير ان الله تعالي اجري سننه بان يخلق عقيب القدرة الحادثة او تحتها ومعها الفعل الحاصل اذ اراده العبد وتجرد له ويسمي هذا الفعل كسبا فيكون خلقا من الله تعالي ابداعا واحداثا وكسبا من العبد حصولا تحت قدرته *Niſi quod Deus*

ita vias ſuas ordinaverit ut creet poſt potentiam creatam, aut ſub ea, et cum ea actionem quæ in promptu ſit quandocunque illam voluerit homo, et illi ſe accinxerit, quæ actio vocatur كسب Caſb, Acquiſitio; *et eſt reſpectu creationis a Deo, reſpectu productionis qua in medium profertur, et acquiſitionis, ab homine, cadens ſub potentia ejus.* Atque hæc ea eſt (teſte Authore *Sharho'lMawakef*) ſententia quæ pro orthodoxa habetur, cujus etiam verba apponere non gravabimur, quibus quid de hac quæſtione ſtatuendum ſentiat, enarrat, ſcilicet, ان افعال العباد الاختيارية واقعة بقدرة الله تعالي وحدها وليس بقدرتهم تاثير بل الله سبحانه اجري عادته بانه يوجد في العبد قدرة واختيارا فاذا لم يكن هناك مانع اوجد فعله المقدور مقارنا لهما فيكون فعل العبد مخلوقا لله تعالي ابداعا واحداثا ومكسوبا للعبد والمراد بكسبه اياه مقارنته لقدرته وارادته من غير ان يكون هناك تاثير ومدخل في وجوده سوي كونه محلا له وهذا مذهب الشيخ ابي الحسن الاشعري *Quod actiones hominum quæ electioni ſubjectæ ſunt, cadant ſub ſola Dei potentia; nec ſit ipſorum potentiæ in illas impreſſio; ſed ita res ordinare conſueverit Deus ut exiſtere faciat in homine potentiam et electionem; et cum nullum ſit impedimentum, exiſtere faciat actionem quæ potentiæ ejus ſubjicitur, cum illis conjunctam, quæ actio hominis, creata ſit a Deo, in medium prolata et acquiſita ab homine. Per acquiſitionem autem actionis, intelligenda conjunctio ejus cum potentia et voluntate ipſius, ita interim, ut nulla ſit ibi impreſſio vel influxus in ejus exiſtentiam, niſi quod ſubjectum ejus ſit* [homo] *atque hæc ſententia eſt Abil'Haſan AlAſharienſis.* Hæc ille: fuiſſe tamen et alios qui a partibus *Abil'Haſan* fuerint et

Digitized by Google

pro orthodoxis habeantur, qui aliter rem hanc explicandam cenſuerint, atque eſſe اثر للقدرة الحادثة *impreſſionem potentiæ creatæ* (hominis ſcilicet) *in actionem*, eamque potentiam illud eſſe quod الكسب *AlCaſb*, ſeu *Acquiſitio* audiat, patet ex *AlShahreſtanio*. Sed magis perſpicua res fiet ſi Authorem libri *Sharho'lTawalea* diverſas eorum ſententias, ſeu ejuſdem ſententiæ explicationes recitantem audiamus. Sic ergo ille قال الشيخ ابو الحسن الاشعري ان افعال العباد كلها واقعة بقدرة الله تعالي مخلوقة له ولا تاثير لقدرة العبد في مقدوره اصلا بل القدرة والمقدور واقعان بقدرة الله وقال القاضي ابو بكر ان ذات الفعل واقع بقدرة الله تعالي وكون الفعل طاعة كالصلوة ومعصية كالزنا صفات للفعل تقع بقدرة العبد وقال امام الحرمين وابو * الحسن البصري والحكما ان افعال العباد واقعة بقدرة خلقها الله تعالي في العبد فالله تعالي يوجد في العبد القدرة والارادة ثم تلك القدرة والارادة توجبان وجود المقدور وقال الاستاد ابو † الحسن الاسفرايني المؤثر في الفعل مجموع قدرة الله تعالي وقدرة العبد *Aſſerit* AlSheich Abu'lHaſan Aſſharienſis *facta hominum omnia evenire potentia Dei, ita ut ſint ab ipſo creata; nec ulla ſit omnino potentiæ hominis impreſſio in illud quod poteſtati ipſius ſubjectum eſt; ſed tum potentia, tum quod ſub potentia cadit eveniant potentia Dei. Dicit autem* AlKadi AbuBecr *facti ſubſtantiam evenire potentia Dei, at ut ſit factum illud vel obedientia, (ut oratio) vel tranſgreſſio (ut ſcortatio) eſſe hæc epitheta, ſeu conditiones facti quæ eveniant potentia hominis: at antiſtes AlHaramain,* [i.e. Meccæ et Medinæ] *et Abu'l‡Haſan Baſrienſis, et ſapientes aſſerunt, facta hominum provenire a potentia quam creavit Deus in homine, et producere Deum in homine*

* الحسين S.

† اسحق S.

‡ Hoſein S.

Digitized by Google

potentiam et voluntatem, deinde potentiam et voluntatem iſtas neceſſario producere quod ſub potentia cadit. Præceptor vero * *Abu'lHaſan AlEsfarayenenſis dicit illud quod impreſſionem facit in factum, eſſe potentiam Dei, et potentiam hominis conjunctim.* Has ubi ſententias retulerit, quæ contra *AlMotazalos* qui hominum actiones libero ipſorum arbitrio et potentiæ permittant, dixerat explicaturus, monet Majores ipſorum cum manifeſtam adverterent differentiam inter ea quæ ſub hominum electione cadant, et quæ neceſſario ab inanimatis, in quibus nulla eſt ſcientia vel electio, proveniant, atque interim iis urgerentur argumentis quæ probant ان الله خالق كل شي *Deum omnia creare*, ſeu producere, ideoque et ea quæ ab hominibus fiunt, ut hæc inter ſe conciliarent mediam ingreſſos viam affirmaſſe, الافعال واقعة بقدرة الله تعالي وكسب العبد علي معني ان الله تعالي اجري عادته بان العبد اذا صمم العزم علي الطاعة يخلق فعل الطاعة فيه واذا صمم العزم الي المعصية يخلق الله فعل المعصية فيه وعلي هذا يكون العبد كالموجد لفعله وان لم يكن موجدا *Facta provenire a potentia Dei, hominum autem acquiſitione; hoc ſenſu, quod Deus hoc ordine res fluere faciat, ut cum homo animum applicuerit ad obedientiam creet in eo actionem obedientiæ; et cum animum applicuerit ad tranſgreſſionem, creet in eo Deus actionem tranſgreſſionis; atque hoc reſpectu eſt homo quaſi exiſtere faciens* [ſeu, producens] *actionem ſuam, etſi non ſit revera ejus effector.* Sed et hoc (inquit) rurſus difficultatibus ſuis urgetur, cum illa ipſa animi intentio, ſit Dei opus, ita ut ſit لا مدخل للعبد اصلا *nullus omnino homini ingreſſus*, ſeu nullæ hominis in operibus ſuis pro-

* Abu Iſhak S.

Digitized by Google

ducendis partes, quam ob cauſam noluerunt majores in rem ſollicite inquiri, cum plerumque finis diſputationis de ea eſſet, vel ut tollerentur mandata et prohibitiones, vel ut ſocius Deo adjungeretur: qui vero his accuratius loqui voluerunt hac uſi ſunt formula لا جبر ولا تفويض بل الامر بين الامرين *nec coactio, nec libera permiſſio, ſed res media procedit via*, dum ſcilicet (ut volunt) Deus creet potentiam et voluntatem in homine, ويجعلهما بحيث لهما مدخل في الفعل *atque ita eas comparet ut in actionem ingrediantur*, "utpote a Deo hunc in modum creatæ, deinde "proveniat ab iis opus, cum omnia quæ creata [ſeu "producta ſunt] a Deo creentur, quædam immediate, "quædam intervenientibus mediis et cauſis, non quod "requirantur per ſe media iſta et cauſæ ut ingrediantur "ad productionem effectorum, ſed quod creaverit ea "Deus in homine, atque ita ordinaverit ut ſit illis in-"greſſus, atque ita ſint facta, ſub electione cadentia, quæ "homini aſcribuntur, مخلوقة لله مقدورة للعبد *creata a Deo*, "*hominis autem poteſtati ſubjecta*, illi ſcilicet, quam creavit "Deus in homine, ut apta eſſet ad ingrediendum in ope-"ris productionem." Satius autem eſt (inquit) ان يسلك في هذا المقام طريق السلف وتترك المناظرة فيه ويفوض علمه الي الله تعالي *ut hoc loco majorum via incedamus, et omittatur hac de re diſputatio; et permittatur ſcientia ejus Deo.* Atque ex his, quæ ſint diſcrepantes hac de controverſia Scholaſticorum apud *Arabes* ſententiæ, patet.

Æquitatem nominarunt, quam definiunt Ordinationem &c. Juſtitiam ſiquidem eſſe cum ut viſum eſt &c.] In العدل i. e. P. 21. l. 18. et 23. l. 6.

Æquitate ſeu Juſtitia definienda, eſt etiam inter ſectas prædictas differentia. Cum ſit ea ſcilicet *AlMotazalis* (referente *AlShahreſtanio,* iiſdem prorſus verbis quibus Author noſter) ما يقتضيه العقل من الحكمة وهو اصدار الفعل على وجه الصواب والمصلحة (quæ ad verbum ſonant,) *Quod ſtatuit intellectus ex ſapientia, eſtque illud efficere ut procedat actio ſecundum modum rectitudinis et convenientiæ,* illis autem qui اهل السنة audiunt definientibus notet ان الله تعالى عدل في افعاله بمعني انه متصرف في ملكه وملكه يفعل ما يشا ويحكم ما يريد فالعدل وضع الشي في موضعه وهو التصرف في الملك علي مقتضي المشية والظلم بضده *Deum juſtum eſſe in operibus ſuis, ſcilicet, verſari eum in poſſeſſione ſua et regno ſuo, ibique facere quod velit, et ſtatuere quod libuerit, Æquitatem vero* (ſeu Juſtitiam) *eſſe, cum res loco ſuo collocetur, atque eſſe illud cum verſetur quis in regno* [ſuo] *juxta illud quod ſtatuat voluntas, e contra autem ſe habere iniquitatem,* ſcilicet, ut ſit definiente *AlGazalio* التصرف في ملك الغير *Cum quis verſetur in dominio, ſeu poſſeſſione alterius,* quod (inquit) محال علي الله تعالي *fieri non poteſt ut Deo aſcribatur, qui omnium dominus eſt.*

الحكمة في العلم بالاشيا علي ما هي عليه والاتيان بالافعال علي ما ينبغي *Sharho'lMawakef.*

P. 23. l. 1. *Deo jus eſſe in creaturas ſuas, quid velit in illis faciendi, ita ut &c.*] Eadem fere verba apud *AlShahreſtanium* occurrunt, ubi *AlAſharienſis* placita recenſet, وهو مالك في خلقه يفعل ما يشا ويحكم ما يريد فلو دخل الخلايق باجمعهم الجنة لم يكن حيفا ولو ادخلهم النار لم يكن جورا اذ الظلم هو التصرف فيما لا يملكه المتصرف او وضع الشي في غير موضعه وهو المالك المطلق فلا يتصور منه ظلم ولا ينسب اليه جور &c. *Deus autem regnat in eo quod creavit univerſo, ita ut faciat quicquid*

Digitized by Google

velit et ſtatuat quicquid libeat; quod ſi omnes ſimul creaturas in Paradiſum intromitteret nulla in hoc foret iniquitas; vel ſi omnes in ignem immitteret, nulla hic eſſet injuſtitia; cum injuſtitia ſit ut quis res adminiſtrandas ſuſcipiat, ubi jus non habeat, aut res in loco non ſuo ponat; at cum ille rerum Dominus ſit abſolutus, affingi non poteſt ei iniquitas, neque attribui ei injuſtitia. Et paulo poſt, واصل التكليف لم يكن واجبا علي الله تعالي اذ لم يرجع اليه نفع ولا اندفع به عنه ضر وهو قادر علي مجازاة العبيد ثوابا وعقابا وقادر علي الافضال عليهم ابتدا تكرما وتفضلا والثواب والتفضل والنعيم واللطف كله منه فضلا والعقاب والعذاب كله عدل لا يسال عما يفعل وهم يسالون *Fundamentum autem impoſitionis mandatorum non eſſe quid Deo neceſſarium, cum nulla inde illi redeat utilitas, nec ullum ab eo pellatur hoc modo incommodum; et poſſit ipſe homines remunerare vel præmio vel pœna, aut erga illos gratiam exercere, primo libere et gratuito; quod ad præmium autem et gratuitam bonorum collationem et gaudium, et gratiam, eſſe hæc omnia benignitatem; pœnam vero et cruciatum, juſtitiam, nec ab illo quæri, Cur ita fecerit? ab illis autem quæri.* Sic Author *Sharho'lTawalea.* Dicunt (inquit) noſtri الثواب فضل من الله والعقاب عدل *Præmium, gratia eſt a Deo; et pœna, juſtitia:* وعمل الطاعة دليل علي حصول الثواب وفعل المعصية علامة العقاب *Obedientia autem* [erga Deum] *ſignum eſt præmii futuri, et tranſgreſſio, indicium pœnæ* [ſecuturæ]. Idem alibi الاعمال الصالحة امارات للسعادة والاعمال السيات علامات للشقاوة *Opera bona indicia ſunt felicitatis, et opera mala ſigna miſeriæ,* &c.

بلا استحقاق i. e. abſque merito. *Sharho'lMawakef.*

Jam quod ad Morjios, *aſſerunt illi* &c.] *AlMorjios* ſeu P. 23. l. 9.

AlMorjianos, ſectam a *Chawarejiis* diſtinctam ſtatuit *Al-Shahreſtanius*, qui, inquit, تكلموا في الايمان والعمل الا انهم وافقوا الخوارج في بعض المسايل التي تتعلق بالامامة *locuti ſunt de fide et operibus, niſi quod illis cum* Chawarejiis *conveniat in quæſtionibus quibuſdam quæ ad Antiſtitis munus ſpectant.* Juxta duplicem autem thematis رجا ſignificationem duplicem nominis hujus rationem aſſignat idem. Significare enim ait الارجا *alErja* primo التاخير *Dilationem*, inde dici poſſe *AlMorjianos* لانهم كانوا يوخرون العمل عن النية والعقد *quod poſtponerent opus intentioni et propoſito*, i. e. ut explicat author *Sharho'lMawakef*, يوخرونه في الرتبة عنها وعن الاعتقاد *in inferiori gradu collocarent, quam intentionem et fidei profeſſionem*; quæ et *AlFirauzabadii* ſententia eſt, سموا لتقديمهم القول وارجاهم العمل *Nomen inde habent, quod præferant dictum, et poſtponant opus.* Denotare ſecundo اعطا الرجا *Conceſſionem ſpei*, atque hoc etiam ſenſu manifeſtam eſſe nominis derivationem, quod afferant *AlMorjiani* ان لا يضر &c. *Non nocere cum fide tranſgreſſionem, ut nec prodeſſe cum infidelitate obedientiam.* Ab aliis exponi ait الارجا, quod ſit تاخير صاحب الكبيرة الي القيامة فلا يقضي عليه بحكم ما في الدنيا من كونه من اهل الجنة او من اهل النار i. e. *Dilatio ejus qui peccati gravis reus ſit, uſque ad reſurrectionem; ita ut non feratur de eo ſententia aliqua in hoc mundo, quod ſit vel de illis qui paradiſum ingredientur, vel de illis qui in ignem abjicientur*; atque hoc reſpectu eſſe *AlMorjios* et *Al-Waidios* ſectas inter ſe contrarias: atque hæc eſt quam probat *Ebno'lAthir* nominis hujus notatio; *AlMorjii*, inquit, هم فرقة من فرق الاسلام يعتقدون انه لا يضر مع الايمان

Digitized by Google

معصية كما لا ينفع مع الكفر طاعة سموا مرجية لاعتقادهم ان
اللة تعالي ارجا تعذيبهم علي المعاصي اي اخره عنهم *secta sunt e sectis Islamiticis, qui profitentur non nocere cum fide transgressionem; uti nec prodesse cum infidelitate obedientiam; nomen autem Morjianorum inde habent, quod asserant Deum differre pœnam ipsis ob transgressiones debitam, ne statim illos corripiat.* Nec multum diversus *AlMotarrezi* eos ait sic vocari, الذين لا يقطعون علي اهل الكباير بشي من عفو
او عقوبة بل يرجيون الحكم في ذلك اي يوخرونه الي يوم القيامة *qui nihil determinate pronuntiant de peccatorum graviorum reis, sive quod ad veniam, sive quod ad pœnam, sed differunt hac de re judicium usque ad diem resurrectionis.* Esse et aliam adhuc rationem, dicit, ob quam quibusdam nomen hoc meriti videntur, scilicet, تاخير علي عن درجة الاولي الي
الدرجة الرابعة *quod* Alim *de gradu primo ad gradum quartum deponant*, seu dimoveant; atque hoc sensu contrarios esse *Morjios AlShiis.* Porro, quatuor statuit *AlMorjiorum* species, quarum prima est مرجية الخوارج *Morjii Chawarejiorum*; secunda مرجية القدرية i. e. *Morjii AlKadariorum*; tertia, مرجية الجبرية *Morjii Al Jabariorum*; quarta, demum, المرجية الخالصة *Morjii puri*, qui et in sectas quinque divisi.

Morjiis adversi sunt AlWaïdii, &c.] *AlWaïdii Chawarejiis* accensendi, docente *AlShahrestanio*, للوعيدية داخلة في P. 23. l. 16.
الخوارج وهم القايلون بتكفير صاحب الكبيرة وتخليده في النار
AlWaïdii in AlChawarejiorum numero collocandi: sunt autem illi qui asserunt infidelem pronuntiandum quicunque peccatum grave commiserit; ipsumque perpetuo in igne mansurum. Quæ eorum sententia (ut jam antea innuimus)

Digitized by Google

anſam et originem dedit ſectæ *AlMotazalorum*. *AlShahreſtanii* verba quod plurium ſectarum originem, ſeu quo
Præf. 4. tempore ortæ ſint ſubindicent, apponemus: الوعيدية من الخوارج والمرجية من الجبرية والقدرية ابتدوا بدعتهم في زمان الحسن واعتزل الواصل عنهم وعن استاذه بالقول بالمنزلة بين المنزلتين فسمي هو واصحابه المعتزلة *AlWaïdii e Chawarejiis et AlMorjii ex Al'Jabariis, et AlKadarii hæreſes ſuas inchoarunt tempore AlHaſani* (Baſrienſis ſcilicet) *a quibus unaque præceptore ſuo cum ſe ſubduxiſſet Waſel, aſſerens gradum inter duos gradus*, (ſcilicet qui graviter peccaſſet nec pro fideli, nec pro infideli ſimpliciter habendum) *appellati ſunt ipſe et ſocii ejus, Motazali*. Nomen autem habent *AlWaïdii* a وعيد *Waid*, quod minas a Deo peccatoribus denuntiatas ſignificat.

P. 23. l. 16. *Pro fidei deſertore habent*] Seu, infidelem pronuntiant eum, qui peccatum aliquod grave commiſerit. His adhuc ſeverior *Jaafar Ebn Mobaſhſhar*, quidam ex *AlNodhamianis*, زعم ان سارق الحبة الواحدة فاسق منخلع من الايمان *affirmavit, qui vel unum granum furatus fuerit, impium eſſe et a fide prorſus defeciſſe*. Sed plura in hanc ſententiam (ان شا الله) infra ubi de *AlChawarejiis* agendum.

Ib. l. 18. *Ipſumque perpetuo in Gehenna manſurum, &c.*] E contra *Mokatel* quidam e *Morjiorum* ſecta quæ الثوبانية *AlThaubania* audit, aſſerebat ان المعصية لا يضر صاحب التوحيد والايمان *Non obeſſe tranſgreſſionem ei qui unitatem Dei agnoſcat, et fide præditus ſit, neque fidelem ignem ingreſſurum*. Item انه تعالي يغفر ما دون الكفر لا محالة وان المومن العاصي ربه يعذب يوم القيامة علي صراط علي متن جهنم بصببه

Digitized by Google

لفح النار ولهيبها فيتالم بذلك علي مقدار المعصية ثم يدخل الجنة &c. *Deum certo condonaturum quicquid citra infidelitatem fuerit, et Fidelem qui in Dominum ſuum rebellis fuerit punitum iri die reſurrectionis, ſuper via extenſa, ſupra medium Gehennæ, ubi calore et flamma ignis correptus cruciabitur juxta menſuram rebellionis; tum in Paradiſum admittetur.* Ex iiſdem *Baſharus* quidam (referente etiam *AlShareſtanio*) dixit ان ادخل اصحاب الكباير النار فانهم سيخرجون عنها بعد ان عذبوا بذنوبهم واما التخليد فيها فمحال وليس بعدل *Si immiſerit Deus peccatorum graviorum reos in ignem, illos tamen inde egreſſuros poſtquam pro peccatis ſuis pœnas dederint, ut vero in æternum ibi maneant nec fieri poſſe, nec cum juſtitia conſiſtere.* Quæ ipſiſſima fere videtur eſſe *Al-Aſſharianorum*, qui pro Orthodoxis habentur, ſententia, ipſo *Aſſharienſi*, apud *AlShahreſtanium*, ſic docente, صاحب الكبيرة اذا خرج من الدنيا من غير توبة يكون حكمه الي الله تعالي اما ان يغفر له برحمته واما ان يشفع فيه النبي اذ قال شفاعتي لاهل الكباير من امتي واما ان يعذبه بمقدار جرمه ثم يدخله الجنة برحمته ولا يجوز ان يخلد في النار مع الكفار لما ورد السمع من الاخراج من النار من كان في قلبه مثقال ذرة من الايمان &c. *Cum qui graviter peccaverit e mundo exierit ſine pœnitentia, permittendum eſt judicium ejus Deo, ſive ut illi condonet pro miſericordia ſua, ſive ut intercedat pro illo Propheta; Secundum illud quod dixit, Interceſſio mea erit pro iis e populo meo qui graviter peccarunt; ſive ut cruciet juxta menſuram ſceleris ejus, deinde illum pro miſericordia ſua in Paradiſum admittat, fieri autem non poteſt ut perpetuo maneat in igne cum infidelibus, ob illud quod pronuncia-*

tum audivimus, exiturum ex igne cuicunque fuerit pondus * *formiculæ de fide in corde ſuo. AlMotazalorum* doctrina huic ex diametro oppoſita eſt, referente eodem, ſcilicet *Mohammedanum* quempiam اذا خرج من غير توبة عن كبيرة ارتكبها استحقت الخلود في النار لكن يكون عقابه اخف من عقاب الكفار *Cum exierit* [e mundo] *ſine pœnitentia ob grave aliquod quod commiſerit peccatum, dignum eſſe qui in æternum igne crucietur; futuram tamen pœnam ipſius leviorem pœna infidelium. Waſeli* ejuſdem ſectæ patris de eo qui gravis peccati reus fuerit, hæc fuit ſententia; illum dum in hac vita eſſet في منزلة بين المنزلتين ſeu *medio quodam ſtatu collocandum*, ut nec pro fideli, nec prorſus infideli (ut diximus) habendus ſit, at اذا خرج عن الدنيا علي كبيرة من غير توبة فهو من اهل النار خالدا فيها اذ ليس في الاخرة الا الفريقان فريق في الجنة وفريق في السعير لكنه يخفف عليه العذاب وتكون دركته فوق دركة الكفار *Cum egreſſus fuerit e mundo peccati gravis reus, non acta pœnitentia, ingredi eum in ignem perpetuo cruciandum, cum duo ſint ſolum in altero mundo cœtus, quorum alter in Paradiſo, alter in Igne ſit; cruciatum vero ipſius leviorem eſſe, et gradum ipſius ſupra gradum infidelium.* Sunt rurſus qui tantum ab hoc abſunt ut quempiam in æternum igne in inferno cruciatum iri exiſtiment, ut nec ipſum ignem perpetuo duraturum putent. Ita docuit (ut vidimus) *Jahm*, quem *Jahmianorum* ſecta authorem habuit: ſcilicet, finem habituros Paradiſum et Ignem poſtquam eos ingreſſi fuerint qui iis deſtinati: verba autem illa Alcorani خالدين فيها i. e. *Perpetuo in iis manſuri*, intelligenda eſſe علي المبالغة والتاكيد دون الحقيقة في التخليد

* *ſive atomi.*

AlMotarez. et AlShahreſt.

Digitized by Google

كما يقال خلد الله ملك فلان *ad modum Hyperboles et majoris confirmationis, non quod revera significent illos in iis* (i. e. Paradiso et Inferno,) *in æternum mansuros, sicut dicitur, In seculum durare faciat Deus regnum* τῶ δεῖνος. Ab hoc rursum diversus *Al'Jahedh* (cujus et antea meminimus) quod ad eos qui igni adjudicantur statuit لا انهم يخلدون فيها عذابا بل يصيرون الي طبيعة النار *non perpetuo eos in illo cruciandos, sed in ejus naturam conversum iri,* insuper asserens, ان النار يجذب اهلها الي نفسها دون ان يدخل احد فيها *ignem ad se attrahere illi destinatos, nec quempiam in illum immitti.* Hi tamen omnes et Paradisum et Infernum in altero seculo statuunt, at secus *AlChattabiani* ex *AlShiis* (qui *AbilChattabi* cujusdam assecla) quibus est, referente *Ebno'lKassai,* الجنة نعيم الدنيا والنار الامها *Paradisus deliciæ hujus mundi, et ignis dolor ejus.* Affirmarunt (inquit *AlShahrestanius*) ان الدنيا لا يفني وان الجنة هي التي تصيب الناس من خير ونعمة وعافية وان النار هي التي تصيب الناس من شر ومشقة وبلية *Mundum non interiturum, Paradisum autem esse ea quæ contingant hominibus, bona, et delectationem, et sanitatem, Ignem vero ea quæ contingant hominibus mala, et molestiam et miseriam:* his primo positis, nihil mirum si ulterius progressi, استحلوا الخمر والزنا وسايرالمحرمات ودانوا بترك الفرايض والصلوة *licitum pronunciaverint vino et scortationi indulgere, et reliqua quæ lege vetita sunt perpetrare, et censuerint omittenda esse quæ lege mandata sunt, et orationem.*

Porro AlShii (*scilicet* Alis *sectatores*) *illi sunt &c.*] Eodem modo nec verbis multum differentibus, quinam P. 23. l. 20.

Digitized by Google

sint *AlShii* nos docet *AlShahreſtanius*: هم الذين شايعوا عليا علي الخصوص وقالوا بخلافته وامامته نصا ووصاية اما جليا او خفيا واعتقدوا ان الامامة لا يخرج من اولاده وان خرج فبظلم يكون من غيره او بتقية من عنده *Illi peculiariter ſunt qui ſe* * Ali *addixerunt, illum et* Chalifam *et Antiſtitem* [declaratum] *aſſerentes, teſtimonio et mandato, ſive manifeſto, ſive occulto, et profitentes Antiſtitis munus aliis quam ejus poſteris deferri non debere, quod ſi deferatur, fieri hoc ex parte aliorum, injuria, aut ex* † *ipſius parte præ metu.* Dicunt enim, ليست الامامة قضية مصلحية تناط باختيار العامة وينتصب الامام بنصبهم بل هي قضية اصولية هو ركن لا يجوز للرسول اغفاله واهماله ولا تفويضه الي العامة وارساله *non eſſe Antiſtitis munus negotium aliquod vulgare, quod ab arbitrio vulgi pendeat, ut Antiſtes ſit quemcunque illi muneri iſti præficere velint; ſed eſſe rem quæ ad fundamentum* [religionis] *pertinet, imo articulum quem non deceat prophetam neglectui habere, aut vulgi arbitrio permittere,* et quod tanti eſſe putarunt eorum nonnulli, ut الدين في معرفة الامام فقط *religionem in ſola Antiſtitis notitia conſiſtere ſtatuerint* (ut AlShahreſtanius, Cap. de الامامية). Sectæ eorum præcipuæ (eodem teſte) quinque ſunt; quæ tamen in alias pene innumeras ſcinduntur, adeo ut illud quod a *Mohammede* dictum fertur, abituros ſuos in plus quam 70 ſectas, nonnulli de *AlShiis* tantum intelligi velint. Placita autem omnium communia ſtatuit, القول بوجوب التعيين والتنصيص وثبوت عصمة الايمة وجوبا عن الكباير والصغاير والقول بالتولي والتبري قولا وفعلا وعقدا لا في حال التقية ويخالفهم بعض الزيدية في ذلك *Quod dicant neceſſaria eſſe peculiarem Antiſtitis deſignationem, et de eo teſtimo-*

* *Alias enim nomen generaliter ſignificat* اتباع الرجل وانصاره Kamus.

† *ſcilicet qui illud in ſe non ſuſcipit ex Aliis poſteris.*

Digitized by Google

nium [Mohammedis ſcilicet, vel Alcorani,] *et quod affirment neceſſario immunes ſe continere debere Antiſtites a peccatis tum gravioribus tum levioribus, quodque aſſerant profitendum eſſe unicuique quibus adhæreat, et a quibus ſe ſeparet, dicto, facto, et fœdere, nec locum eſſe diſſimulationi, quanquam in hoc quidam ex* AlZeidianis *a reliquis diſſentiant.* Quod ad alia, de quibus inter eos non convenit, ſunt ex illis qui ad *AlMotazalos* propius accedant, alii qui ad *Aſſimilatores*, alii qui ad eos qui traditioni et receptæ majorum conſuetudini innituntur, in quorum numero ponendus videtur *Mohammed Ebn Ali AlBaker*, cujus ſententiam de voluntate Dei hanc refert Shahreſtanius, ſcilicet ان الله تعالي اراد بنا شيا واراد منا شيا فما اراده بنا طواه عنا وما اراده منا اظهره لنا فما بالنا نشغل بما اراد بنا عما اراد منا *Deum velle in nobis aliquid, et velle a nobis aliquid; et quod in nobis vult, hoc a nobis occultaſſe; quod autem a nobis vult, hoc nobis revelaſſe. Quid autem rei eſt, quod circa ea quæ in nobis vult Deus occupati, ea quæ a nobis vult neglectui habeamus?* et quod ad Dei decretum, ſtatuiſſe eum هو امر بين امرين لا جبر ولا تفويض *eſſe rem in medio inter duo extrema poſitam, ut nec ſit coactio, nec libera permiſſio.* Inter orandum autem hanc adhibuiſſe formulam : اللهم لك الحمد ان اطعتك ولك الحجة ان اعصيتك لا صنع لي ولا لغيري في احسان ولا حجة لي ولا لغيري في اساة *O Deus, tibi laus eſt, ſi tibi obſecutus fuero, et tibi ratio* [ob quam condemner] *ſi in te rebellis fuero; non eſt mihi nec alii cuipiam beneficentia, cum bene fecerimus, nec mihi nec alii cuipiam ratio* [qua excuſemur] *cum male fecerimus.*

Digitized by Google

P. 25. l. 1. *Jam inter eos qui modum exceſſerunt ex AlShiis &c.*] Ad miras delapſi ineptias, quas referre piget, ſunt etiam qui inter eos maxime ſani; alii tamen alios inſania ſuperarunt, atque inde nomen الغالية ſeu غلاة الشيعة, quaſi dicas, *Qui modum excedunt.* Ii ſunt (inquit *AlShahreſtanius*) الذين غلوا في حق ايمتهم حتي اخرجوهم من حدود الخلقية وحكموا فيهم باحكام الالهية *qui in Antiſtitibus ſuis celebrandis adeo modum exceſſerunt ut ipſos extra rerum creatarum terminos evexerint, et divinas ipſis proprietates attribuerint.* Utrimque autem tranſgreſſi ſunt, dum et hominum ἀνθρώπων ſtatuerunt, et in Deo corporeitatem aſſeruerunt. Sic enim pergit ille, فربما شبهوا واحدا من الايمة بالاله وربما شبهوا الاله بالخلق وهم علي طرفي الغلو والتقصير *alias autem aſſimilarunt Antiſtitum aliquem Deo, alias Deum creaturæ: atque ita in utroque peccant extremo exceſſus et defectus.* Variæ ſunt et horum ſectæ, et variæ in diverſis regionibus appellationes. Fuit ex illis *Abdolla Ebn Saba* (quem Judæum fuiſſe perhibent, atque idem in Judaiſmo de *Joſua* filio *Nun* prædicaſſe) qui *Alim* ſalutaret انت انت *Tu es Tu*, i. e. انت الاله *Tu es Deus*, et ab hoc انشعبت اصناف الغلاة *diviſæ ſunt ſpecies eorum qui modum exceſſerunt*, quorum alii idem aut ejuſmodi alia de *Ali*, alii de aliquo ex ipſius poſteris affirmarent, et mortuum eum fuiſſe negarent, rediturumque olim in nubibus, terramque juſtitia impleturum. Inter poſteros ipſius magni apud ſuos nominis fuit *Mohammed* quidam, de quo hoc idem aſſeruerunt aſſeclæ ipſius, adeo ut ipſius reditum inter fidei articulos numeraverint. Atque hinc forſan error ille apud noſtros

C. de الغالية

C. de السبابية

AlShahreſt. C. de المختارية

Digitized by Google

quo vulgo creditur *Mohammediſtas* Prophetæ ſui reditum expectare. الغلاة autem ſeu ὑπέρμετροι iſti, licet in aliis diverſum ſentiant, unanimiter tamen ſtatuunt التناسخ μετεμψύχωσιν et الحلول i. e. explicante *AlShahreſtanio*, ان الله تعالي قايم بكل مكان ناطق بكل لسان ظاهر بشخص من اشخاص البشر *eſſe Deum in omni loco, loqui omni lingua, atque apparere in perſona aliqua individua.* Inde aſſeruerunt eorum nonnulli eſſe Antiſtites انبيا ثم الهة Prophetas, deinde Deos. Cap. de الخطابية

AlNoſairii] Hos cum *Iſacianis* conjungit *AlShahreſtanius*, ſed unde appellati ſint, (ut in reliquis ſolet ſectis) non docet, tantum dicit eſſe ipſos ex eorum numero qui modum exceſſerunt, atque eſſe ipſis جماعة ينصرون مذهبهم *turbam quæ ſectam eorum adjuvaret ſeu promoveret.* Num inde forſan nomen hoc ſortiti ſunt? Dicunt hi pro conceſſo haberi, ظهور الروحاني بالجسد الجسماني *apparere ſubſtantias ſpirituales in corporibus craſſioribus*, ſic alias Angelos, alias Diabolum apparuiſſe. Afferunt ergo et ipſi ان الله تعالي ظهر بصورة اشخاص ولما لم يكن بعد رسول الله شخص افضل من علي وبعده اولاده المخصوصون هم خير البرية فظهور الحق بصورتهم ونطق بلسانهم واخذ بايديهم فعن هذا اطلقنا اسم الالهية عليهم *Deum apparere forma hominum quorundam; cumque non ſit poſt Mohammedem inter homines præſtantior quam Ali, et poſt ipſum filii ipſius, nomine deſignati, hominum præſtantiſſimi ſint, apparuiſſe Deum forma ipſorum, locutum ipſorum lingua, et manibus ipſorum uſum, ideoque (inquiunt) Deitatis appellationem ipſis tribuimus.* Quin et multa *Alis* facta narrant miranda, atque inter cætera P. 25. l. 2.

P. 25. l. 1. *Jam inter eos qui modum exceſſerunt ex AlShiis &c.*] Ad miras delapſi ineptias, quas referre piget, ſunt etiam qui inter eos maxime ſani; alii tamen alios inſania ſuperarunt, atque inde nomen الغالية ſeu غلاة الشيعة, quaſi dicas, *Qui modum excedunt*. Ii ſunt (inquit *AlShahreſtanius*) الذين غلوا في حق ايمتهم حتي اخرجوهم من حدود الخلقية وحكموا فيهم باحكام الالهية *qui in Antiſtitibus ſuis celebrandis adeo modum exceſſerunt ut ipſos extra rerum creatarum terminos evexerint, et divinas ipſis proprietates attribuerint*. Utrimque autem tranſgreſſi ſunt, dum et hominum ἀνθρώπων ſtatuerunt, et in Deo corporeitatem aſſeruerunt. Sic enim pergit ille, فربما شبهوا واحدا من الايمة بالاله وربما شبهوا الالـه بالخلق وهم علي طرفي الغلو والتقصير *alias autem aſſimilarunt Antiſtitum aliquem Deo, alias Deum creaturæ: atque ita in utroque peccant extremo exceſſus et defectus*. Variæ ſunt et horum ſectæ, et variæ in diverſis regionibus appellationes. Fuit ex illis *Abdolla Ebn Saba* (quem Judæum fuiſſe perhibent, atque idem in Judaiſmo de *Joſua* filio *Nun* prædicaſſe) qui *Alim* ſalutaret انت انت *Tu es Tu*, i. e. انت الاله *Tu es Deus*, et ab hoc انشعبت اصناف الغلاة *diviſæ ſunt ſpecies eorum qui modum exceſſerunt*, quorum alii idem aut ejuſmodi alia de *Ali*, alii de aliquo ex ipſius poſteris affirmarent, et mortuum eum fuiſſe negarent, rediturumque olim in nubibus, terramque juſtitia impleturum. Inter poſteros ipſius magni apud ſuos nominis fuit *Mohammed* quidam, de quo hoc idem aſſeruerunt aſſeclæ ipſius, adeo ut ipſius reditum inter fidei articulos numeraverint. Atque hinc forſan error ille apud noſtros

C. de الغالية

C. de السبابية

AlShahreſt. C. de المختارية

Digitized by Google

quo vulgo creditur *Mohammediſtas* Prophetæ ſui reditum expectare. الغلاة autem ſeu ὑπέρμαχοι iſti, licet in aliis diverſum ſentiant, unanimiter tamen ſtatuunt التناسخ μετεμψύχωσιν et الحلول i. e. explicante *AlShahreſtanio*, ان الله تعالي قايم بكل مكان ناطق بكل لسان ظاهر بشخص من اشخاص البشر Cap. de الخطابية *eſſe Deum in omni loco, loqui omni lingua, atque apparere in perſona aliqua individua.* Inde aſſeruerunt eorum nonnulli eſſe Antiſtites انبيا ثم الهة Prophetas, deinde Deos.

AlNoſairii] Hos cum *Iſacianis* conjungit *AlShahreſtanius*, ſed unde appellati ſint, (ut in reliquis ſolet ſectis) non docet, tantum dicit eſſe ipſos ex eorum numero qui modum exceſſerunt, atque eſſe ipſis جماعة ينصرون مذهبهم *turbam quæ ſectam eorum adjuvaret ſeu promoveret.* Num inde forſan nomen hoc ſortiti ſunt? Dicunt hi pro conceſſo haberi, ظهور الروحاني بالجسد الجسماني *apparere ſubſtantias ſpirituales in corporibus craſſioribus*, ſic alias Angelos, alias Diabolum apparuiſſe. Afferunt ergo et ipſi ان الله تعالي ظهر بصورة اشخاص وما لم يكن بعد رسول الله شخص افضل من علي وبعده اولاده المخصوصون هم خير البرية فظهور الحق بصورتهم ونطقه بلسانهم واخذ بايديهم فعن هذا اطلقنا اسم الالهية عليهم *Deum apparere forma hominum quorundam; cumque non ſit poſt Mohammedem inter homines præſtantior quam Ali, et poſt ipſum filii ipſius, nomine deſignati, hominum præſtantiſſimi ſint, apparuiſſe Deum forma ipſorum, locutum ipſorum lingua, et manibus ipſorum uſum, ideoque (inquiunt) Deitatis appellationem ipſis tribuimus.* Quin et multa *Alis* facta narrant miranda, atque inter cætera P. 25. l. 2.

Digitized by Google

quod portas *Chaibar* loco moverit, quod esse volunt من اجل الدليل علي ان فيه جزوا الهيا وقوة ربانية *argumentum manifestum, fuisse in eo particulam aliquam divinam, et potentiam cælestem*, eumque fuisse ipsum الذي ظهر الاله بصورته وخلقت بيديه وامر بلسانه وعن هذا قالوا كان هو موجود قبل خلق السموات والارض *cujus forma apparuit Deus, cujusque manibus* [opera sua] *creavit, et cujus lingua præcepta dedit, ideoque dixerunt extitisse ipsum ante creationem cælorum et terræ*. Ita impie detorquere videntur quædam quæ de Christo in Scripturis dicuntur, ut de *Ali* eadem affirment. Porro ita distingui possunt *AlShii* ut sint ex iis, qui dicant بالتوقف والانتظار والرجعة *sistendum atque expectandum dum redeat Antistes*, scilicet, interruptam esse dudum Antistitum seriem, rediturum autem aliquando qui * ultimus (ex eorum sententia) cum esset, disparuit, et indiciis, de quibus dubitari non possit, patefaciendum, dicti hi الواقفية *AlWakefii*, alii autem qui dicant بالسوق والتعدية, scilicet, *continuari Antistites*, nec deficere unquam qui munere illo fungatur. Imo sunt qui asserant fieri posse ut sint duo simul Antistites in diversis terræ regionibus, quorum si alter alteri contrarium statuat, uterque tamen æquum rectumque statuat, وان افتي باستحلال دم الامام الاخر *etiamsi sanguinem alterius fundi jusserit*. Quod autem diximus *AlShiios* eo insaniæ delapsos ut Antistites suos Deitatis participes statuant, sibique hoc arrogaverint nonnulli qui munus illud vendicaverint, commune fere est illis cum aliis *Mohammedanorum* sectis delirium, apud quos reperti sunt quam plurimi qui magnam cum cœlo

C. de الامامية

* *Nam alii alium ultimum Antistitum statuunt.* v. C. de الباقرية et الاثنا عشرية v. C. de الصالحية

Digitized by Google

affinitatem, et revelationes neſcio quas apud credulum vulgus jactitaverint, quorum et morem deſcribentem et quid de ipſis cenſendum fuerit ſtatuentem audiamus *Ahmedem AlGhazalium*, qui de *Sufiorum* quorundam Sermonibus quibus mutuum inter ſe et Deum amorem, et arctam cum eo familiaritatem, quæ omnem operum externorum curam ſupervacaneam reddat, profiteri ſoleant, verba faciens, hæc habet: انتهي قوم الي دعوي الاتحاد وارتفاع الحجاب والمشاهدة بالروبا والمشافهة بالخطاب فيقولون قيل لنا كذا وقلنا كذا ويتشبهون فيه بالحسين الحلاج الذي قتل وصلب لاجل اطلاقه كلمات من هذا الجنس ويستشهدون فيه بقوله انا الحق وبما يحكي عن يزيد البسطامي انه قال سبحاني سبحاني وهذا فن الكلام عظيم ضرره في العوام حتي ترك جماعة من اهل الفلاحة فلاحتهم واظهروا مثل هذه الدعاوي فان هذا الكلام يستلذه الطبع اذ فيه البطالة عن الاعمال مع تزكية النفس بدرك المقامات والاحوال فلا يعجز الاغبيا عن دعوي ذلك لانفسهم ولا عن تلفيق كلمات مخطبة مزخرفة ومهما انكر عليهم ذلك لم يعجزوا ان يقولوا ان هذا انكار مصدره العلم والجدل والعلم حجاب والجدل عمل النفس وهذا الحديث لا يلوح الا من الباطن بمكاشفة نور الحق فهذا الحق مما قد استطار في بعض البلاد شرره وعظم ضرره ومن نطق بشي منه فقتله افضل في دين الله من احيا عشرة *Eo proceſſit res ut quidam unionem cum Deo, ejuſque ſublato velo viſionem, et colloquium familiare jactitent, dicentes, Dictum eſt nobis ita, et Nos ita diximus, et ſimiles videri volunt Hoſaino AlHallajio [cuidam], qui morte multatus et cruci affixus eſt ob verba quædam hujus generis ab ipſo prolata, quod ſcilicet (prout teſtibus idoneis comprobatum eſt) dixerit,* انا الحق *Ego ſum* * *Veritas* [ſeu

Al. ex. مخبطة

* الحق من اسمايه تعالي او من صفاته *E nominibus Dei aut attributis ejus.* Kamus.

Deus verus] ; *uti et narratur de Abi Yezido AlBeſtamienſi, dixiſſe ipſum,* سبحاني سبحاني *Laus mihi, Laus mihi,* [ſeu, Celebrandus ego laudibus divinis]. *Eſt autem genus hoc ſermonum, magnorum apud vulgus malorum cauſa, adeo ut agricolæ nonnulli terræ cultura relicta talia ſibi vendicaverint ; cum ſcilicet delectetur natura hujuſmodi ſermonibus, qui opera negligere permittant, cum opinione interim animum mundandi, aſſecutione graduum et proprietatum neſcio quarum. Nec quid impedit quo minus hominum etiam ſtupidiſſimi talia de ſe prædicent, et facile iſtiuſmodi ſibi verba futilia arripiant, et cum quod dicunt verum eſſe negetur, regerant, Incredulitatem iſtam procedere a Scientia et Logica, Scientiam autem velum eſſe, Logicam opus mentis, hæc autem quæ ipſi dicunt non apparere niſi intrinſecus lumine veri detecta; atqui hoc quod verum haberi volunt illud eſt cujus ſcintillæ per regiones aliquot diſſiluerint, et quod magna pepererit mala, adeo ut unum eorum qui futilia iſtiuſmodi blateret morte afficere, religioni Dei convenientius ſit, quam decem vivos conſervare.* Hæc *AlGhazali.*

P. 25. l. 8. *AlShiis contrarii ſunt Chawarigii: &c.*] Seu *Charejii* potius. Quinam illi ſint docet *AlShahreſtanius* his verbis:

يخرجون من طاعة الامام المفترض الطاعة *Ebno'l Atbir.*

كل من خرج علي الامام الحق الذي اتفقت الجماعة عليه يسمي خارجيا سوا كان الخروج في ايام الصحابة علي الايمة الراشدين او كان بعدهم علي التابعين *Quicunque prodierit contra Antiſtitem legitimum qui conſenſu publico receptus eſt, appellatur* Charejius, *ſive egreſſus fuerit tempore ſociorum* [Mohammedis] *contra Antiſtites illos orthodoxos, ſive poſtea, contra ſucceſſores eorum.* Nomen ergo ab egrediendo ſortiti ſunt,

Digitized by Google

quod ab obedientia Antiſtiti debita abſcedant, ſeu ab eo deſciſcant. *Defectores*, *Rebelles*, reddere licet. * Alium tamen forſan ejuſdem thematis ſignificatum reſpexiſſe videtur *Ebno'lKaſſai* dum eos ſic deſcribit, الخوارج هم الذين ياخذون العشر من غير اذن سلطان *AlCharejii ſunt qui tributum accipiunt abſque regis venia*. Primi hoc titulo notati ſunt quidam qui ab *Ali* deſciverunt, poſtquam cum eo fuiſſent في حرب صفين *in prælio Seffini*: ſcilicet 12 illa virorum millia quos narrat † *Hiſtoriæ Saracenicæ* author *Alim* deſeruiſſe, improbantes certorum hominum arbitrium, conſtituto ſibi duce *Abdallah* filio *Wahabi* الراسبي *AlRaſebienſi*: male enim in exemplari *Erpeniano* legitur الراستي quod Latine expreſſit vir doctiſſimus, et literarum Orientalium promotor egregius, *Raſitæum*, apud quem corrigendum etiam quod dicit, [Anno 38 occurrerunt *Alis* et *Abdallah* filius *Wahabi AlBaraſio* cum ſociis ejus *Chawarijiis*] et legendum, Occurrit *Alis Abdallaho* filio *Wahabi AlRaſebienſi*, cum ſociis ejus *Charejiis*: ut pro البراشي reponatur الراسبي aliorum, qui eandem narrant hiſtoriam, fide. Nam idem hic *Abdallah* qui ſupra, non jam *Alis* ſocius, ſed *Charejiorum* dux, et quem primum ſibi Antiſtitem præfecerunt, teſte *AlShahreſtanio*. Hi vero qui ab *Ali* ideo deſciverunt quod hominum arbitrio ad litem inter ſe et *Moawiam* componendam, (quanquam ipſorum primum impulſu) acquieſceret, inde dicti ſunt المحكمة *AlMohaccemii*, quod ſcilicet primus eorum, audito inter *Alim* et *Moawiam* conveniſſe de arbitris ſtatuendis, diceret, اتحكم في دين الله لا حكم الا لله *Num res*

* *Scilicet* خراج *Vectigal, Tributum.*

† Elmacin. p. 39.

AlShahreſt. in C. de المحكمة

ad religionem Dei ſpectantes hominum judicio permittes? non eſt judicium niſi Deo. Duo hæreſeos eorum fundamenta hæc ponit *AlShahreſtanius:* 1. انهم جوزوا ان يكون الامام من غير قريش *&c. Quod Antiſtitis muneri idoneum cenſeant etiam qui non ſit genere Koraiſhita, modo juſtus ſit ac pius, aliiſque quæ ad munus illud requiruntur dotibus inſtructus*; quod ſi a veritate declinaverit, وجب قتله وعزله *interficiendum, aut imperio privandum*; ſtatuantque fieri poſſe ut nullus ſit omnino in mundo Antiſtes; quod ſi احتيج اليه فيكون عبدا او حرا او نبطيا او قريشيا *neceſſitas poſtulet ut præficiatur aliquis, licere ut ſit vel ſervus, vel liber, vel Nabatæus, vel Koraiſhita.* 2. Quod dicant اخطا علي في التحكيم اذ حكم الرجال ولا حكم الا لله *Peccavit Ali in arbitris ſtatuendis, quod rem hominum judicio permiſerit, cum non ſit judicium niſi penes Deum,* atque eouſque proceſſerint ut eum infidelitatis arguerint ac maledictis inceſſerint. Refert autem author Hiſtoriæ *Saracenicæ Alim* anno Hejræ 38 hos omnes (eos ſcilicet qui in errore ſuo perſtiterunt, *Abdallahum* filium *Wahabi* ducem ſecuti) occidiſſe, ita ut ne unus quidem evaderet. Sic et *Abu'lFeda* (niſi quod anno 37 factum narret;) قتلوا عن اخرهم ولم يقتل من اصحاب علي سوي سبعة انفس *Occiſi ſunt ad unum omnes, ſeptem tantum e ſociis Alis interfectis:* idem aſſerit et *Al'Jannabius* استاصلهم بالقتل عن اخرهم ولم يقتل من اصحاب علي سوي ستة انفس *Internecione eos delevit, cum e ſociis Alis ſex tantum occiſi eſſent.* At paulo aliter vel diſtinctius rem narrat *AlShahreſtanius,* قاتلهم علي بالنهروان مقاتلة شديدة فلا انفلت منهم الا اقل من عشرة فما قتل من المسلمين الا اقل

من عشرة فانهزم اثنان منهم الي عمان واثنان الي كرمان واثنان الي سجستان واثنان الي الجزيرة وواحد الي تل موزون باليمن وظهرت بدع الخوارج في هذه المواضع منهم وبقيت الي اليوم *Acri eos certamine aggreſſus eſt* Ali *in* Nahrawan, *adeo ut non evaderent ex ipſis niſi pauciores decem, cum ex Orthodoxis qui occiderentur infra decem eſſent. Fugerunt autem ex iis duo in* Ommanum, *duo in* Carmaniam, *duo in* Sejeſtanum, *et duo in* Jazirah, *unus autem ad* Tel Maurun *in* Yaman, *atque inde orta eſt* Charejiorum *hæreſis, quæ iſtis in locis ad hunc uſque diem permanſit.* Sectæ eorum complures, quarum tamen præcipuæ, præter *Mohaccemias* jam dictos, ſex ſunt, (cæteræ فروعهم *earum ſurculi*) quæ licet aliis in rebus multum inter ſe diſcrepent, tamen يجمعهم القول بالتبري عن عثمان وعلي ويقدمون ذلك علي كل طاعة ولا يصححون المناكحات الا علي ذلك ويكفرون اصحاب الكباير ويرون الخروج علي الامام اذا خالف السنة حقا واجبا *commune hoc eſt omnibus, ut* Othmano *et* Ali *penitus renunciandum ſtatuant, atque hoc omni cultui præferant, nec alia conditione nuptias contrahere permittant, et pro infidelibus habeant peccatorum graviorum reos, et neceſſarium putent Antiſtiti cum legem tranſgreſſus fuerit ſe opponere.* Multum inter eos diſputatur de infantum tam fidelium (quos vocant) quam infidelium ſtatu poſt hanc vitam, et quomodo erga eos in hac vita ſe gerere debeant.

Ut nullus ſit omnino in mundo Antiſtes] Illis quæ ex *Al-Shahreſtanio* jam dicta ſunt addere liceat quæ idem de ſecta eorum quæ النجدات audit, *Nojdahi* ſcilicet cujuſdam aſſeclis, aſſerit, ſtatuere illos انه لا حاجة للناس الي امام قط P. 25. l. 12.

ad religionem Dei ſpectantes hominum judicio permittes? non eſt judicium niſi Deo. Duo hæreſeos eorum fundamenta hæc ponit *AlShahreſtanius:* 1. انهم جوزوا ان يكون الامام من غير قريش *&c. Quod Antiſtitis muneri idoneum cenſeant etiam qui non ſit genere Koraiſhita, modo juſtus ſit ac pius, aliiſque quæ ad munus illud requiruntur dotibus inſtructus*; quod ſi a veritate declinaverit, وجب قتله وعزله *interficiendum, aut imperio privandum*; ſtatuantque fieri poſſe ut nullus ſit omnino in mundo Antiſtes; quod ſi احتيج اليه فيكون عبدا او حرا او نبطيا او قريشيا *neceſſitas poſtulet ut præficiatur aliquis, licere ut ſit vel ſervus, vel liber, vel Nabatæus, vel Koraiſhita.* 2. Quod dicant اخطا علي في التحكيم اذ حكم الرجال ولا حكم الا لله *Peccavit Ali in arbitris ſtatuendis, quod rem hominum judicio permiſerit, cum non ſit judicium niſi penes Deum*, atque eouſque proceſſerint ut eum infidelitatis arguerint ac maledictis inceſſerint. Refert autem author Hiſtoriæ *Saracenicæ Alim* anno Hejræ 38 hos omnes (eos ſcilicet qui in errore ſuo perſtiterunt, *Abdallahum* filium *Wahabi* ducem ſecuti) occidiſſe, ita ut ne unus quidem evaderet. Sic et *Abu'lFeda* (niſi quod anno 37 factum narret;) قتلوا عن اخرهم ولم يقتل من اصحاب علي سوي سبعة انفس *Occiſi ſunt ad unum omnes, ſeptem tantum e ſociis Alis interfectis:* idem afferit et *Al'Jannabius* استاصلهم بالقتل عن اخرهم ولم يقتل من اصحاب علي سوي ستة انفس *Internecione eos delevit, cum e ſociis Alis ſex tantum occiſi eſſent.* At paulo aliter vel diſtinctius rem narrat *AlShahreſtanius,* قاتلهم علي بالنهروان مقاتلة شديدة فلا انفلت منهم الا اقل من عشرة فما قتل من المسلمين الا اقل

من عشرة فانهزم اثنان منهم الي عمان واثنان الي كرمان واثنان الي سجستان واثنان الي الجزيرة وواحد الي تل مورون باليمن وظهرت بدع الخوارج في هذه المواضع منهم وبقيت الي اليوم *Acri eos certamine aggreſſus eſt* Ali *in* Nahrawan, *adeo ut non evaderent ex ipſis niſi pauciores decem, cum ex Orthodoxis qui occiderentur infra decem eſſent. Fugerunt autem ex iis duo in* Ommanum, *duo in* Carmaniam, *duo in* Sejeſtanum, *et duo in* Jazirah, *unus autem ad* Tel Maurun *in* Yaman, *atque inde orta eſt* Charejiorum *hæreſis, quæ iſtis in locis ad hunc uſque diem permanſit.* Sectæ eorum complures, quarum tamen præcipuæ, præter *Mahaccemias* jam dictos, ſex ſunt, (cæteræ فروعهم *earum ſurculi*) quæ licet aliis in rebus multum inter ſe diſcrepent, tamen يجمعهم القول بالتبري عن عثمان وعلي ويقدمون ذلك علي كل طاعة ولا يصححون المناكحات الا علي ذلك ويكفرون اصحاب الكباير ويرون الخروج علي الامام اذا خالف السنة حقا واجبا *commune hoc eſt omnibus, ut* Othmano *et* Ali *penitus renunciandum ſtatuant, atque hoc omni cultui præferant, nec alia conditione nuptias contrahere permittant, et pro infidelibus habeant peccatorum graviorum reos, et neceſſarium putent Antiſtiti cum legem tranſgreſſus fuerit ſe opponere.* Multum inter eos diſputatur de infantum tam fidelium (quos vocant) quam infidelium ſtatu poſt hanc vitam, et quomodo erga eos in hac vita ſe gerere debeant.

Ut nullus ſit omnino in mundo Antiſtes] Illis quæ ex *Al-Shahreſtanio* jam dicta ſunt addere liceat quæ idem de ſecta eorum quæ النجدات audit, *Nojdahi* ſcilicet cujuſdam aſſeclis, aſſerit, ſtatuere illos انهٔ لا حاجة للناس الي امام قط P. 25. l. 12.

وانما عليهم ان يتناصفوا فيما بينهم فان هم راوا ان ذلك لا يتم الا بامام يحملهم عليه فاقاموه جاز *Non esse opus hominibus Antistite omnino, sed illis incumbere ut juste inter se agant: quod si viderint illud perfici non posse nisi ope Antistitis qui ad illud eos impellat, ideoque eum constituant, licitum esse.*

Porro controversia ista de Antistitis officio et necessitate apud Scholasticos agitatur, apud quos quæri solet; 1. De necessitate præficiendi Antistitem. 2. De proprietatibus Antistitis, seu conditionibus in eo qui muneri illi sustinendo idoneus sit requisitis. 3. Unde pendeat ut quis ad gradum illum rite promoveatur. 4. De legitimo *Mohammedis* in munere isto successore, &c. الامام *AlEmam* interim seu *Antistes* is apud illos vocatur qui toti *Mohammedanorum* genti præsit في امور الدين والدنيا *tam in rebus quæ ad religionem, quam quæ ad mundum spectant*, ut loquitur author libri *AlMawakef*, sive, ut aliter describunt, qui *Mohammedis* in his omnibus vices gerat في اقامة قوانين الشرع وحفظ حوزة الملة *ad legis canones confirmandos, et religionis pomœria conservanda*, cui omnes obsequium præstare tenentur.

P. 25. l. 13. *Competere ut sit vel servus, vel liber, vel* Nabatæus, *vel* Koraishita] النبط *AlNabat* (inquit *AlMotarrezi*) جيل من الناس بسواد العراق *genus est hominum qui in Eraki pagis degunt*, quorum unus aliquis نبطي *Nabatæus* dicitur: esse autem monet loquendi formulas in quibus idem sonet *Nabatæus* ac العامي *e vulgi fæce* aliquis, seu infimæ sortis homo, quod idem locum hic habere videtur, cum *Koraishitis*, nobilissimæ et elegantiæ laude clarissimæ apud

Digitized by Google

Arabes tribui, rude hoc et agreſte hominum genus opponatur.

Diſcrepantes variarum apud *Mohammediſtas* ſectarum, de nonnullis fidei articulis, ſententias vidimus. Erunt forſan qui ſcire aveant quænam tandem ſint, quæ illi qui pro Orthodoxis habentur, unicuique neceſſario credenda putent. Eorum in gratiam, luculentam fidei ipſorum confeſſionem, prout ab *AlGhazalio*, præcipuæ apud eos notæ ſcriptore, deſcripta eſt, apponere libet. Hæc igitur juxta ipſum eſt ترجمة عقيدة اهل السنة *Interpretatio confeſſionis fidei Orthodoxorum*, quæ duorum verborum teſtimonii, ſeu, confeſſionis, ut vocant, ſcilicet لا اله الا الله ومحمد رسول الله *Non eſt Deus, niſi Deus ille*, et *Mohammed eſt legatus Dei*, explicatione conſiſtit.

الحمد لله المبدي المعيد الفعال لما يريد ذي العرش المجيد والبطش الشديد الهادي صفوة العبيد الي المنهج الرشيد والمسلك السديد المنعم عليهم بعد شهادة التوحيد بحراسة عقايدهم عن ظلمات التشكيك والترديد السايق لهم الي اتباع رسوله

Laus Deo qui [*omnia*] *condidit et reſtituit, qui facit quodcunque voluerit, qui poſſidet thronum glorioſum, et robur eximium, qui dirigit ſervos ſuos ſinceros in viam rectam, et ſemitam indeflexam, qui gratiam illis faciens, poſtquam unitatem ipſius confeſſi fuerint, confeſſiones ipſorum a tenebris dubitationis et hæſitationis conſervat, et dirigit illos ut ſequantur Apoſtolum ipſius Mohammedem, et eant poſt ſocios ejus*

Digitized by Google

المصطفي صلي الله عليه وسلم واقتفا صحبة
الاكرمين المكرمين بالتاييد والتسديد المتجلي
لهم في ذاته وافعاله بمحاسن اوصافه التي لا
يدركها الا من القي السمع وهو شهيد المعرف اياهم
في ذاته انه واحد لا شريك له فرد لا مثل له
صمد لا ضد له متفرد لا ند له وانه قديم لا اول
له ازلي لا بداية له مستمر الوجود لا اخر له ابدي
لا نهاية له قيوم لا انقطاع له دايم لا انصرام له لم
يزل ولا يزال موصوفا بنعوت الجلال لا يقضي عليه
بانقضا تصرم الامد وانقراض الاجال بل هو الاول
والاخر والظاهر والباطن * التنزيه * وانه تعالي ليس

honoratiſſimos, quos dignatus eſt auxilio et directione quæ manifeſtata eſt illis in eſſentia et factis ipſius et attributis eximiis, quæ non aſſequitur niſi qui auditu edoctus illa percipiat; qui notum facit illis, quod ad eſſentiam ſuam, eſſe ſe unum, cui non ſit conſors; ſingularem, cui non ſit par; uniformem, cui non ſit contrarius; ſeparatum, cui non ſit ſimilis; et eſſe ſe antiquum, cui non fuerit primum; æternum, cui non fuerit initium; perpetuo durantem, cui non ſit ultimum; ſempiternum, cui non ſit finis; perſiſtentem, qui eſſe non deſinat; permanentem, qui non deficiat, quique nec unquam ceſſaverit, nec unquam ceſſaturus ſit ornari attributis glorioſis, nec ſubjaceat decreto ut finiatur præciſis terminis, vel defectis finibus, ſed ſit primus et ultimus, qui intus eſt et extra. * التنزيه * *Amotio* eorum quæ de Deo non dicuntur.

Digitized by Google

بجسم مصور ولا جوهر محدود مقدر وانه لا يماثل
الاجسام لا في التقدير ولا في قبول الانقسام وانه
ليس بجوهر ولا تحله الجواهر ولا بعرض ولا تحله
الاعراض بل لا يماثل موجودا ولا يماثله موجود
وليس كمثله شي ولا هو مثل شي وانه لا يحده
المقدار ولا تحويه الاقطار ولا تحيط به الجهات ولا
تكتنفه السموات وانه مستو علي العرش علي
الوجه الذي قاله وبالمعني الذي اراده استوا
منزها عن المماسة والاستقرار والتمكن والحلول
والانتقال لا يحمله العرش بل العرش وحملته
محمولون *بالطف قدرته ومقهورون في قبضته وهو

* Al. ex. بلطف

Præterea Dominum ſupra omnia excelſum, non eſſe corpus formâ præditum, neque ſubſtantiam terminis circumſcriptam, aut menſurâ definitam; neque ſimilem eſſe corporibus, qua vel menſurabilia ſunt vel diviſibilia; neque ſubſtantiam eſſe, neque exiſtere in eo ſubſtantias, neque accidens, nec exiſtere in eo accidentia; ſed nec ſimilem eſſe cuipiam eorum quæ exiſtunt, nec ſimile eſſe ei quippiam; neque terminari quantitate, nec comprehendi terminis, nec circumſcribi ſitus differentiis, nec cælis ambiri, cum ipſe throno inſideat, modo quem ipſe deſcripſerit, et ſenſu quem ipſe voluerit, ſeſſione quæ procul abeſt ut in eo notet contactum, vel inſidentiam, vel ſitum localem, vel exiſtentiam in altero, vel motum localem, ita ut non ſuſtineat eum thronus, ſed ipſe thronus et quod ſuper ipſum eſt, ſuſtineantur bonitate potentiæ ejus, ſubjecta compre-

Digitized by Google

فوق العرش وفوق كل شي الي تخوم الثري
فوقية لا تزيده قربا الي العرش والسما بل هو رفيع
الدرجات عن العرش كما هو رفيع الدرجات عن
الثري وهو مع ذلك قريب من كل موجود وهو
اقرب الي العبيد من حبل الوريد فهو علي كل
شي شهيد اذ لا يماثل قربه قرب الاجسام كما
لا تماثل ذاته ذات الاجسام وانه لا يحل في شي
ولا يحل فيه شي تعالي عن ان يحويه مكان كما
تقدس عن ان يحده زمان بل كان قبل ان
خلق الزمان والمكان وهو الان علي ما عليه
كان وانه باين عن خلقه بصفاته ليس في ذاته

henſioni manus ejus; ipſe autem ſit ſupra thronum et ſupra res omnes, uſque ad terminos terræ, ita tamen ſupra, ut nihilo interim throno et cælo propinquior evadat, cum gradibus [infinitis] elatus ſit ſupra thronum, non minus quam elatus eſt ſupra terram, atque interim omnem rem prope ſit, imo propior hominibus quam venæ ipſorum jugulares, ac omni rei teſtis adſiſtat, cum propinquitas ipſius non ſit ſimilis propinquitati corporum, uti nec ſimilis eſt eſſentia ipſius eſſentiæ corporum; neque exiſtere ipſum in re aliquâ, neque in ipſo rem aliquam exiſtere quin et ſuperiorem eſſe quam ut contineat eum locus uti ſanctior eſt quam ut terminet eum tempus, cum fuerit antequam creata eſſent tempus et locus, et eo modo ſe jam habeat quo ſemper habuit; atque eſſe eum diſtinctum a creaturis ſuis per attributa ſua, neque eſſe in eſſentia ipſius

Digitized by Google

سواه ولا في سواه ذاته وانه مقدس عن التغير والانتقال ولا تحله الحوادث ولا تعتريه العوارض بل لا يزال في نعوت جلاله منزها عن الزوال وفي صفات كماله مستغنيا عن زيادة الاستكمال وانه في ذاته معلوم الوجود بالعقول مري الذات بالابصار رحمة منه ولطفا بالابرار في دار القرار واتماما للنعيم بالنظر الي وجهه الكريم * القدرة * وانه تعالي حي قادر جبار قاهر لا يعتريه قصور ولا عجز ولا تاخذه سنة ولا نوم ولا يعارضه فنا ولا موت وانه ذو الملكوت والعزة والجبروت له السلطان والقهر والخلق والامر

*præter ipſum, neque in alio præter ipſum, eſſentiam ejus; eſſe etiam ſanctitate ſua immunem a mutatione et motu locali, neque inhærere in ipſo accidentia, neque accidere ipſi contingentia, verum eſſe ipſum per omnia ſecula, quod ad attributa gloriæ ſuæ, ab omni diſſolutionis periculo immunem, et quod ad attributa perfectionis ſuæ, nulla perfectionis additione indigere, et quod ad eſſentiam ſuam notum eſſe quod exiſtat, apprehenſione intellectus, et oculorum viſione, prout eſt, perſpectum, pro miſericordia et gratia ſua erga ſanctos in * domo æterna, ita ut perfectum reddat gaudium [ipſorum] intuitu faciei ſuæ glorioſæ. * القدرة POTENTIA.* Atque eſſe Deum viventem, potentem, fortem, omnibus prævalentem, cui non contingit defectus aut impotentia, quem non occupat dormitatio aut ſomnus, aut nec accidit ei interitus aut mors, cujus eſt imperium et regnum et potentia et robur, cui eſt dominium*

* Seculo futuro.

والسموات مطويات بيمينه والخلايق مقهورون في
قبضته وانه المتفضل بالخلق والاختراع والمتوحد
بالايجاد والابداع خلق الخلق واعمالهم وقدر
ارزاقهم واجالهم لا يشذ عن قبضته مقدور ولا يعزب
عن قدرته تصاريف الامور لا تحصي مقدورته ولا
تتناهي معلوماته * العلم * وانه تعالي عالم بجميع
المعلومات محيط بما يجري من تخوم الارضين الي
اعلي السموات لا يعزب عن علمه مثقال ذرة في
الارض ولا في السما بل يعلم دبيب النملة السودا
في الليلة الظلما علي الصخرة الصما يدرک حرکة
الذر في جو الهوا ويعلم السر واخفي ويطلع علي

et victoria et creatio et mandatum, cujus dextra complicati ſunt cæli, cujuſque manus comprehenſioni ſubjectæ omnes creaturæ, qui excellentiam ſuam declaravit, creando et condendo, et unitatem ſuam, dando exiſtentiam et originem, qui homines et eorum opera creavit, et demenſa iis et fines determinavit, cujus manum non fugit quicquam quod poſſibile eſt, et a cujus potentia non longe abſunt rerum converſiones; nec poſſunt numerari ea quæ ſub potentia ejus cadunt, nec terminari quæ ſub ſcientia. * العلم SCIENTIA.* *Porro ſcire Deum omnia ſcibilia, comprehendere quicquid evenit a finibus terrarum uſque ad cælum ſupremum, ita ut non longe abſit a ſcientia ejus vel quod pondere inſtar ſit formiculæ, tam in terra quam in cælo, verum ſciat formicam nigram nocte obſcura, ſaxo duro [ingredientem], et cognitum habeat motum atomi*

Digitized by Google

هواجس الضمایر وحرکات الخواطر وخفیات السرایر
بعلم قدیم ازلي لم یزل موصوفا بـه في ازل الازال
لا بعلم متجدد حاصل في ذاته بالحلول والانتقال
* الارادة * وانه تعالي مرید الکاینات مدبر للحادثات
فـلا یجري في الملک والملکوت قلیل ولا کثیر
صغیر او کبیر خیر او شر نفع او ضر ایمان او کفر
عرفـان او نکر فوز او خسر زیادة او نقصان طاعة او
عصیان الا بقضایه وقدره وحکمه ومشیته فما شا کان
ومـا لم یشا لم یکن لا یخرج عن مشیته لغتة ناظر
ولا فـلـتـة خـاطـر بل هو المبتدي بالاشیا وهـو

cujuſlibet in aëre vacuo, et perſpiciat ſecretum et tegat, et cernat conceptus mentis et cogitationum impetus et ſecretorum abdita, ſcientia antiqua, æterna, quæ ab omni æternitate ipſius attributum fuerit, non ſcientia nova quæ eſſentiæ ejus adventitia ſit inhæſione aut tranſlatione. * الارادة VOLUNTAS.* *Et velle eum ea quæ ſunt, et diſponere ea quæ de novo proveniunt, neque obvenire in imperio aut regno parum aut multum, parvum aut magnum, bonum aut malum, fidem aut infidelitatem, ſcientiam aut ignorantiam, aſſecutionem aut fruſtrationem, incrementum aut decrementum, obedientiam aut rebellionem, niſi ejus determinato conſilio et decreto, et ſententia et voluntate: quicquid autem ipſe voluerit, eſſe, et quicquid non voluerit, non eſſe, nec voluntatem ejus fugere nictum oculi, nec impetum aliquem cogitationis: verum ipſum eſſe qui rebus initium dederit, quique primo condiderit et qui*

Digitized by Google

المبدي والمعيد الفعال لما يريد لا راد لحكمه ولا معقب لقضايه فلا مهرب لعبد عن معصيته الا بتوفيقه ورحمته ولا قوة لـه علي طاعته الا بمحبته وارادته لـو اجتمع الانـس والجن والملايكة والشياطين علي ان يحركوا في العالم ذرة او يسكنوها دون ارادته ومشيته عجزوا عـنـه وان ارادته قايمة بذاته في جملة صفاته لـم يزل كذلك موصوفا بها مريدا في ازله لوجود الاشيا في اوقاتها التي قدرها فوجدت في اوقاتها كما اراده في ازله من غـيـر تقدم ولا تاخر بل وقـعـت علي وفق علمه وارادته من غير

reſtituturus ſit, et efficiat quicquid vult : adeo ut non ſit qui ſententiam ejus revocet, nec qui decreto ejus moram injiciat, nec ſuffugium ſit ullum homini ne rebellis in eum reperiatur, præter auxilium et miſericordiam ipſius, nec potentia homini ad obſequium ipſi præſtandum, niſi ab amore et voluntate ejus: quod ſi ſimul congregentur homines et genii et angeli et diaboli, ut vel unum atomum moveant, aut quieſcere faciant abſque voluntate et beneplacito ipſius, non poſſe eos hoc facere. Voluntatem autem ejus ſubſiſtere in eſſentia ejus inter cætera ejus attributa, nec ullum unquam fuiſſe tempus, quo non ipſi attributa fuerit ; quod ſcilicet, *ab æterno voluerit ut temporibus quæ ipſe illis præſtituerat exiſterent res, quæ demum temporibus ſuis extiterunt* [*ſingulæ*] *prout ipſe ab æterno voluit, nec citius nec ſerius, ſed convenienter ſcientiæ et voluntati ipſius, ſine mutatione aut alteratione ſucceſſionis re-*

Digitized by Google

تبدل ولا تغير دبر الامور لا بترتيب افكار وتربص
زمان فلذلك لم يشغله شان عن شان * السمع
والبصر * وانه تعالي سميع بصير يسمع ويري لا يعزب
عن سمعه مسموع وان خفي ولا يغيب عن رويته
مربي وان دق لا يحجب سمعه بعد ولا يدفع
رويته ظلام يري من غير حدقة واجفان ويسمع من
غير اصمخة واذان كما يعلم بغير قلب ويبطش
بغير جارحة ويخلق بغير الة ان لا تشبه صفاته صفات
الخلق كما لا تشبه ذاته ذات الخلق * الكلام *
وانه تعالي متكلم امر ناهي واعد متوعد بكلام
ازلي قديم قايم بذاته لا يشبه كلام الخلق فليس

rum, non nova cogitationum ordinatione, aut temporis expectatione, ideoque non distineri ipsum re aliqua quo minus aliis vacet. * السمع والبصر *AUDITUS ET VISUS.** *Atque esse eum audientem, videntem, qui audiat et videat, ita ut non procul absit ab auditu ejus audibile quicquam, quamvis occultum sit, nec a visu ejus visibile, etsi minutulum sit, cum non obstruat auditum ejus distantia, nec repellant visum ejus tenebræ; qui videt sine pupilla et palpebris, et audit sine meatu aut aure, sicut cognoscit sine corde, et molitur sine membro [aliquo corporeo] et creat sine instrumento, cum non sint similia attributa ipsius attributis creaturarum, ut nec similis est essentia ipsius essentiæ creaturarum.* * الكلام *SERMO.** *Ipsum præterea loqui, imperare, prohibere, promittere, minari, sermone æterno, antiquo, qui subsistat in essentia ipsius, nec*

بصوت يحدث من انسلال هوا واصطكاك اجرام ولا بحرف ينقطع بانطباق شفة او تحريك لسان وان القران والتورية والانجيل والزبور كتبه المنزلة علي رسله وان القران مقرو بالالسنة مكتوب في المصاحف محفوظ في القلوب وانه مع ذلك قديم قايم بذات الله لا يقبل الانفصال والفراق بالانتقال الي القلوب والاوراق وان موسي سمع كلام الله بغير صوت ولا حرف كما يري الابرار ذات الله من غير جوهر ولا عرض واذا كانت له هذه الصفات كان حيا عالما قادرا مريدا سميعا بصيرا متكلما بالحيوة والعلم والارادة والسمع والبصر والكلام لا بمجرد

similis sit sermoni creaturarum, quique non consistat voce quæ oriatur e commotione aeris, et collisione corporum, neque literis quæ conficiantur concursu labiorum, aut motione linguæ, et esse Alcoranum, Legem, Evangelium et Psalterium, libros ab ipso demissos super Apostolos suos, et legi Alcoranum linguis, inscribi libris, reponi cordibus, ita tamen ut interim sit antiquus, subsistens in essentia Dei, nec obnoxius fiat separationi et divisioni, dum transferatur in corda et chartas, nec non audivisse Mosem verbum Dei sine voce aut literâ, sicut vident sancti essentiam Dei absque substantia aut accidente. Cumque Deo competant hæc attributa, vivere ipsum, scire, potentem esse, velle, audire, videre, loqui, vita, potentia, scientia, voluntate, auditu, visu, oratione, non simplici essentia. * الافعال OPERA DEI.* *Atque ita se habere illum ut non*

الذات * الافعال * وانه تعالي لا موجود سواه الا
وهو حادث بفعله وفايض من عدله علي احسن
الوجوه واكملها واتمها واعدلها وانه حكيم في افعاله
عادل في اقضيته ولا يقاس عدله بعدل العباد از
العبد يتصور منه الظلم بتصرفه في ملك غيره ولا
يتصور الظلم من الله فانه لا يصادف لغيره ملكا
حتي يكون تصرفه فيه ظلما فكل ما سواه من جن
وانس وشيطان وملك وسما وارض وحيوان ونبات
وجوهر وعرض ومدرك ومحسوس حادث اخترعه
بقدرته بعد العدم اختراعا وانشاه بعد ان لم يكن
شيا انشا از كان في الازل موجودا وحده ولم يكن

exiſtat, præter ipſum, niſi quod ipſius opere producatur, et fluat a juſtitia ejus modo optimo, præſtantiſſimo, perfectiſſimo, et juſtiſſimo, atque eſſe ipſum ſapientem in operibus ſuis, juſtum in decretis ſuis, neque comparari juſtitiam ejus cum juſtitia hominum, cum de homine ſuſpicari liceat, injuſte ipſum acturum quod aliorum jura invadat; at in Deo non poſſit fingi injuſtitia, cum non reperiat quod ad alium præter ſe pertineat, ut ipſi res alienas adminiſtrare pro injuſtitia imputetur, omnia autem, ipſo uno excepto, genios, homines, diabolum, angelos, cælum, terram, animalia, plantas, ſubſtantiam, accidens, intelligibile, ſenſibile, de novo orta eſſe, eaque creaſſe ipſum potentia ſua poſt privationem meram, et in lucem produxiſſe, cum nihil omnino eſſent, cum ab æterno exiterit ipſe ſolus, nec fuerit cum eo alius; de novo autem pro-

Digitized by Google

معه غيره فاحدث الخلق اظهارا لقدرته وتحقيقا لما سبق من ارادته ولها حق في الازل من كلمته لا لافتقاره اليه وحاجته وانه متفضل بالخلق والاختراع والتكليف لا عن وجوب ومتطول بالانعام والاصلاح لا عن لزوم فله الفضل والاحسان والنعمة والامتنان ان كان قادرا علي ان يصب علي عباده انواع العذاب ويبتليهم بضروب الالام والاوصاب ولو فعل ذلك لكان منه عدلا ولم يكن قبيحا ولا ظلما وانه يثيب عباده علي الطاعات بحكم الوعد والكرم لا بحكم الاستحقاق واللزوم اذ لا يجب عليه فعل ولا يتصور منه ظلم ولا يجب عليه لاحد حق وان حقه

duxerit creaturas ad potentiam ſuam manifeſtandam, et voluntatem ſuam præcedentem, et verbum ſuum quod ab æterno verum fuit, confirmanda, non quod iis opus haberet aut indigeret; et declaraſſe ipſum gloriam ſuam creando, condendo, atque imperando, non ex debito, et gratiam præſtando et benefaciendo, non ex neceſſitate, utpote cui ſit benignitas et beneficentia, et gratia, et beneficiorum imputatio, cum ipſi poteſtas ſit effundendi ſuper homines varias pœnarum ſpecies, eoſque diverſis dolorum et morborum generibus afficiendi, quod ſi faceret juſtitiam hoc in ipſo fore, non malum et injuriam, et remunerare ipſum cultores ſuos propter obedientiam, ratione promiſſi et beneficentiæ, non ratione meriti et neceſſitatis, cum non ſit, ad quod præſtandum ipſe teneatur, nec fingi poſſit in ipſo injuſtitia, neque obſtringatur ipſe cuipiam. Quod

Digitized by Google

في الطاعات وجب علي الخلق باجابه علي لسان انبيايه لا بمجرد العقل ولكنه بعث الرسل واظهر صدقهم بالمعجزات الظاهرة فبلغوا امره ونهيه ووعده ووعيده فوجب علي الخلق تصديقهم فيما جاوا به * معني الكلمة الثانية وهي شهادة الرسول عليه السلام * وانه تعالي بعث النبي الامي القرشي محمدا صلي الله عليه وسلم برسالته الي كافة العرب والعجم والجن والانس فنسخ بشرعه الشرايع الا ما قرره وفضله علي ساير الانبيا وجعله سيد البشر ومنع كمال الايمان بشهادة التوحيد وهو

autem obſtringantur homines illi obſequium præſtare, fieri hoc, quod hoc ab ipſis ſibi deberi declaraverit per linguas prophetarum, non ex ſimplici intellectus dictato, verum miſiſſe ipſum legatos quorum veritatem miraculis manifeſtis comprobaverit, qui ad homines ab ipſo detulerunt mandata et promiſſa et minas, quibus ideo tenentur homines fidem adhibere in iis quæ nunciant. * معني الكلمة الثانية *SENTENTIA VERBI SECUNDI,* quod eſt teſtimonium de Apoſtolo.* *Scilicet quod miſerit Deus prophetam literarum rudem, Koraiſhitam Mohammedem, ut legatione ab ipſo* [*fungeretur*] *ad univerſos Arabes et Barbaros, genios et homines, et abrogaverit per religionem ipſius religiones* [*alias*], *exceptis iis quæ ipſe ſtabilivit, eumque reliquis prophetis prætulerit, et mortalium dominum conſtituerit, nec fidem perfectam cenſeri voluerit confeſſione unitatis, ſcilicet dicto, Non eſt Deus niſi Deus ille,*

قول لا اله الا الله مـا لم تقترن بها شهادة الرسول
وهـو قولك محمد رسول الله والزم الخلق تصديقه
فيما اخبر عـنـه في الدنيا والاخرة وانـه لا يتقبل
ايمان عبد حتي يوقن بما اخبر عـنـه بعد الموت
واوله سوال منكر ونكير وهما شخصان مهيبان هايلان
يقعدان العبد في قبره سويا ذا روح وجسد فيسالانه
عن التوحيد والرسالـة يقولان لـه من ربك ومـا
دينك ومن نبيك وهما فـتـانـا القبر وسوالهما اول
فتنة بعد الموت وان يومن بعذاب القبر وانه وحق
وحكمة وعدل علي الجسم والروح علي ما يـشـا
ويـومن بالميزان ذي الكفتين واللسان وصفته في

nisi adjuncta etiam confessione Apostoli, hoc dicto, Mohammed est Apostolus Dei, et necessarium fecerit hominibus, ut credant ipsi in iis quæ retulerit de hoc mundo, et de vita futura, cum non accepta sit ipsi fides hominis donec certo persuasus sit de iis quæ nunciaverit post mortem futura: quorum primum est de examine Moncari *et* Naciri, *qui sunt duæ terribiles, et horrenda specie, personæ quæ hominem in sepulchro suo erectum statuent, anima et corpore constantem, atque interrogabunt eum de Unitate et Apostolatu, dicentes, Quis est Dominus tuus? et quæ religio tua? et quis propheta tuus? atque esse eos exploratores sepulchri, eorumque interrogationem primum post mortem examen; et ut credat* * *Cruciatum Sepulchri, atque esse eum debitum et judicium et justitiam erga corpus et animam, prout velit* [*Deus*]; *nec non Libram duabus lancibus*

* Confer חבוט הקבר apud Rabbinos.

العظم انه مثل طباق السموات والارض توزن فيه
الاعمال بقدرة الله والصنج يومئذ تخرج مثاقيل
الذر والخردل تحقيقا لتمام العدل وتطرح صحايف
الحسنات في صورة حسنة في كفة النور فيثقل بها
الميزان علي قدر درجاتها عند الله بفضل الله
وتطرح صحايف السيات في صورة قبيحة في كفة
الظلمة فيخف فيها الميزان بعدل الله تعالي
ويومن بان الصراط حق وهو جسم ممدود علي متن
جهنم احد من السيف وادق من الشعر تزل عليه
اقدام الكافرين بحكم الله فيهوي بهم الي النار
وتثبت عليه اقدام المومنين فيساقون الي دار القرار

et examine conſtantem, quæ magnitudine cælorum et terræ ſuperficiem æquet, in qua ponderabuntur opera [hominum] per potentiam Dei, quo tempore proferentur pondera atomos et ſinapis grana gravitate non excedentia, ut exacte res trutinentur, et perfecte fiat juſtitia: deinde conjiciendos libros operum bonorum, ſpecie pulchra in lancem lucis, quibus deprimetur libra juxta gradus ipſorum apud Deum, ex benignitate Dei: libros autem operum malorum ſpecie turpi in lancem tenebrarum, quibuſcum leviter aſcendet libra, per juſtitiam Dei excelſi. Credere item oportet eſſe vere Viam, quæ ſit corpus extenſum ſuper medium gehennæ, acutius gladio et ſubtilius pilo, in quo lapſuri ſint pedes infidelium, ex decreto Dei, ita ut ipſi in ignem decidant, firmiter conſiſtentibus pedibus fidelium qui ducentur in domum æternam.

Digitized by Google

ويومن بالحوض المورود حوض محمد صلي الله عليه وسلم يشرب منه المومنون قبل دخول الجنة وبعد جواز الصراط من شرب منه شربة لم يظما بعدها ابدا عرضه مسيرة شهر اشد بياضا من اللبن واحلي من العسل حوله اباريق عدد نجوم السما فيه ميزابان يصبان من الكوثر ويومن بالحساب وتفاوت الخلق فيه الي مناقش في الحساب والي مسامح فيه والي من يدخل الجنة بغير حساب وهم المقربون فيسال من يشا من الانبيا عن تبليغ الرسالة ومن يشا من الكفار عن تكذيب المرسلين ويسال المبتدعة عن السنة ويسال المسلمين عن الاعمال

Credet etiam Piſcinam ad quam aquatum deſcendunt, Piſcinam ſcilicet Mohammedis, ex qua bibunt fideles ante ingreſſum paradiſi, poſtquam viam iſtam tranſierint, et ex qua qui ſemel biberit, non amplius ſitiet in æternum, cujus latitudo ſit menſis iter, quæque lacte candidior, melle dulcior, et circa quam poſiti ſint undequaque urceoli ſtellarum cœli numero, et cui ſint tubuli duo per quos infunditur aqua e [*flumine*] Cauthar. *Credet item ratiocinium in quo dividentur homines, in eos de quibus ſtricte ſumetur ratio et eos quibuſcum benigne agetur, et eos qui ſine ullo prorſus examine in paradiſum recipientur; illos nempe quos Deus ſibi prope admoturus eſt; et interrogaturum* [*Deum*] *quemcunque voluerit, ex nunciis ſuis, de legatione ipſorum, et quemcunque voluerit ex infidelibus, quare ab ipſo miſſos mendacii accuſaverint, hæreticos item de*

Digitized by Google

ويومن باخراج الموحدين من النار بعد الانتقام
حتي لا يبقي في جهنم موحد بفضل الله ويومن
بشفاعة الانبيا ثم العلما ثم الشهدا ثم ساير المومنين
كل علي حسب جاهه ومنزلته ومن بقي من
المومنين ولم تكن له شفيع اخرج بفضل الله فلا
يخلد في النار مومن بل يخرج منها من كان
في قلبه مثقال ذرة من الايمان وان يعتقد فضل
الصحابة وترتيبهم وان افضل الناس بعد رسول الله
صلي الله عليه وسلم ابو بكر ثم عمر ثم عثمان
ثم علي رضوان الله عليهم وان يحسن الظن بجميع

traditione, et credentes de operibus ſuis. Credet item exituros tandem eos, qui unum Deum confeſſi fuerint, ex igne, poſtquam pœnas delictorum luerint, adeo ut (benigna Dei gratia) non permanſurus ſit in gehenna quiſpiam, qui unum Deum confiteatur; nec non interceſſionem prophetarum, deinde doctorum, deinde martyrum, deinde cæterorum credentium (uniuſcujuſque ſcilicet juxta præſtantiam et gradum ſuum) quique præter hos ſunt e credentibus, quibus non ſit interceſſor, exituros gratia Dei, nec manſurum perpetuo in igne credentem, verum ex ea exiturum, cuicunque in corde fuerit fidei, vel quantum pondus atomi. Neceſſe eſt item ut confiteatur excellentiam ſociorum [Mohammedis], et gradus eorum, et hominum, poſt Mohammedem, præſtantiſſimum eſſe AbuBecrum, deinde Omarum, deinde Othmanum, deinde Alim, et ut de omnibus ſociis bene ſentiat, eoſque celebret, prout eos omnes

Digitized by Google

الصحابة ويثني عليهم كما اثني الله تعالي ورسوله عليهم اجمعين فكل ذلك مما وردت بـه الاخبار وشهدت به الاثار فمن اعتقد جميع ذلك موقنا بـه كـان من اهل الحق وعصابة السنة وفـارق رهط الضلال وحزب البدعة ❊

celebravit Deus, ejuſque Legatus. Atque hæc omnia traditione accepta ſunt, et manifeſtis indiciis comprobata, et quicunque hæc omnia confeſſus fuerit, et certo crediderit, iis accenſendus eſt, qui veritatem amplectuntur, et ex eorum cœtu qui via recepta incedunt, a cœtu errantium et hæreticorum turba ſeparatus.

Hæc ergo credere et confiteri tenetur quiſquis Muſlemi nomine dignus haberi velit: idque prout ad literam ſonant, non ſaniori aliquo ſenſu intellecta, monente eodem. تعمق جماعة فـاولـوا ما ورد في الاخرة من المبزان والصراط وغيرهما وهو بدعة *Altius* (inquit) *provecti nonnulli interpretati ſunt quod de iis quæ ſeculum futurum ſpectant, affertur, qualia ſunt* Libra *et* Via, *aliaque ejuſmodi; at hoc hæreſin ſapit.* Quod ſi cui mirum videatur hæc ab ipſis ad literam intelligi, quid ſi vitæ futuræ ſtatum fuſius eos deſcribentes audiat, atque inter cætera quid de الحور العين i. e. *puellis candidis, μεγαλοφθάλμοις*, quarum ſingulis paradiſi incolis vel greges totos aſſignant, aliiſque loci iſtius deliciis, quales fingunt, nugentur. Certe de vita iſta uſurpant verba e SS. Scripturis deſumpta, parata ſcilicet eſſe a Deo ſervis ſuis ما لا عين رات ولا اذن سمعت ولا خطر

علي قلب بشر *quod nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcenderunt.* At qualia interim hæc ſomnient אלו הערביים השפשים האוילים השטופים בזמה *Arabes iſti fatui, ſtulti, flagitiis immerſi,* (ut recte de iis hac ipſa in re * *Maimonides,*) ex eo facile patet quod ab ipſo *Mohammede* dictum fertur, † ut ſummum felicitatis, quem ipſe imaginari potuit, in ea vita gradum exprimeret, ان الرجل من اهل الجنة ليعطي قوة ماية رجل في الاكل والشرب والشهوة والجماع *Unicuique e paradiſi incolis datum iri vires centum virorum, ad edendum, bibendum, libidinandum, et venerem exercendam.* Quaſi præcipuum hujus vitæ opprobrium, ſumma eſſet alterius felicitas.

* *Hal. Teſbub. C.* 8.
† Cenzo'l-aſrar.

Quatuor; ſcilicet Secta Maleci Ebn Anaſi, &c.] Fuerunt iſti زعما الفقه (ut loquitur *AlGhazalius*) *magni legis Antiſtites,* et *juriſperitorum principes,* quorum nominibus totidem ſectæ inſignitæ ſunt; dum eorum ſententiam amplexi alii ipſorum ſe aſſeclas profeſſi ſunt, magna (ut cenſet ille) eorum injuria quorum ſimiles haberi voluerunt, cum eſſent moribus interim diſſimillimi. Nam cum illorum unuſquiſque fuerit عابدا وزاهدا وعالما بعلوم الاخرة وفقيها في مصالح الخلق في الدنيا مريدا بفقهه وجه الله تعالي *devotus, rerum ſecularium fugiens, callens ſcientias quæ ad vitam futuram ſpectant, eorum quæ ad res hominum recte adminiſtrandas faciunt peritus, et ſcientiam ſuam ad Dei gloriam dirigeret,* harum quinque proprietatum unam tantum ſibi imitandam propoſuerunt qui iis nomen dedere; ſcilicet ut variarum juris partium ſibi peritiam acquirerent, quoniam cæteræ ad mundum futurum pertineant,

P. 25. l. 22.

Digitized by Google

ea ad hunc etiam, cujus rebus adminiſtrandis, quoniam utilis ſit, ei incumbunt, atque interim Antiſtitum iſtorum ſimiles exiſtimari volunt. هيهات (inquit) *Procul abſit ut ita habeantur,* فلا تقاس الملايكة بالحدادين *neque enim comparandi ſunt Angeli cum fabris ferrariis:* de eorum igitur fingulis aliquid ordine dicendum.

P. 25. l. 22. * *V. Abu'l-Feda.*

Malec Ebn Anas] Natus eſt anno *Hejræ* 93 aut 94 *juxta alios 95 vel ut alii 90 (referente *Ebn Chalecan*) mortuus *Medinæ* 179; juxta alios 178 (quos ſecutus *Abu'lFeda*) annos natus 84, vel juxta alios 90. Hujus ut de modo dubia ſolvendi ſententiam ſciamus, ferunt ipſum cum ægrotaret, ac morti jam vicinus eſſet, amico cuidam qui ipſum lachrymis perfuſum inveniſſet, rei cauſam ſciſcitanti, reſpondiſſe, ما لي لا ابكي ومن احق بالبكا منّي &c. *Quomodo non flerem? et cui magis quam mihi flere convenit? Utinam ob unumquodque dubium quod ex animi mei ſententia ſolverim, tot verberibus exceptus fuiſſem,* كانت لي السعة *leviores hoc pacto eſſent rationes meæ, utinam nunquam ex ſententia mea de re aliqua ſtatuiſſem.* Fertur autem quoties ſententiam ſuam prolaturus eſſet, ſumma cum gravitate lecto aſſidentem ſe compoſuiſſe, neque libenter hominibus eam expoſuiſſe, على طريق او قايما او مستعجلا *in via aut ſtantem aut feſtinantem*; et dicere ſolitum, احب ان اتفهم ما احدث به عن رسول الله *Perpendere juvat quod ab Apoſtolo Dei referendum ſit.* A principe aliquando ob ſententiam quæ minus ipſi probaretur plagis cæſus, majore hinc in honore apud homines fuit, وكانما كانت تلك السياط حليا حلي به *ac ſi flagella iſta ornamentorum vice ipſi*

Ebn Chalec.

Digitized by Google

fuiſſent. Quinque proprietatibus memoratis ornatum eum fuiſſe aſſerit *AlGhazalius*, qui ipſum interrogatum quid ſentiret في طلب العلم *de ſtudio ſcientiæ*, reſpondiſſe narrat, حسن جميل ولكن انظر الذي يلزمك من حين تصبح الي حين تمسي فالزمه *Bonum eſt et pulchrum, verum perſpice quid tibi neceſſe ſit a mane uſque ad veſperam, atque illud amplectere.* Ipſumque ad gloriam Dei ſcientiam ſuam direxiſſe probat, quod de 48 quæſtionibus, ſententiam ſuam rogatus, ad 32 reſponderet, لا ادري *Non ſcio*, cum qui aliud quam Dei gloriam pro ſcopo habeat, non facile ſe aliquid *neſcire* fateatur. Ab *Harun Raſhido* rogatus ut domum ipſius adiret quo ejus filios inſtrueret, reſpondiſſe fertur, العلم يوتي لا ياتي *Scientia aditur, non adit:* recte, inquit *Harun*, reſpondes, juſſitque filios ſuos templum adire ut una cum cæteris eum audirent. Dixiſſe etiam fertur ſe nemine magiſtro uſum qui non antequam moreretur ad eum diſcendi gratia accederet.

Mohammed Ebn Edris Alſhafeienſis] Scilicet *Ebn Edris, Ebn AlAbbas, Ebn Othman, Ebn Shafei.* Fuit hic omnimodæ eruditionis penu, teſte *Ebn Chalecan.* Ejus præſtantiam ut filio ſuo de ea ſciſcitanti prædicaret *Ahmed Ebn Hanbali*, dixit, eum fuiſſe كالشمس للدنيا وكالعافية للبدن *inſtar ſolis mundo, et ſanitatis corpori.* Fuiſſe autem primo videtur *Ahmed* iſte erga eum obliquior, adeo ut diſcipulos ſuos ipſum ſequi vetaret; cum ergo poſtea ei *AlShafeienſem*, mulo vectum, pedibus ſequenti occurrens eorum quidam diceret, *Tune nos eum ſequi vetas, et ipſe poſt eum incedis?* Reſpondit ille, اسكت لو لزمت البغلة انتفعت P. 25. l. 22.

Digitized by Google

Tace, ſiquidem ſi vel mulo ejus te adjunxeris, [inde] *utilitatem percepturus es.* Dicitur matrem ipſius eo gravidam ſomniaſſe, *Jovis* ſtellam ex utero ipſius egreſſam in *Ægypto* decidiſſe, deinde in alias paſſim regiones particulam aliquam ipſius diffiluiſſe, quod interpretati ὀνειροκρίται, dixerunt futurum ut pareret filium qui primo *Ægypti* incolas ſcientia ſua inſtrueret, deinde ea cæteras regiones repleret. Primus fuit (teſte *Ebn Chalecan*) qui تكلم في اصول الفقه *de fundamentis ſcientiæ juris locutus eſt,* eamque (ut videtur) in Methodum redegit. Fertur dixiſſe *Al-Zaapharani,* fuiſſe اصحاب الحديث رقودا حتي جا الشافعي فايقظهم *qui dicta Mohammedis referrent, ſomno immerſos, uſque dum veniret AlShafeienſis, qui eos expergefecerit.* Natus eſt anno *Hejræ* 150, eodem die (ut volunt nonnulli) quo obiit *Abu Hanifah,* in urbe غزة *Gaza,* vel juxta alios بعسقلان *Aſkelano,* imo et juxta alios in *Yeman,* ſed prior ſententia verior eſt. *Meccam* autem adductus eſt annos natus duos, ibique educatus. Mortuus eſt anno 204, at vixiſſe eum volunt nonnulli annos 58. In Scholaſticos infenſo admodum animo fuit. Noctem in tres portiones partiri ſolitus eſt (referente *AlGhazalio*) una ſcilicet للعلم *Scientiæ ſtudio,* ſecunda للصلوة *Orationi,* tertia للنوم *Somno,* dicata. Dictum ab eo fertur, ما شبعت منذ ستة عشر سنة *Per ſexdecim annos nunquam cibo ſatur ſurrexi, &c.* ſcilicet, quo magis ſtudiis et devotioni idoneus eſſet. Item, *Non juraſſe ſe per Deum unquam, vero vel falſo.* Cum ſententiam ſuam aliquando rogatus, fileret, quærenti quare non reſponderet, dixit, حتي ادري ان الفضل في سكوتي او الجواب *Donec*

Abu'lFeda.

Digitized by Google

perpenderim utrum præſtet ſilere an reſpondere. Ab eodem dictum: من ادعي انه جمع بين الدنيا وحب خالقها في قلبه فقد كذب *Qui ſe mundi et Creatoris ejus amorem in corde ſuo pariter fovere dicit, mentitur.*

Ahmed Ebn Hanbali] Juxta *Ebn Chalecan Abu Abdollah, Ahmed Ebn Mohammed Ebn Hanbali, Bagdadi* natus anno *Hejræ* 164, vel juxta alios in مرو *Marwa.* Quod Alcoranum creatum eſſe confiteri nollet, ضرب وحبس *verberibus exceptus et in carcerem conjectus eſt.* Obiit anno 241, *Bagdadi.* Funeri ejus adfuiſſe perhibentur virorum ثماني ماية الف *millia octingenta,* mulierum ستين الف *ſexaginta millia.* P. 25. l. 22.

Abu Hanifah AlNooman] Natus eſt anno *Hejræ* 80, vel juxta alios 70, vel ut alii 61; at primam ſententiam præfert *Ebn Chalecan.* Obiit anno 150, juxta alios 151, vel ut alii 153; ſed prima ſententia verior. Obiit in carcere in quem conjectus fuerat, quod Judicis munere fungi recuſaret, quam ob cauſam multa et gravia a principibus paſſus eſt, nullis tamen minis aut cruciatibus adigi potuit ut illud in ſe ſuſciperet, فاختار عذابهم علي عذاب الله *ab iis puniri quam a Deo præoptans,* ut loquitur *AlGhazalius,* qui refert eum cum (ad munus illud invitatus) reſpondiſſet ſe ei imparem eſſe, interrogatum, quam ob rationem, regeſſiſſe, ان كنت صادقا فلا اصلح وان كنت كاذبا فالكاذب لا يصلح للقضا *Si verax ſim, non ſum ei idoneus, ſin mendax, non eſt mendax aptus judicis officio exequendo.* Alcoranum, eo quo mortuus eſt loco, perlegiſſe fertur ſepties millies. Socii *Maleci* et *Shafeienſis,* et *Hanbali* vocantur apud Ib. l. 23.

Digitized by Google

Shahreſtanium اصحاب الحديث, *Dictorum Mohammedis retinentes*, ſuntque præcipue *Hejazenſes*; at aſſeclæ *Abu Hanifæ* اصحاب الراي, *Rationi*, ſeu, ſententiæ propriæ *addicti*, et ſunt اهل العراق *Eracienſes*.

P. 25. l. 25. *Aſſonnah*, i. e. *Traditio*] Ita eam reddimus ea notione qua eæ doctrinæ Judaicæ partes quæ תורה שבעל פה ſeu *legem ore tenus traditam* (ut loquuntur) conſtituunt, et quæcunque in lege *Moſis* expreſſa non reperiuntur, Traditiones audiunt. Ita ſcilicet continet *Aſſonah* apud *Mohammediſtas*, quicquid *Mohammedis* dicto vel facto præeuntis, magis quam ipſius Alcorani, authoritate commendatur. Illud nos docet *Ebno'lAthir*, his verbis, quid ſit السنة explicaturus: الاصل فيها الطريقة والسيرة واذا اطلقت في الشرع فانما يراد ما امر به النبي ونهي عنه وندب عليه قولا وفعلا مما لم ينطق به الكتاب العزيز ولهذا يقال في ادلة الشرع الكتاب والسنة اي القران والحديث *Radix ſeu primaria hujus vocis ſignificatio, eſt* via *et* converſatio [ſeu vitæ inſtitutum], *at cum in lege uſurpatur, ea denotatur quicquid præcepit Propheta aut vetuit, et ad quod invitavit dicto vel facto, ex iis de quibus non locutus eſt AlKoranus, ideoque inter probationes legales numerantur* AlCetab [*ſeu liber*] *et* Aſſonnah, i. e. AlKoranus, *et quæ a Mohammede dicta vel facta traduntur*. Nec diverſum ſonant quæ apud *Ebno'lKaſſaium* leguntur, eſſe ſcilicet *Aſſonnah* في اللغة *juxta vim vocis*, الطريقة مرضية كانت او غير مرضية Viam, *ſive accepta fuerit, ſive non accepta*, [ſeu, bonam vel malam] at ex legis uſu, الطريقة المسلوكة في الدين من غير افراض ولا وجوب Viam *qua inſiſtitur in religione abſque præcepto aut neceſſitate*, atque

eſſe proinde مـا واظب النبي عليها مع الترك احيانا *illud cui aſſuevit Propheta, ita ut aliquando intermitteret:* vel, ut in margine ejus, quo uſus ſum exemplaris, appoſitum reperi, الطريقة المرضية المسلكوة في الدين من غير التزام علي سبيل المواظبة Viam *acceptam, et receptam in religione abſque neceſſitate, ex vi conſuetudinis:* aut عبارة عن مـا واظب النبي او احد من اصحابه ويـوجـر العبد باتيانها ويلام علي تركها *illud cui aſſuevit Propheta aut quiſpiam e ſociis ipſius, et ob quod remuneratur qui facit illud, et culpatur qui omittit.*

Dævid Aſpahanienſis] Fuit hic *Alſhafeienſis* partibus addictus. De eo dictum, عقل داود اكثر من علمه *intellectu fuiſſe quam ſcientia majorem.* Natus eſt *Cufæ* 202, juxta alios 201, vel ut alii 200: obiit 270. Audierunt ipſe et diſcipuli ejus اهل الظاهر *Senſus literalis ſequaces,* ſcilicet لاخذهم بظاهر الاثار والاخبار واعراضهم عن التاويل *quod ſententias juxta proximum verborum ſonum accipiant, et ulteriorem interpretationem fugiant,* referente *Abu'lFeda,* qui et ait كـان داود لا يري القياس في الشريعة ثم اضطر اليه فسماه دليلا *Davidem iſtum, nullum rationi locum conceſſiſſe in religione; poſtea tamen ad eam compulſum, Probationem appellaſſe;* et eſſe ei احكام خالف فيها الايمة الاربعة *Sententias, illis quatuor Antiſtitum* [prædictorum] *contrarias.* P. 27. l. 16.

Fundamenta legis Iſlamiticæ] Obſervare hic liceat differentiam, quam ſtatuunt Authores libri *Achwanoſſafa* inter دين et شريعة الدين *Religionem et religionis Ritus:* quod ſcilicet معني الدين في اللغة العربية هو الطاعة من جماعة لرييس واحد ولما كانت الطاعة لا يتيسر الا بالاوامر والنواهي والامر والنهي لا يعـرفـان * باحكام وحدود وشرايط في المعاملات سميت هذه Ib. l. 25.

* *Deeſſe videtur* الا

Digitized by Google

كلها شرايع الدين وسنن احكامه فلما كان الانسان هو جملة مركبة من جسد جسماني ظاهر جلي ومن نفس روحانية باطنة خفية صارت احكام دين الانسان وحدود شريعته علي وجهين ظاهرا وباطنا فالظاهر هو اعمال الجوارح والباطن هو اعتقاد الاسرار في الضمايِر وهي الاصل كما قيل الاعمال بالنيات ولكل امري ما نوي *Significatio vocis* دين Din *in lingua Arabica eſt, Obedientia a cætu* [*aliquo hominum*] *uni principi præſtita. Cum autem non facile præſtari poſſit obſequium niſi* [*intervenientibus*] *mandatis et interdictis; mandata autem et interdicta non percipiantur niſi per judicia et definitiones et conditiones in actionibus requiſitas, appellantur hæc omnia ritus religionis, et conſuetudines* [*ſeu viæ*] *judiciorum ejus. Cumque ſit homo concretum quid, compoſitum e corpore craſſo, exteriori viſibili, anima vero ſpirituali interiori, inconſpicua, inde ſit ut judicia etiam religionis et definitiones juris in duplici genere verſentur, exteriori et interiori; quæ exterioris ſunt, membrorum corporis functiones, quæ interioris, myſteriorum confeſſionem in animo ſpectant, atque hæc demum Radicis inſtar ſunt, juxta illud quod dicitur, Opera intentionibus metienda, et unicuique* [*imputatur*] *quod intendit.*

P. 27. l. 25. *Fundamenta legis Iſlamiticæ*] Apud *AlGhazalium*, ut et in libro *Moſtatraf*, dictum a *Mohammede* fertur: بني الاسلام علي خمس شهادة لا اله الا الله وان محمد رسول الله واقام الصلاة وايتا الزكاة والحج وصوم رمضان *Fundatus eſt Iſlamiſmus in quinque rebus, Confeſſione hac, Non eſt Deus præter Deum illum et Mohammedes eſt Apoſtolus Dei, et Orationibus conſtanter celebrandis, et Eleemoſynis largiendis, et Peregrinatione religionis ergo, et Jejunio Ramadani.* Mundities ergo

Digitized by Google

quam noſter primum ſtatuit fundamentum, ſub oratione continebitur, utpote quæ in pleriſque orationi inſervit, juxta aliud ipſius dictum, لا يقبل الله صلاة بغير طهور * *Non accipit Deus preces abſque mundatione*, ſeu lotione; et مفتاح الصلوة الطهور *Orationis clavis eſt mundities*. Unde et طهارة vocatur lotio illa quam orationi neceſſario præmittendam cenſent. * *Ebno'l Athir.* *AlGhazal.*

1. *Munditiei in extremis corporis partibus*] Dictum a *Mohammede*, بني الدين على النظافة *Fundata eſt Religio in munditie*; et الطهور نصف الايمان *Mundities eſt dimidium fidei*: quæ ipſius dicta ut intelligantur quatuor ſtatuit *AlGhazalius* munditiei † gradus, quorum primus eſt تطهير الظاهر عن الاحداث والاخباث والفضلات *mundatio exterioris* [corporis] *ab inquinamento, rebuſque ſpurcis et ſuperfluis*. Secundus تطهير الجوارح عن الجرايم والاثام *mundatio membrorum corporis a ſceleribus et rebus illicitis* [patrandis]. Tertius تطهير القلب عن الاخلاق المذمومة والرذايل الممقوتة *mundatio cordis a moribus vituperio, et vitiis odio dignis*. Quartus تطهير السر عما سوي الله تعالي *mundatio ſecreti ab omni re præter Deum*, ſcilicet, intimorum cordis affectuum expurgatio quo Deo ſoli vacent: a multis من عميت بصيرته *quorum caligant oculi*, curari exteriorem illam corporis, quæ eſt cæteris كالقشر الاخير بالاضافة الي اللب المطلوب *inſtar corticis extimi ad nucleum qui appetitur*, cum ſit تطهير السرايز اهم الامور *maximi momenti res, receſſuum cordis expurgatio*. Multum ergo de his queritur *AlGhazalius* qui de exteriori corporis munditie ad ſuperſtitionem uſque ſolliciti ſint, adeo ut illos qui minus hac ex parte ſuperſtitioſi ſint pro immundis P. 27. l. 26. *AlGhazal. et Ebno'l Athir.* † اربع مراتب

habeant et eorum contactum fugiant; cum interim fit apud ipsos الباطن خراب ومشحون بخبايث الكبر والعجب والجهل والرياء والنفاق *quod intus est, desolatum, et oppletum vitiis superbiæ, dissimulationis, fastus, ignorantiæ et hypocrisis*, rerum ordine penitus inversо. Antiquior tamen apud *Arabes* mundandi corporis cura *Mohammedanismo* videtur, cujus ritus (ab *Abrahamo*, ut volunt, acceptos) ad decem capita reducit *AlShahrestanius* (alios quos vidit authores secutus), quorum quinque ad caput, quinque ad reliquas corporis partes pertineant: quæ ad caput, sunt 1 المضمضة *Gargarizatio*, seu oris collutio, 2 الاستنشاق *Narium aqua inspirata purgatio*, 3 قص الشارب *Mystacis tonsura*, 4 الفرق *Capillorum discriminatio*, 5 السواك *Dentium fricatio*, quæ ad reliquum corpus, 6 الاستنجا *Mundatio ab excrementis emissis*, 7 تقليم الاظفار *Unguium præfectio*, 8 نتف الابط *Pilorum axilliarium vulsio*, 9 حلق العانة *Rasura pubis*, 10 الختان *Circumcisio*, quæ (inquit) لما جا الله بالاسلام قررها سنة *adveniens Islamismus in ritus conversa confirmavit*; qui ipsissimi sunt quos a *Mohammede* suis commendatos refert *AlGhazalius*, nisi quod duodecim recenseat, ac ita partiatur, ut quinque (prædicti nempe isti) caput spectent; tres, manus et pedes, nempe unguium præfectio, ablutio البراجم i. e. *articulorum digitalium*, et mundatio الرواجب i. e. *flexurarum eorundem*, seu juxta alios, *unguium extremorum*; quatuor reliqui ad reliquas corporis partes, eo, quo dictum est, modo. Harum rerum cum incuriosiores factos *Arabes* videret *Mohammedes*, ritus (ut videtur) antiquitus receptos, ipse lege nova sanxit ac omnibus necessarios observatu fecit.

Hæc primum fecisse Abrahamum, *refert* AlJannab. *in vit.* Abrah.

Digitized by Google

2. *Oratio*] Inter dicta *Mohammedis*, quibus orationem suis commendatam voluit, hæc feruntur: الصلوة عماد الدين فمن تركها فقد هدم الدين *Oratio religionis columna est, qua sublata ruit religio*; et مفتاح الجنة الصلوة *Clavis Paradisi oratio*. Liceat autem hic quæ in libro *Mostatraf* leguntur de Orationis apud *Arabes* nomine et etymo adscribere. اختلف في اشتقاق اسم الصلاة &c. *Diversæ sunt sententiæ de Etymo nominis* الصلاة, *cur eo scilicet appelletur Oratio. Dici volunt nonnulli ea notione qua idem valet ac* الدعا Invocatio, *alii ea qua* Misericordiam *denotat, ut cum dicunt* صلي الله عليه, *quod significat*, * Propitius sit ei Deus, *non ut a nonnullis versum est*, Oret pro eo Deus: *alii a significatione* استقامة Rectificationis; *ut cum dicunt* صلوت العود Lignum rectum feci, *quia Oratio recte dirigat hominem in cultu Dei, et ab inobedientia cohibeat*; *alii denique* لانها صلة بين العبد وبين ربه *quod mutua sit relatio seu necessitudo quædam inter servum i. e. Hominem, et Dominum suum*. Hæc ille. Alia adhuc nominis ratio apud *AlMotarrezium* in libro *Mogreb* affertur: اشتقاقها (inquit) من الصلا وهو العظم الذي عليه الاليتين لان المصلي يحرك صلويه في الركوع والسجود *Derivatur a* صلا *quod os illud denotat cui adhærent clunes, quoniam qui orat clunium ossa movet, dum se incurvat et fronte terræ admota prosternitur*. Monent eorum cordatiores in Oratione præcipue spectari المعاني الباطنة *partes internas*, quæ sint بمنزلة الروح اليها *tanquam ejus vita et spiritus*, quarum sex præcipuas statuunt, حضور القلب والتفهم والتعظيم والهيبة والرجا والحيا *præsentiam cordis* [seu intentionem], *intellectum*, μεγαλοπρεπειαν, *reverentiam, spem, pudorem*. De exteriori tamen

P. 27. l. 28.

* *Seu, ut* Ebno'lAthir, Honoret eum Deus, *a qua significatione et dictam* Orationem *vult, quod eo cultu honoretur Deus.*

V. et AlCeshaf, *et* AlBidawi, *ad cap. Vaccæ in Alc. Epit.* AlGhazal.

Digitized by Google

forma et corporis geſtibus, quales ſunt inflexio corporis quæ الركوع vocatur, et frontis terræ admotio quæ السجود aliiſque circumſtantiarum minutiis adeo folliciti ſunt, neglectis forſan plerunque iis quæ cor ſpectent, ut non immerito inde et nomen apud ipſos ſortiatur, et definitionem, ſic deſcribente *Ebno'lKaſſaio*, quod ſit عبارة عن افعال مخصوصة واركان معلومة بشرايط محصورة في اوقات مقدرة *cultus conſtans actionibus peculiaribus, et fundamentis notis cum certis conditionibus tempore definito* [peragendis]. Actionum iſtarum quaſnam a majoribus acceptas retinuerit *Mohammedes*, quaſnam ipſe pro arbitrio ſuo addiderit, difficile erit ſtatuere. Quod ad illam autem, magni inter cæteras momenti, quæ juxta *AlMotarrezium*, toti huic cultui nomen dederit, quæ fit inclinato capite et ſublatis inferioribus corporis partibus, eam aſſerit *Maimonides* Idololatriæ antiquæ, et turpiſſimi cultus obſcæno terriculo *BaalPeor* olim delati, veſtigium eſſe non obſcurum: באמת שהיה לישמעאלים מקדם באותם המקומות שלשה מיני עבודה זה פעור ומרקלים וכמוש והם עצמם מודים בדברים אלו וקוראים להם שמות בלשון ערבי פעור עבודתו שיפעור עצמו לפניו או שיניח ראשו ויגביה ערותו למולו כמו שאלו הישמעאלים משתחוים היום בתפלתם *Certum eſt fuiſſe Iſmaelitis olim iſtis in locis tres cultus Idololatrici ſpecies, ſcilicet* Peor, Mercurium *et* Cemoſh, *quæ ipſi jam confitentur, et nominibus in lingua* Arabica [*notis*] *appellant.* Peoris *autem cultus ita peragebatur ut quis ſe coram ipſo nudaret, aut capite demiſſo obſcænas corporis partes attolleret, quo modo* Iſmaelitæ *iſti ſe, his etiam temporibus, inter orandum incurvant.* Quæ de

Maimon. *in Epiſt. ad Proſelyt. relig.*

Digitized by Google

aliis cultus Idololatrici veſtigiis ſequuntur, apponendi mox erit occaſio.

3 *Eleemoſyna*] فان الله جعل الزكوة احد مباني الاسلام (inquit *AlGhazalius*) *Conſtituit Deus Eleemoſynam, unum e fundamentis Iſlamiſmi: de eo præceptum in Alcorano, inter prima.* Scilicet Cap. 2do اقيموا الصلاة واتوا الزكاة *Orationes conſtanter peragite, et Eleemoſynam præſtate*; diciturque liber iſte datus in directionem iis qui rite Preces fundunt et Eleemoſynas largiuntur. Eleemoſynis autem nomen hoc, apud *Arabes* impoſitum volunt, vel a زكي quod *creſcere* et *augeri* ſignificat, quod inde acceſſurum opibus *incrementum* ſperetur, ut in explicatione Ritualis, سمي المصروف الي المساكين زكوة لانه ينمي المال نظرا الي البركة &c. *appellatur illud quod in pauperes erogatur* Zacat, *quoniam opes adauget, reſpectu ſcilicet benedictionis divinæ*, ſeu (ut loquitur *AlBidawius*) ان اخراجها يستجلب بركة في المال ويثمر للنفس فضيلة الكريم *quoniam erogatio ejus benedictionem conciliat opibus et in animo virtutem liberalitatis producit*, juxta illud *Alcorani*, مثل الذين ينفقون اموالهم في سبيل الله كمثل حبة انبتت سبع سنابل *Similes ſunt illi qui opes ſuas erogant in via Dei, grano quod ſeptem ſpicas germinavit*: vel ab ea thematis notione qua *Mundare* denotat, فانها تطهر المال من الخبث والنفس من البخل *quod opes ab inquinamento et animum ab avaritiæ ſordibus purget.* Apud *Ebno'lKaſſai hæc nominis et rei explicatio*, الزكاة في اللغة الزيادة وفي الشرع عبارة عن ايتاء بطايفة المال من مال مخصوص *AlZacato*, [i. e. Eleemoſyna] *juxta nominis ſignificationem denotat incrementum, at ex uſu legis*, erogationem ratæ por-

P. 29. l. 2.

V. AlBidaw. *Confer. Luc.* xi, 41. *Date Eleemoſynam et ecce omnia munda ſunt vobis.*

tionis opum, *e facultatibus deſignatis*. Neque enim hic res uniuſcujuſque libito et arbitrio permiſſa eſt, ſed coercendæ hominum avaritiæ, ſecundum juſtam facultatum æſtimationem, lege exigitur. Annotatur ibidem in margine, Eleemoſynam etiam الصدقة [צדקה] dici, لانها تدل علي صدق العبد في العبودية *quod ſinceritatis hominum in colendo Deo indicium ſit.*

P. 29. l. 3. 4. *Jejunium*] الصوم ربع الايمان *Jejunium eſt quarta pars fidei*, inquit *AlGhazalius*. In ejus etiam laudem afferuntur dicta *Mohammedis:* لخلوف فم الصايم اطيب عند الله من ريح المسك *Graveolentia oris jejuni gratior eſt Deo, odore Moſci:* et لكل شي باب وباب العبادة الصوم *Unicuique rei porta eſt, porta autem religionis Jejunium:* item اذا دخل شهر رمضان فتحت ابواب الجنة وغلقت ابواب النار &c. *Ineunte menſe Ramadan, aperiuntur portæ Paradiſi, et occluduntur portæ Gehennæ, &c.* Quid ſit autem apud eos Jejunium, ſic explicat *Ebno'lKaſſai,* الصوم في اللغة مطلق لامساك وفي الشرع عبارة عن امساك مخصوص وهو الامساك من الاكل والشرب والجماع من الصبح الي الغروب مع النية AlSaum *eſt, juxta nominis ſignificationem, continere ſe, ſeu abſtinentia, indefinite, at ex uſu legis, denotat* abſtinentiam definitam, *ſcilicet ut ſe quis contineat a cibo, potu, et venere, a mane uſque ad veſperam, cum intentione.* Jejunium lege indictum eſt menſis *Ramadan*, atque de eo præcipue intelligenda ſunt quæ de Jejunio dicunt. Sunt tamen illis et alia, quæ التطوع ſeu *ſpontanea* vocant, *Mohammedis* vel exemplo vel calculo commendata, Jejunia, ac præcipue dies certi e menſibus quos ſacros habent, ut ex hoc ipſius dicto (referente *AlGhazalio*)

De quo in Alc. Cap. 2.

Digitized by Google

patet: يوم من شهر حرام افضل من صوم ثلاثين من غيره وصوم يوم من شهر رمضان افضل من صوم ثلثين من شهر حرام *Dies e menſe ſacro unus* [jejunio dicatus] *præſtat jejunio triginta dierum cujuſvis alius menſis, at dies unus menſis Ramadan præſtat jejunio triginta dierum menſis ſacri.* Inter dies autem commendatiores cenſetur عاشورا *Aſhura*, i. e. decimus dies menſis *Moharram*, qui etiam *Arabibus* ante *Mohammedem* jejunio ſacer, referente *AlBarezio* in ſuis ad ſermones *Ebn Nobatæ* commentariis; ſcilicet *Ayeſham* dixiſſe, ان قريشا كانت تصوم عاشورا في الجاهلية *Koraiſhitas ſolitos jejunare, ante religionem a Mohammede conditam, die Aſhura*; at *AlKazwinius Mohammedem* ejus jejunio dicandi occaſionem a *Judæis* accepiſſe tradit, روي ان رسول الله لما قدم المدينة وجد يهودها يصومون عاشورا فسالهم عن ذلك فقالوا انه الذي غرق فيه فرعون وقومه ونجي موسي ومن معه فقال انا احق بموسي منهم فامر بصوم عاشورا *Fertur Mohammedem cum Medinam perveniſſet, atque ibi Judæos die* Aſhura *jejunantes reperiſſet, rogaſſe ipſos quare hoc facerent, qui dixerunt, Quoniam hoc die ſubmerſus eſt* Pharaoh *cum populo ſuo,* Moſe, *cum iis qui cum ipſo erant, evadente. Tum ille, Plus mihi cum* Moſe *eſt quam illis; præcepitque ut die* Aſhura *jejunarent.* Quod tamen poſtea ipſi diſplicuiſſe videtur, quod *Judæos* imitatus fuerit, ideoque dixiſſe, ſe, modo alterum annum viveret, die nono jejunaturum, كراهة لموافقة اليهود *Judæorum conſortium abhorrens,* * ut loquitur *Ebno'lAthir.* Ac certe a *Judæis* ejus diei jejunium ad ipſos fluxiſſe, ipſum nomen عاشورا indicat, quod eſt ipſiſſimum עשור, quo nomine jejunium illud decimi diei men-

* *In* تسع *V. et explic. Rit. in* صوم التطوع

sis, lege *Mosis* sancitum, *Levit.* xvi. 29. insignitur. Fatentur enim eorum Grammatici esse hoc اسم اسلامي nomen *Islamiticum*, et formæ priscis *Arabibus* plane ignotæ. Jejunium autem distinguunt ut sint tres ejus gradus, صوم العموم وصوم الخصوص وصوم خصوص الخصوص *Jejunium communiter sic dictum, et jejunium proprie dictum, et jejunium maxime proprie dictum.* Jejunium communiter dictum est كف البطن والفرج عن قضا الشهوة *ut contineat quis ventrem aliasque corporis partes ab explendis cupiditatibus*; Jejunium proprie dictum كف السمع والبصر واللسان واليد والرجل وساير الجوارح عن الاثام *ut quis avertat aures, oculos, linguam, manus, pedes, cæteraque corporis membra a peccatis:* at Jejunium maxime proprie dictum est صوم القلب عن الهمم الدنية والافكار الدنيوية وكف عما سوي الله بالكلية *jejunium cordis a curis vilioribus, et cogitationibus mundanis, ejusque ab omnibus rebus, solo Deo excepto, aversio.* Inde dicunt, كم من صايم مفطر وكم من مفطر صايم *Quot inter jejunandum vescuntur, et quot inter vescendum jejunant?*

AlGhazal. et AlMostatraf.

P. 29. l. 5. 5. *Peregrinatio, &c.*] الحج (inquit) *Ebno'lKassai*) est القصد الي الشي المعظم وفي الشرع قصد لبيت الله تعالي بصفة مخصوصة في وقت مخصوص بشرايط مخصوصة AlHajj, *est ut quis destinato rem aliquam magni momenti aggrediatur, at ex usu legis,* profectio certo consilio susceptа ad domum Dei, *certis, modo, tempore, et conditionibus.* In *Alcorano* præcepta reperitur; sed ab *Arabibus* antiquioribus hausta cum ritibus suis, ut ex ante dictis patet: quibus addere liceat ex *AlShahr.* وكانوا يحجون البيت ويعتمرون ويحرمون ⁘ ويطوفون بالبيت اسبوعا ويسعون بين الصفا والمروة ⁘

وكانوا يلبون الا ان بعضهم كان يشرك في تلبيته في قوله الا شريك هو لك تملكه وما ملك ويقفون المواقف كلها ∴ وكانوا يهدون الهدايا ويرمون الجمار ويحرمون الاشهر الحرم فلا يغيرون ولا يقاتلون فيها الا طي وخثعم وبعض بني الحرث بن كعب فانهم لم يكونوا يحجون ولا يعتمرون ولا يحرمون الاشهر الحرم ولا البلد الحرام ∴ *Peregrinantes ædem* [ſcilicet AlCaabam] *adibant, eamque religionis ergo inviſebant, ſe in eum finem conſecrantes; ædemque ſepties circuibant, et inter* Safa *et* Merwah *diſcurrebant, Deoque obſequium deferebant, niſi quod eorum nonnulli Deo conſortes adderent, dum dicerent,* [non eſt tibi Socius] *præter conſortem iſtum, quem tu poſſides una cum omnibus quæ ipſe poſſidet; omneſque ſtationes obibant, et donaria offerebant, et lapillos conjiciebant, et menſes ſacrabant, in quibus nec in alios hoſtiliter incurrere, nec eos bello aggredi liceret:* [atque hoc omnes facere ſoliti] *exceptis tribubus* Tai, *et* Cathaam, *et àliquibus e poſteris* AlHarethi Ebn Caabi, *iſti ſiquidem nec peregrinationes inſtituere, nec ædem religioſe adire, nec menſes, nec locum, ſacros, pro ſacris habere.* Hos ergo ritus, *Mohammedes* antiquitus (imo ab ipſo, ut ferunt, *Abrahamo,* cui mandatum vult ut homines ad peregrinandum invitaret) receptos, *Alcorani* authoritate ſanxit, et religionis ſuæ partem non minimam eſſe voluit, من اركان الاسلام ومبانيه *e columnis et fundamentis ejus,* adeo ut juxta ipſius ſententiam (referente *AlGhazalio*) من مات ولم يحج فليمت ان شا يهوديا او نصرانيا *Si quis ἀναπόδημος mortuus fuerit, moriatur ſi libet, Judæus aut Chriſtianus.*

Nec alio plerique eorum qui in ea obſervantur ritus, ten- P. 29. l. 7.

dunt quam probationi &c.] Sic *AlGhazalius*, واما تردد السعي ورمي الجمار وامثال هذه الاعمال فلا حظ للنفوس ولا انس للطبع فيها ولا اهتدا للعقل الي معانيها فلا يكون في الاقدام عليها باعث الا امر مجرد وقصد الامتثال للامر من حيث انه امر واجب الاتباع فقط وفيه عزل العقل عن تصرفه وصرف الطبع والنفس من محل انسه فان كل ما ادرك العقل معناه مال الطبع اليه ميلا ما فيكون ذلك الميل معينا للامر وباعثا معه علي العقل فلا يظهر به كمال الرق والانقياد *Quod ad diſcurſum illum repetitum, et jactum lapillorum, et reliquas hujuſmodi actiones, nihil hæc ad animum hominis, nec conſentanea naturæ; nec eſt intellectui quo ad inquirendum quid hæc ſibi velint, dirigatur, nec quod quempiam ad ea amplectenda incitet, verum mandato ſimplici conſtant, et intentione mera obſequendi mandato, quatenus mandatum eſt cui neceſſario parendum ſit, et cui ſe immiſcere, intellectui non ſit conceſſum, et a cujus uſu familiari alieniores ſint natura et animus. Cum enim percipit intellectus rei alicujus ſcopum, ſit aliquo modo natura ad eam propenſior, quæ propenſio ſuppetias fert mandato, unaque cum eo intellectum adoritur, adeo ut non appareat in eo plena ſervitus et obedientia.*

P. 29. l. 10. * *V. p.* 132.

Curſus السعي] Scilicet inter * *Safa* et *Marwah*, inter quæ peregrinanti ſepties diſcurrere, idque partim علي هيبته *gravitate conſueta*, partim بالسير السريع *greſſu citato* pars hujus cultus eſt. يفعل ذلك سبعا ويرمل في موضع الرمل في كل مرة ويسكن في موضع السكون *Septies hoc faciet, et unaquaque vice feſtinabit ubi feſtinandum eſt, et lente incedet, ubi lento greſſu incedendum eſt*, inquit *AlGhazalius*, ritus iſtos deſcribens.

Digitized by Google

Et properatio in circuitione Caabæ] Quod noſter vocat هرولة illud alii vocant الرمل. Eadem utriuſque vocis ſignificatio, ſcilicet, *greſſus concitatior:* الاسراع في المشي مع تقارب الخطا وهو دون العدوّ وفوق المشي المعتاد explicante *Al-Ghazalio*, i. e. *Properatio inter eundum, greſſibus contractioribus, quæ fit infra curſum et ſupra inceſſum communem:* hac in circumeunda *Caaba* utuntur. Septies autem illam circumeunt, ter greſſu hujuſmodi concitato atque humeros agitantes, quater magis lento, ſeu uſitato, juxta illud a *Mohammede* acceptum, الطواف رمل ثلثا ومشي اربعا *Circuitio ter inceſſu citatiori peragitur, quater ordinario:* ſcilicet, ut robur et agilitatem præ ſe ferant, quod primo conſulto factum, قطعا لطمع الكفار *quo ſpem infidelibus præciderent*, poſtea in ritum tranſiit. Ita et *Ebno'lAthir:* رمل الطواف هو الذي امر به النبي اصحابه في عمرة القضا ليري المشركين قوتهم حيث قالوا وهنتهم حمي يثرب وهو مسنون في بعض الاطاف دون بعض *Properatio qua utuntur* [Caabam] *circumeuntes, illa eſt quam ſociis ſuis præcepit* Mohammedes in *viſitatione iſta, quam* * *conſummationis vocant, ut Idololatris robur ipſorum oſtenderet, quod dicerent, Nimius* Yathrebi *calor eos imbelles reddidit. Obſervatur autem ipſa quibuſdam tantum vicibus, non omnibus.* Cujus rei rationem reddens *Al'Jannabius*, dicit eum ita feciſſe رفقا لهم *ut illis parceret.* Ab eo tempore ritus iſte: at السعي ſeu *curſus* inter *Safa* et *Marwah*, antiquior eſt, referente *Ebno'lAthir*; ſcilicet شعار قديم من عهد هاجر ام اسمعيل *ritus antiquus a tempore uſque Hagaris, matris Iſmaelis.*

P. 29. l. 10.

* *Cum ſcilicet antea probibitus a Meccenſibus fuerat.*

Anno 7. Hejræ: et V. Abu'lFed.

Jactus lapillorum] Quos, ſcilicet, in vallem *Mena* con-

Ib. l. 11.

Digitized by Google

jiciunt, juxta ritus apud ipſos præſcriptos, diverſis locis et vicibus, ſeptuagenos, juxta *AlGhazalium*; quas conjicientem, oportere, ait, præter obſequium Deo præſtandum ſibi proponere التشبيه بابرهيم حيث عرض له ابليس في ذلك الموضع ليدخل على حسبه تشبيه او يفتنه بمعصية فامره الله تعالى ان يرميه بحجارة طردا له وقطعا لامله *Imitationem* Abrahami, *qui cum occurreret ipſi iſto loco Diabolus, ut cultum ipſius injecto dubio, turbaret, aut ipſum ad inobedientiam tentaret, juſſus eſt a Deo eum lapidum jactu fugare, ac ſpem ipſi omnem præcidere*, واعلم انك في الظاهر ترمي الحصا الى العقبة وفي الحقيقة ترمي به وجه الشيطان وتقصم به ظهره اذ لا يحصل ارغام انفه الا بامتثالك امر الله سبحانه تعظيما لمجرد الامر من غير حظ النفس والعقل فيه *Scias autem te ſpecie quidem lapides in* Akabah *conjicere, at revera faciem Diaboli cædere, ac dorſum ipſi confringere, cum non alias ipſi vis inferatur quam per obedientiam Deo a te præſtitam ex mera mandati reverentia, nullis hac in re menti et intellectui partibus conceſſis.* Sic *Ahmed Joſephi* filius, in vita *Iſmaelis* dicit, ان رمي الجمارات سنة ابراهيم لما تعرض له الشيطان *jactum iſtum lapillorum, ritum eſſe ab* Abrahamo *inſtitutum, cum occurreret ipſi Diabolus*, quando filium ſacrificatum iret. Alii altius adhuc ritus hujus originem deducunt, ab ipſo ſcilicet *Adamo*: quo ſpectat quod dictum a *Mohammede* refert *Ebno'lAthir*, ان ادم رمي بمني فاجمر ابليس بين يديه *jaciente Adamo lapides in Mena, in fugam ſe dedidiſſe Diabolum.* Hæ ipſorum nugæ, at quid de hujus ritus origine cenſeat *Maimonides*, loco, ubi de Oratione egimus, laudato, audiamus: ſic igitur pergit ille &c. ומרקלים עבודתו ברגימת האבנים

Mercurii autem cultus peragebatur jactu lapillorum; Cemoshi; nudatione capitis, et ut quis vestes sutiles non induat, quæ omnia apud illos manifesta sunt, et nota fuerunt ante conditam legem Ismaelitarum. Ismaelitæ autem nunc dicunt, Ideo nos caput nudamus, et vestes sutiles non induimus in peregrinationibus, ut nos coram Deo submittamus, et in memoriam revocemus, quo modo surrecturus sit homo e sepulchro suo. Quod ad lapillos autem quos conjicimus, in Diabolum illos mittimus, ad ipsum confundendum. Alii autem e Doctoribus ipsorum, hanc reddunt rationem, quod cum isto loco posita olim fuerint Idola, Nos (inquiunt) locum illum lapidibus petimus, ut indicemus nos non credere in Idola quæ ibi [collocata] fuerant, et in signum contemptus, ea lapidamus: alii dicunt, Mos est, &c.

Defunt hæc in libb. impressis.

Diei Veneris, &c.] Dies iste appellationem يوم الجمعة *Yaumo'l'Jomaa* sortitus est, لاجتماع الناس فيه *quod in eo congregentur homines* [scilicet ad cultus sacros peragendos]. Magnis diem istum laudibus efferunt, سيد الايام *Principem dierum* vocantes. Sciendum autem (inquit *AlGhazalius*) ان هذا اليوم فضل الله به الاسلام وخص به المسلمين *Deum hunc diem velut honoris prærogativam Islamismo concessisse, eumque Moslemis* [seu *Mohammedistis*] *proprium feciſſe:* وجعله عيدا لهم فهم اول الناس به سبقا *et illum Festum ipsis constituisse, atque ipsos primos eum observasse:* et خير يوم طلعت عليه الشمس يوم الجمعة *præstantissimum dierum quos superoritur sol, esse diem Veneris.* Eo futurum diem judicii autumant, et ut videamus quibus tricis implicetur ipsorum religio, inter cætera quæ de eo nugantur, diem esse

P. 29. l. 11.

Ebno'l Atbir in شهد *et Al Ghazal.*

V. Kazwin. et lib. نشق الازهار

Digitized by Google

تقليم الاظفار *præſecandis unguibus*, præmii a Deo expectandi promiſſo, commendatum: من قلم اظفاره يوم الجمعة اخرج الله منه دا وادخل فيه شفا *Qui die Veneris ungues præciderit, eum Deus morbo liberatum ſanitati reſtituit.* Nuncupabatur olim عروبة *Arubah*, quod ait *Al'Jauharius* eſſe من اسمايهم القديمة *e nominibus eorum antiquis.* Ita et *Ahmed Joſephi* filius: كانت العرب تقول ليوم السبت شيار وليوم الاحد اول وليوم الاثنين اهون والثلاثا جبار وللاربعا دبار وللخميس مونس وليوم الجمعة العروبة وكانوا يسمون ايضا يوم السبت ابجد ويوم الاحد هوز ويوم الاثنين حطي والثلاثا كلمن والاربعا سعفص والخميس قرشت والجمعة العروبة *Vocabant olim* Arabes *diem Sabbati* Shiyar, *diem Solis* Awal, *diem Lunæ* Ahwan, *diem Martis* Jobbar, *diem Mercurii* Dobbar, *diem Jovis* Munes, *diem Veneris* Arubah. *Appellabant alii diem Sabbati* Abjad, *Solis* Hawaz, *Lunæ* Hottai, *Martis* Colman, *Mercurii* Saafas, *Jovis* Koraſht, *Veneris* Arubah. Sed poſteriora iſta a pædagogo aliquo, qui literas puerorum memoriæ infigere voluerit, impoſita videntur.

V. Kamus. et Ebno'l Atbir, et Al Jaubar. in هون

P. 29. l. 14. *A laborum tædiis quieſcant*] Inter ea quæ ad rite obſervandum diem iſtum requiruntur, recenſet *AlGhazalius*, ان يجعل يوم الجمعة للاخرة فيكف فيه عن جميع اشغال الدنيا *ut diem Veneris vitæ futuræ accenſeant, et in eo ab omni opere mundano abſtineant.* Qui autem ad eum obſervandum teneantur, his docet verbis: فلا تجب الجمعة الا علي كل ذكر بالغ عاقل مسلم حر مقيم في قرية او بلدة تشتمل علي اربعين جامعين لهذه الصفات او في قرية من سواد البلد يبلغها ندا البلد من طرف يليها &c. *Non tenetur diem Veneris obſervare, niſi qui ſit mas, ætatis maturæ, intellectu præditus,*

Digitized by Google

Moſlemus, liber, qui incolat vicum aut oppidum in quo ſint quadraginta homines ita comparati, aut in vico e ſuburbanis alicujus regionis ad quem pertingat ſonus inclamationis a regione iſta ex ea parte quæ proxime eum ſpectat, &c.

Circumciſio] Non hæc novum legis *Iſlamiticæ* præceptum, ſed ritus ad *Arabes* ab *Iſmaele* forſan, aut *Eſauo*, antiquitus propagatus. *Philoſtorgius* * de *Arabibus Homeritis*, quos e *Ceturæ* poſteris eſſe vult, verba faciens, hæc habet, ἐμπεριτόμων δὲ τὸ ἔθνος κατὰ τὴν ὀγδόην περιτεμνόμενον ἡμέραν: at *Joſephus*† de *Iſmaelitis*, eos poſt annum ætatis tertium et decimum circumcidi ſolitos aſſerit. Parcius de ea (quantum mihi hactenus obſervare contigit) loquuntur *Mohammedanorum* ſcriptores. Apud *AlGhazalium* hæc leguntur: اما التطهير بالختان فعادة اليهود في اليوم السابع من الولادة ومخالفتهم تحصل بالتاخير الي ان يثغر الولد فهو احب الي وابعد عن الخطر *Quod ad mundationem, quæ fit per circumciſionem, mos eſt Judæis* [circumcidere pueros] *die* ‡ *poſt partum ſeptimo: at mos illis contrarius differre illam uſque dum dentibus plene inſtructus ſit puer; qui mihi magis arridet, ac a periculo longius abeſſe videtur. Ebno'l Athir, Arabum Mohammede* antiquiorum morem deſcribens,§ كانوا يختنون لسن معلومة فيما بين عشر سنين وخمس عشر *Solebant* (inquit) *circumcidere ætate certa,* [nempe] *inter decimum et decimum quintum ætatis annum.* Nihil de ea certi ſtatuiſſe videtur *Mohammedes:* hoc tantum ab eo dictum laudatur; الختان سنة للرجال مكرمة للنساء *Circumciſio ritus eſt viris* [neceſſarius], *in fœminis honorabilis:* cui addi poteſt quod ab eodem refert *Ebno'l Athir*, الولیمة في

P. 29. l. 14.

* *Lib.* iii. *Hiſt. Eccleſ.*

† *Antiq. L.* i. *Cap.* 23.

‡ *Diem partus numerare non videtur.*

§ *In* عذر

AlGhazal. *et V.* Mogreb. *in* كرم

Digitized by Google

الاعذار حق *æquum eſt ut circumciſiones convivio celebrentur.* Quod ad ipſum *Mohammedem*, eum natum aſſerunt معذورا مسرورا *umbilico et præputio præciſis:* quod ſi fictum, ideo factum videtur, ut *Moſi*, vel alicui alii e patriarchis, de quibus idem aſſerunt Judæi, ſimilis haberetur; ſin verum, non adeo inſolens fuiſſe ut pueri recutiti naſcerentur apud gentes circumciſionis obſervantes, patet ex iis quæ ſtatuunt Judæi * in ſuis ad legem δευτερώσεως, de iis qui hoc modo ex utero materno prodierint. Niſi forſan verpum hunc ſub lunæ radiis natum putemus. Credebant ſiquidem *Arabes*, ان من ولد في القمر تراجعت قلفته فكان كالمختون *illi qui ſub lunæ radiis naſceretur contrahi perinde ac circumciſo præputium*, teſte authore libri نظم الدر.

Ebno'lAthir, *Ibid.*

* קטן שנולד כשהוא מהול

Rambam, Tract. de circumciſ. Cap. 1.

Sanguinis] Videntur tamen *Arabes* antiquiores ſanguinem inter eſculenta habuiſſe, unde inter ea, quæ iis olim in uſu erant, numeratur التسويد ſeu inteſtina ſanguine ad eſcam farciendi mos, apud authorem libri *Nothro'l Dorr:* كانوا يجعلون الدم في المصران ويلقونه في النار ثم ياكلونه *ſanguinem inteſtinis inditum, atque in ignem conjectum comedebant.* Cibum iſtum مسود *Moſwadd*, ab اسود quod nigrum denotat, appellabant, ut noſtrates **Black pudding.** Ita autem conficiebatur, ان يوخذ المصران فتفصد فيها الناقة ويشد راسها وتشوي وتوكل deſcribente *AlFirauzabadio:* ut *inteſtino ſanguine quem e Cameli vena elicerent, impleto extremum obſtringerent, quo deinde cocto veſcerentur.*

P. 29. l. 16.

Et V. AlZamachſh. *et* Bidawium. *in Cap.* 5. Alc. *ubi prohibetur ſanguis.*

Ex his quæ dicta ſunt, patet ritus *Mohammediſtis* a Propheta ſuo commendatos, pleroſque ipſo antiquiores eſſe, nec aliud egiſſe ipſum, dum ſuos ad *Abrahami* fidem

Digitized by Google

revocare profiteretur, quam ut rejectis, quas ineptiores putaret, *Arabum* consuetudinibus, reliquas non minus ridiculas in religionem suam retentas transferret. Eum in finem antea citatis addere liceat hæc *Abu'lFedæ* verba, وكانت الجاهلية تفعل اشيا جات شريعة الاسلام بها فكانوا لا ينكحون الامهات والبنات وكان اقبح ما يصنعونه الجمع بين الاختين وكانوا يعيبون المتزوج بامراة ابيه ويسمونه الضيزن وكانوا يحجون البيت ويعتمرون ويطوفون ويسعون ويقفون المواقف كلها ويرمون الجمار وكانوا يكبسون في كل ثلثة اعوام شهرا ويغتسلون من الجنابة وكانوا يداومون على المضمضة والاستنشاق وفرق الراس والسواك والاستنجا وتقليم الاظفار ونتف الابط وحلق العانة وكانوا يقطعون يد السارق اليمنى *Solebant olim Arabes quædam facere quæ postea præcepit lex Islamitica. Nec matres nec filias ducebant, eorum autem quæ faciebant turpissimum erat quod duas idem sorores duceret. Eum qui patris uxorem assumeret probrosum habebant*, Al-Daizan *appellantes. Ædem* [Caabam] *peregrinationibus visebant, eandem circumeuntes, ac discurrentes, singulasque stationes obeuntes, et lapides* [in Menah] *conjicientes. Tertio quoque anno mensem intercalabant. Post congressum lavabant; frequenter os et nares abluebant, capillos discriminabant, dentes fricabant, ab excrementis emissis se mundabant, ungues præsecabant, pilos axillares vellebant, pubem radebant, furi dextram amputabant.* Ex iis autem quæ e medio tollenda censuit, aliquorum jam supra mentionem fecimus, aliis hunc in locum rejectis; cujus promissi fide nisi teneremur, hic manum de tabula (utpote longius quam putaveramus, provecti) libenter tolleremus. Quantum ergo ei liberandæ

Digitized by Google

CORNELL UNIVERSITY LIBRARY

REFERENCE DEPARTMENT

Name H. Haddawy

Address Stall 45

Date 6 May

Please call for the following:

- [ ] Photostats
- [ ] Microfilm
- [ ] Other
- [x] Interlibrary Loan

Date due 20 May

Author Bar Hebraeus (Gregorius)

Title Specimen Historiae Arabum

Charges 12¢

312

AlMoftatr. et AlDami in صفر &

مجاوزته ، صاحبه ، غيره AlKamus.

V. et Kamu et AlDamir

Digitized by Google

vocare, quæ ſi dextram peteret, in itinere ſuo pergere, ſin ſiniſtram, pedem referre, ac domi ſe continere. Hoc autem dum vetaret *Mohammedes*, interim الفال i. e. *Captationem ominis* (ac præcipue * boni) e voce aliqua fortuito prolata probavit. Sunt tamen ex illis (eodem teſte) qui vetent, et pro illicito habeant الفال في المصحف *Captationem ominis ex Alcorani inſpectione.* Porro ut avium, ſic et aliorum animalium † السوانح والبوارح *ea quæ dextram, vel ſiniſtram peterent, obſervabant*, et ſi dextram peterent, تبركوا به ومضوا في سفرهم وحوايجهم وان اخذت ذات الشمال رجعوا عن ذلك *læto omine accepto in itinere, vel negotio ſuſcepto pergere, ſin ſiniſtram, deſiſtere*; quem morem ut idololatricum ſuſtulit *Mohammedes*. Alii erant et illis divinandi modi, ut per الرتم *AlRatam*, quod quid ſit ita deſcribunt authores lib. نثر الدر, *AlMoſtatraf*, *Al'Jauhari*, *AlKamus*, &c. ſcilicet quod quis peregre profecturus, arboris ita appellatæ ramos connecteret, quos ſi reverſus adhuc nexos inveniret, uxorem ſuam fidem ſervaſſe crederet, ſin ſolutos, violaſſe. De الهامة dictum eſt in præcedentibus, quantum ſufficiat. Ad alia pergentibus occurrit primo in loco الميسر *AlMaiſer*, quod ſortiendi apud *Arabes* genus quoddam, hoc modo (juxta authores lib. نثر الدر et نظم الدر) peragi ſolitum. Empto Cameli pullo, et in partes decem diſtributo, ad ſortiendum conveniebant الايسار i. e. *ſortitores* qui numero ſeptem tantum, erant autem ſortes undecim, quarum ſeptem portiones ſibi aſſignatas præferebant, quatuor ἄσημοι erant, et ſortienti inutiles: illarum nomina hæc, 1 فذ quæ unica

* *Explicante ſcilicet ipſo* Mohammede: الكلمة الصالحة يسمعها احدكم *Verbum bonum quod audierit veſtrum aliquis: cum* الطيرة *præcipue de malo omine dicatur.* AlDamir. *in* طير *et Scbol. in* Harir. *Cap.* 30.

† AlDamir. ib. *et in* سانح

ſufficere videatur, ad alias quaſdam *Arabum* conſuetudines (eas præcipue quarum in Alcorano cæteriſque *Mohammedis* dictis mentio) digitum intendemus. Quod genus ſunt illæ imprimis, quas iſto, quod p. 140. innuimus, præcepto vetuit: لا عدوي ولا طيرة ولا صفر ولا هامة *Non eſt* [vel, ne ſit vobis] *Adwa, nec Tirah, nec Safar, nec Hamah*; quorum primum العدوي (explicante *Ebno'l Athir*) proprie ſonat *contagium:* ſcilicet, ut ab aliquo morbo affecto, transferatur in alium مثل ما بصاحب الدا *ſimile illi quod patitur morbo iſto affectus*, ut cum (inquit) Camelum ſcabie affectum cum aliis miſceri non patiantur, metu ne in illos tranſeat, quæ in ipſo eſt, ſcabies: وقد ابطله الاسلام *hoc autem credi aut timeri vetuit Iſlamiſmus, quoniam credere viſi ſunt ipſum morbum* [ab uno in alium] *tranſire*; docente *Mohammede*, non ita ſe rem habere, ſed Deum eſſe qui ægritudinem et morbum immittat. Quod ad لا صفر *non Safar*; duplicem affert idem ejus interpretationem; primam, quæ vetet credi quod autumarunt *Arabes*, ſcilicet eſſe in ventre hominis ſerpentem hoc nomine, qui eſurientem pungeret, et dolore afficeret, quique ab uno in alium tranſiret, ſeu contagio ſerperet; ſecundam, quæ prohibeat النسي ſeu *tranſpoſitionem menſium*, qua utebantur *Arabes*, ſcilicet, تاخير المحرم الي صفر *qua* AlMoharram *in* Safar *rejicerent*. الطيرة *AlTirah* autem proprie *auſpicium* denotat. Erat enim Divinatio, per avium præcipue volantium, obſervationem, cujus ratio (deſcribente *AlDamirio*) hæc fuit. Cum quis *Arabum* iter ſuſcepturus eſſet, domo ſua egreſſus, ubi avem reperiret, eam ad volandum pro-

AlMoftatraf. *et* AlDamiri in صفر *&c.*

مجاوزته من صاحبه الي غيره *AlKamus.*

V. et Kamus. *et* AlDamiri.

Digitized by Google

vocare, quæ ſi dextram peteret, in itinere ſuo pergere, ſin ſiniſtram, pedem referre, ac domi ſe continere. Hoc autem dum vetaret *Mohammedes*, interim الفال i. e. *Captationem ominis* (ac præcipue * boni) e voce aliqua fortuito prolata probavit. Sunt tamen ex illis (eodem teſte) qui vetent, et pro illicito habeant الفال في المصحف *Captationem ominis ex Alcorani inſpectione*. Porro ut avium, ſic et aliorum animalium † السوانح والبوارح *ea quæ dextram, vel ſiniſtram peterent, obſervabant*, et ſi dextram peterent, تبركوا به ومضوا في سفرهم وحوايجهم وان اخذت ذات الشمال رجعوا عن ذلك *læto omine accepto in itinere, vel negotio ſuſcepto pergere, ſin ſiniſtram, deſiſtere*; quem morem ut idololatricum ſuſtulit *Mohammedes*. Alii erant et illis divinandi modi, ut per الرتم *AlRatam*, quod quid ſit ita deſcribunt authores lib. نثر الدر, *AlMoſtatraf*, *Al'Jauhari*, *AlKamus*, &c. ſcilicet quod quis peregre profecturus, arboris ita appellatæ ramos connecteret, quos ſi reverſus adhuc nexos inveniret, uxorem ſuam fidem ſervaſſe crederet, ſin ſolutos, violaſſe. De الهامة dictum eſt in præcedentibus, quantum ſufficiat. Ad alia pergentibus occurrit primo in loco الميسر *AlMaiſer*, quod ſortiendi apud *Arabes* genus quoddam, hoc modo (juxta authores lib. نثر الدر et نظم الدر) peragi ſolitum. Empto Cameli pullo, et in partes decem diſtributo, ad ſortiendum conveniebant الايسار i. e. *ſortitores* qui numero ſeptem tantum, erant autem ſortes undecim, quarum ſeptem portiones ſibi aſſignatas præferebant, quatuor ἄσημοι erant, et ſortienti inutiles: illarum nomina hæc, ١ فذ quæ unica

* *Explicante ſcilicet ipſo* Mohammede: الكلمة الصالحة يسمعها احدكم *Verbum bonum quod audierit veſtrum aliquis: cum* الطيرة *præcipue de malo omine dicatur.* AlDamir. *in* طير *et Scbol. in* Harir. *Cap.* 30.

† AlDamir. ib. *et in* سانح

crena notata, unam designabat portionem, 2 التوم cui duarum nota inscripta, 3 الضريب cui trium, 4 الحلس cui quatuor, 5 النافس cui quinque, 6 المسبل cui sex, 7 المعلي cui septem; quæ lucri nomine ἐπιτυχόντι cederent, vel pœnæ, ἀποτυχόντι decederent; harum vero 1 السفيح 2 المنيح 3 المضعف 4 المصدر. Porro ei, qui sagittas hasce κληρωτικὰς, sive sortes sacculo inclusas extraheret, atque alteri qui adstaret الرقيب (quasi *inspector*, seu negotii curator) dicto traderet, fraudi, quæ ex notarum perceptione accidere posset, cavendæ, manus veste involuta. Rem alii (inter quos *Al-Zamachshari* in suis ad Alcoranum commentariis, *AlShirazi* in Scholiis ad *Hariri* Cap. 31. et *AlFirauzabadius*) aliter paulo describunt, hac præcipue differentia, quod juxta authores prædictos sortientium singuli, quam sibi sortem, sive in lucrum, sive in damnum, addici vellet, eligeret, juxta hos vero nulla præcessisse optio videatur: كانوا اذا ارادوا ان يبسروا اشتروا جزورا نسبة ونحروه قبل ان يبسروا وقسموه ثمانية وعشرين قسما او عشرة اقسام فاذا خرج واحد واحد باسم رجل رجل ظهر فوز من خرج له ذوات الانصبا وغرم من خرج له الغفل *Solebant quoties sortiri vellent, cameli pullum, pretio facto, jugulatum antequam sortirentur, in partes viginti octo, vel denas dispertiri, cumque singulis nominatim educerentur, victores haberi quibus prodirent sortes portionibus adscriptis, victi autem quibus prodirent ἄσημοι*: deinde quod ad الغفل seu sortium τῶν ἀσήμων tum numerum, tum usum, quæ *AlZamachshario, et AlShirazio* tres tantum sunt, scilicet, 1 المنيح 2 السفيح 3 الوغد quas et hoc versu complexus est Poeta,

Citant AlZamachſh. et جامع اللغة

لي في الدنيا سهام ليس فيهن ربيح
واسمايهن وغد وسفيح ومنبح
Mihi in mundo ſortes ſunt, quibus nullum eſt lucrum,
Quarum nomina ſunt Wagdo, et Safiho, et Maniho;

nulla facta τῆς المضعف mentione, nam المصدر *AlMoſaddar* eadem eſſe poteſt cum الوغد, afferente alibi *AlFirauzabadio*, *AlMoſaddar* eſſe اول القداح الغفل *Sagittarum ἀσύμων primam*; quæ et ex horum ſententia, non inutiles tantum ſortienti, ſed et maxime damnoſæ; ſiquidem teſtibus *AlZamachſhario* et *AlShirazio* من خرج له قدح من ذوات الانصبا

AlZam. in Alc. Cap. 2.

اخذ النصيب الموسوم به ذلك القدح ومن خرج له قدح مما لا نصيب له لم ياخذ شيا وغرم ثمن الجزور كله *Si cui prodiret ſagitta aliqua ex iis quibus portiones aſſignatæ eſſent, portionem illi inſcriptam accipiebat, ſin ex iis quibus nullæ portiones, nec quicquam accipiebat et integro Cameli pretio mulctabatur.* Illi autem cui ſortes adverſæ obtingerent, de Camelo, cujus pretium ipſi pendendum erat, (immunes enim erant quibus favebant) guſtare non licebat, ut Author libri نثر الدر, imo nec cuipiam ſortientium, ſi *AlZamachſhario*, et *AlShirazio* credamus, qui pauperibus totum diſtribui ſolitum aſſerunt: كانوا يدفعون تلك الانصبا الي الفقرا ولا ياكلون منها شيا *Solebant portiones iſtas pauperibus diſtribuere, nec ipſi ex iis quicquam comedere.* Atque hoc gloriæ loco ducebant, adeo ut ſi quis ab hujuſmodi ſortitionibus abſtineret, البرم quaſi dicas ἀσύμβολος opprobrii titulo audiret: quam gloriandi anſam ipſis ſublatam voluit *Mohammedes*, Alcorani Cap. 2do, ubi hæc leguntur: يسالونك عن الخمر والميسر قل فيهما اثم كبير ومنافع للناس واثمهما اكبر

Digitized by Google

من نفعهما *Interrogabunt te de vino et AlMaiſer*, [i. e. ſortibus] *Dic, eſt in illis peccatum magnum, ſunt et in illis quæ proſint hominibus, at peccatum quod in ipſis, majus eſt quam utilitas ipſorum.* Ubi per utilitatem quæ a ſortibus in homines redundet, intelligi volunt *Al'Jallalani*, Alcorani interpretes, اصابة المال بلا جهد * *affecutionem opum abſque labore*, cui addit *AlZamachſharius*, gaudium et voluptatem, quæ iis e سلب الاموال بالقمار والافتخار على الابرام *opum alienarum depræda tione, et oblata* τοῖς ἀνυμνοῦσιν *inſultandi materia, proveniret.* Quodnam autem in earundem uſu flagitium ſtatuat, ex illis Cap. 5ª verbis patebit: انما يريد الشيطان ان يوقع بينكم العداوة والبغضا في الخمر والميسر ويصدكم عن ذكر الله وعن الصلوة *Cupit Satanas ut inter vos inimicitias et odium procreet per vinum et* AlMaiſer, *et avertat vos a commemoratione Dei et precibus.* Porro ſub *AlMaiſer* comprehendi vult, teſte *AlZamachſhario*, aleam, chartulas, latrunculorum luſum, et كل شيء فيه خطر *omnia hujuſmodi ſorti ſubjecta.* Generi iſti ſortium *AlMaiſer* (ut vidimus) appellato, affine eſt etiam alterum (cujus antea incidit nobis mentio) الازلام *AlAzlam* dictum, hac differentia, quod prius illud partitioni, hoc divinationi potius inſerviebat. Cujus hic fuiſſe perhibetur modus. Cum eſſet alicui, vel ſuſcipiendum iter, vel ducenda uxor, vel aliud magni momenti negotium peragendum, ſagittas, quas tres vaſculo incluſas habebant, conſulere ſolebant. Earum primæ inſcriptum erat, امرني ربي *Juſſit me Dominus meus*, ſecundæ, نهاني ربي *Prohibuit me Dominus meus:* tertia autem, غفل, *nulla nata inſignis erat.* Harum unam manu extra-

* *Atque inde dictum* Al-Maiſer *quod ſit* اخذ مال الغير بيسر او سلب يسارة *juxta* AlZamach. *et* Bidawium.

Digitized by Google

henti, ſi occurreret illa quæ juberet, alacri animo, tanquam monente Deo, pergere; ſin illa quæ vetaret, deſiſtere; quod ſi ἀγράμματος illa, reponere, donec prodiret, quæ vel juſſu præiret, vel interdicto occurreret. Hæc videre eſt apud * *Ebno'lAthir*, et *AlZamachſharium*, et *AlBidawium* ad Cap. 5^tum† Alcorani, ubi morem iſtum ut commentum plane Diabolicum retineri vetat his verbis: حرمت عليكم الميتة والدم ولحم الخنزير وما اهل لغير الله به والمنخنقة والموقوذة والمتردية والنطيحة وما اكل السبع الا ما ذكيتم وما ذبح على النصب وان تستقسموا بالازلام *Prohibita ſunt vobis morticinium, et ſanguis, et caro porcina, et ſuper quod alius quam Dei nomen invocatum eſt, et ſuffocatum, et quod ictu, et quod lapſu mortuum eſt, et cornu ab alio petitum, et quod comederint feræ, niſi quod ipſi jugulaveritis, et quod ſuper lapidibus, eum in finem circa Caabam fixis, immolatum eſt, et ut divinatione per ſortes utamini.* Et rurſus eodem Cap. يا ايها الذين امنوا انما الخمر والميسر والانصاب والازلام رجس من عمل الشيطان فاجتنبوه لعلكم تفلحون *O vos qui creditis, vinum et* AlMaiſer, *et ſtatuæ, et* AlAzlam, *abominatio ſunt ex operibus Diaboli, quam fugite ut proſpere agatis.* Eadem dum narrant *AlMotarrezi* et Author libri *AlMoſtatraf*, tertiæ iſtius ſagittæ, cui nihil inſcriptum, non meminerunt; ut nec Authores lib. نثر الدر et نظم الدر qui adire ſolitos aiunt eos qui hujuſmodi ſortes conſulere vellent; ædituum Idololatricum aliquem, qui hac formula ipſis a Deo reſponſum peteret, اللهم ايهما كان خيرا فاخرجه لفلان فبرضي بما خرج له *O Deus utra harum* [ſortium] τῷ θεῷ *conducibilior fuerit, fac ut exeat, eademque ipſe acquieſcat.* Aliter paulo

* *In* قسم
† Surato'l Mayedah.

Al'Jallalani, qui ſeptem hujuſmodi ſortes (ſagittas ſcilicet parvas, لا ريش لها ولا نصل *nec pennis nec ſpiculis inſtructas*) apud *Caabæ* ædituum repoſitas ſcribunt, per quas petentibus reſponſa darent. Ac certe coram Idolo aliquo, ac præcipue *Hobal*, ſortilegium hoc uſurpari ſolitum ex * *Ebno'l Athir* etiam patet. Vocantur hæ ازلام الاستقسام *Azlamo'l Eſtakſam*, eſſe autem dicunt *Al Eſtakſam*, طلب معرفة ما قسم له وقدر مما لا يقسم ولا يقدر *ut quis diſcernere æveat quid illi demenſum et decretum fuerit, ab eo quod non fuerit; vel ex uſu vocis* קסם apud Hebræos, *ſagittas divinatorias* reddere licebit. Certe quæ de hoc *βελομαντείας* genere vidimus, multum conferre videntur ad illuſtrandum locum iſtum, *Ezek.* xxi. 21. *Stetit enim Rex Babylonis in bivio, in capite duarum viarum* לקסם קסם קלקל בחצים שאל *ad divinandum divinationem, terſit ſagittas, rogavit imagines:* (vel, ut Vulgat. *divinationem quærens, commiſcens ſagittas, interrogavit Idola &c.*) ad quem quæ affert *Hieronymus* mire concinunt cum iis quæ de iſto *Arabum* antiquorum more traduntur. *Stabit* (inquit) *in ipſo compito, et ritu gentis ſuæ oraculum conſulet, ut mittat Sagittas in pharetram et commiſceat eas inſcriptas, ſive ſignatas nominibus ſingulorum, ut videat cujus ſagitta exeat, et quam prius civitatem debeat expugnare.* Ubi obſervare liceat, vocem קלקל quæ alias *terſit, polivit*, reddi ſolet, ab *Hieronymo* notione *commiſcendi* explicari. Certe apud *Arabes* قلقل idem valet ac حرك *commovit*, atque idem hic denotare videtur quod جلجل †apud ipſos in deſcriptione ſortilegii ſui, ſcilicet, *commovere* vel *agitare*, ut confuſe miſceri poſ-

* *In* علا *et* نعم *et vide ſup. p.* 98. *et p.* 138. Ceſhaf. Ebno'l Athir. Mogreb.

† Al Zamachſhari *in comm. ad Alc ubi* Al Maiſer *deſcribit, quod etiam in* Al-Azlam *factum videtur, cum alias quam ipſe mallet ſagittam extrahere poſſet.*

Digitized by Google

ſint ſortes. Porro in illa, quæ apud *Mohammediſtarum* nonnullos adhuc etiam in uſu eſt, per ſagittas divinandi ratione, manifeſta ſuperſtitionis antiquæ veſtigia apparent. Alia adhuc nobis perpendenda exhibet iſte Alcorani verſiculus: * ما جعل الله من بحيرة ولا سايبة ولا وصيلة ولا حام ولكن الذين كفروا يفترون علي الله الكذب واكثرهم لا يعقلون *Non conſtituit Deus* Bahirah, *nec* Sayebah, *nec* Wafilah, *nec* Hami; *verum illi qui non crediderunt affingunt Deo mendacium, et plerique eorum non intelligunt.* In quibus explicandis diverſæ ſunt interpretum ſententiæ. De بحيرة *Bahirah* quid tradant, ne aliorum verba referre neceſſe habeamus, audiamus docentem *AlFirauzabadium*. *Ab* البحر *quod ſciſſuram auris denotat, appellatur* (inquit) البحيرة. *Solebant autem Arabes cum decies peperiſſet Camela aut Ovis, eam* †*ſciſſa aure dimittere ut libere paſceretur, cumque moreretur carne ejus fœminis interdicere, viris ſolis conceſſo illius eſu: aut eſt* البحيرة *Camela quæ dimittitur ſine paſtore, cujuſque fœtus quinti, ſi mas eſſet, jugulati carne viris et fœminis promiſcue veſci permittebant, ſin fœmina, eam ſciſſa aure dimittebant, ejus carne vel lacte uti, vel dorſo inſidere vetantes, mortuæ autem carnem fœminis edendam concedebant: aut eſt ea filia* τῆς سايبة *cujus eadem, quæ matris, ratio; aut dicitur peculiariter de Ove quæ quinquies peperit.* Hæc ille, diverſas plurium ſententias complexus, at non omnes. Volunt enim alii ita dici *Camelam, quæ poſt partum quintum* (*ſi ultimo marem peperiſſet*) *fiſſa, in rei ſignum, aure dimitteretur ad libere paſcendum, nemine eam vel a paſcuo, vel ab aqua arcente, vel ad vecturam adhibente.* Aliter adhuc

* Surato'l Mayedah.

† بحروها وتركوها ترعي &c.

AlZamach. AlBidawi. AlMoſtatraf.

Digitized by Google

Ebno'l Athir, ſcilicet, cum recens peperiſſet Camela aurem ipſos pullo ſcidiſſe ſolitos, dicentes اللهم ان عاش فتي وان مات فذكي *O Deus, ſi vixerit, pullus* [erit nobis], *ſin moriatur, rite mactatus; cumque moreretur eum edere.* Tradit idem ex quorundam ſententia ita appellari pullum سايبة. Jam vero السايبة *dimiſſam*, vel libere vagari permiſſam, ſonat. Dimitti autem non unam ob cauſam ſolitæ Camelæ; ut puta (referente *AlFirauzabadio*) cum decies continuis vicibus fœmellas peperiſſent; aut ex voto, vel cum quis, ſive a morbo convaleſceret, ſive itinere confecto ſalvus rediiſſet, aut ipſius jumentum [ſeu Camela] inſigne aliquod periculum in bello ſive alibi evaſiſſet; hac formula ناقتي سايبة vel سايبة هي *ſit Camela hæc Sayebah* dimittebatur, exempta e dorſo ejus vertebra, aut oſſium aliquo, poſt quod nec ab aqua nec paſcuo arceretur, nec ad vehendum adhiberetur. *AlSayebah* (inquit *Al'Jauharius*) *poſtquam decies continuis vicibus fœmellas peperiſſet, libere vagari permiſſa:* لم تركب ولم يشرب لبنها الا ولدها والضيف حتي تموت *nec inſidere quis, nec bibi lac ejus niſi a pullo ipſius et ab hoſpite*, (quomodo et apud *Ebno'l Athir* legendum puto, non الضعيف *ab infirmo*, ſive ægroto) *uſque dum moreretur; mortua autem veſci viri pariter et fœminæ, ac filiæ ejus poſtremæ ſcindi auris, appellarique ea* Bahirah, *ac eodem modo, quo mater, libera dimitti.* At *Ebno'l Athir*, non decimam, ſed مـا ولدت بعد ذلك من انثي *ſi aliam poſtea peperiſſet*, Bahirah *appellatam ſcribit*, ſcilicet, ubi بحيرة explicat: at in سايبة *AlSayebah* e contrario filiam *Bahirah* dici ait, prout in litera ت præceſſerat, non ſatis (ut videtur) ſui memor, quamvis et

AlZamach.

Kamus.

Digitized by Google

asserat *AlMotarrezi* ex aliorum sententia esse السايبة matrem, ex aliorum filiam. Sed nec appellatio ista Camelis fœminis propria, ita dici etiam ac dimitti marem يدرك نتاج نتاجه *cujus pullus pullum genuisset*, testis est *AlFirauzabadius*. Imo et eadem ratione sic appellari etiam servum a Domino suo hac formula انت سايبة *Es tu Sayebah* dimissum, et sui juris factum, ita ut non amplius esset inter eos necessitudo, aut hæreditatis jus, referunt *AlJauharius*, *AlFirauzabadius*, aliique. Authores lib. نثر الدر et نظم الدر hoc nomine designari aiunt *quodlibet animal Idolorum gratia dimissum*, [seu, iis dedicatum] *ut eo amplius uti non nisi fœminis liceret*. Ebno'lAthir. AlZamach. AlMostatraf.

Quod ad وصيلة *Wasilah*, eam explicaturus *AlFirauzabadius* hæc habet. AlWasilah *est Camela quæ decies peperit, aut ovis quæ septies, continuis vicibus gemellas; quod si vice septima* عناقا وجديا fœmellam et masculum *pareret, dicebant,* وصلت اخاها Fratri suo conjuncta est, *nec deinceps matris ipsius lac bibere nisi viris solis licitum erat, exclusis fœminis, eademque erat ejus ratio quæ* ταῖς سايبة. *Aut erat* AlWasilah *peculiariter ex ovibus, quod scilicet cum pareret ovis fœmellam,* لهم فهي eam sibi haberent, *cum vero masculum,* لالهتهم جعلوه eum Diis suis consecrarent; *quod si simul masculum et fœminam, dicerent,* Conjuncta est fratri suo, *nec marem istum diis suis sacrificarent: aut est ea Ovis quæ primo marem parit, deinde fœminam, quæ quod fratrem suum proxime sequeretur, in causa fuit ne ipsum jugularent; quod si marem pareret, dicerent, Sit hic diis nostris oblatio.* Ebno'lAthir. ذكرا وانثى *Marem et fœminam.* AlJauh. AlZamach. AlMostatraf. Hæc ille, ab *AlJauhario* diversus, qui dicit, *Si ovis septies continuis vicibus gemellas peperisset, deinde vice*

octava جديا maſculum, *eum ipſos Diis ſuis ſacrificaſſe, ſin* جديا وعناقا maſculum et fœminam, *dicere ſolitos,* وصلت اخاها Fratri ſuo conjuncta eſt, *atque ejus gratia mari parcere, matris autem lac non bibere fœminas, &c.* Juxta Authorem lib. *Nothro'l Dorri,* AlWafilah *erat ovis, quæ cum ſepties peperiſſet, quod ſeptimo pareret, ſi mas eſſet in ſacrificium cedebat; ſin fœmina, dimittebatur fœminarum uſui conceſſa; ſin mas et fœmina, dicerent* وصلت اخاها *utroſque ſacros habentes, ut ex iis utilitatem capere, fœmellæque lac bibere viris ſolis permitteretur:* at deſcribente *AlMotarrezio, Ovis, quæ decem fœmellas quinis partubus continuis ederet, ſcilicet ſingulis vicibus gemellas, et ſi quid poſtea pareret, viris cederet, non fœminis, &c.*

اذا لقح ولد ولده *qui natos natorum viderit.* AlJauhar. et Nothro'lDorri.

Supereſt الحامي *AlHami,* qui (explicante *AlFirauzabadio*) eſt *Camelus admiſſarius, ex quo cum toties (decies puta) conceperint fœminæ, poſtea dicitur AlHami,* q. d. cujus dorſum immune factum eſt, utpote qui dimitteretur ut ex eo utilitatem amplius capere non liceret, quique ab aqua aut paſcuo non arceretur: فلا يركب ولا يحجز له وبر *nec inſideri ſoleret nec tonderi,* ut loquitur *Al'Jauharius.* Obſervandum tamen hæc omnia ad * Idolorum cultum referri ſolita, monentibus *Al'Jallalani* in ſuis ad *Surato'lMayedah* Scholiis.

* لطواغيتهم

His addi poteſt ejuſdem ignorantiæ propago واد البنات *Wado'lBenat,* quod quid fuerit e libro *AlMoſtatraf* diſcimus his verbis, كان من عوايدهم واد البنات كان الرجل في الجاهلية اذا رزق احدهم انثي وادها وان بشر بها ضاق صدره وعظم وجهه وهو قوله تعالي واذا بشر احدهم بالانثي ظل وجهه

مسود وهو كظيم &c. *Ex Arabum conſuetudinibus erat* Waado'lBenat. *Mos erat ante Iſlamiſmum, ſi alicui naſceretur filia, eam vivam defodere, et cum ejus nuntium ipſi afferretur contrahi ei pectus et intumeſcere vultus; atque hoc eſt quod dictum eſt in Alcorano,** Quando alicui eorum nuntiatum fuerit natam eſſe ipſi filiam, obſcuratur et nigreſcit vultus ejus; et ipſe contriſtatur: *nec non,*† Et ne interficiatis liberos veſtros‡ metu paupertatis; Nos et vobis et illis victum præbemus. Ideo autem illos eas interfeciſſe dicitur, quod metuerent ne quando ipſis opprobrii cauſa eſſent. Eſt autem *Meccæ* mons dictus ابو دلامة *AbuDalamah*, in quo ſolebant *Koraiſhitæ* filias ſuas defodere. Fertur صعصعة *Saaſaam*,§ *Farazdaki* avum, redimere ſolitum filias a cæde, ſingulas camelis fœtis duabus et camelo; ad quem ipſius morem‖ alludens *Farazdak* coram *Chalifarum Ommiadarum* quodam, inter gloriandum, dixit, انا ابن محيي الموتى *Ego ſum filius ejus qui vivificat mortuos:* quod ipſius dictum cum male audiret, excuſavit ſe, dicens, الله يقول ومن احياها فكانما احيا الناس جميعا *Dicit Deus, Qui eas vitæ reſtituit, perinde eſt ac ſi omnes homines vitæ reſtitueret.* Hæc ille. Ad eundem morem alludi aſſerit *AlZamachſharius*** iſtis verbis;†† زين لكثير من المشركين قتل اولادهم شركاوهم *Pulchrum apparere fecerunt multis Idololatrarum occiſionem liberorum ſuorum*‡‡ *ſocii ipſorum, ut perdant ipſos*, ſcilicet (inquit ille) بالواد *ὑποκατεφύζεν*: aut, بنحرهم للالهة وكان الرجل يحلف في الجاهلية لبن ولد له كذا غلاما لينحرن احدهم *quod eos Idolis ſacrificarent, cum mos eſſet illis vovendi, ut ſi tot naſcerentur ipſis filii, unum*

* Cap. 16.

† Ib. Cap. 17.

‡ خوف الاملاق

§ *Poetæ celebris.*

‖ *V.* AlZamach. in Surato'lTacwir, quæ ordine 81ma.

** *Et* Al-Jallalani *&c.*

†† Alcor. Cap. 6.

‡‡ *Diaboli, ſcilicet.*

ex illis mactarent. Sic et *AlBidawius*, qui ad verba ſtatim ſequentia, ſcilicet, قد خسر الذين قتلوا اولادهم *Certe errarunt qui liberos ſuos interfecerunt*, Intelligit, inquit, العرب الذين كانوا يقتلون * ابنايهم مخافة السبي والفقر *Arabes qui interficere ſolebant liberos ſuos metu captivitatis et paupertatis.* Diſertis autem verbis hujus moris mentio fit in *Surato'l-Tacwir*, ubi hæc leguntur verba, واذا الموودة سيلت *Et cum interrogata fuerit quæ viva defoſſa eſt, &c.* ad quæ refert *AlZamachſharius* ſolitos fuiſſe *Arabes* cum naſceretur ipſorum cuipiam filia, ſi eam vivam conſervare vellet, البسها جبة من الصوف او شعر وترعي له الابل والغنم في البادية وان اراد قتلها تركها حتي اذا كانت سداسية فيقول لامها طيبيها وزينيها حتي اذهب بها الي اماتها وقد حفر لها ببرا فيبلغ بها البير فيقول لها انظري فيها ثم يدفعها من خلفها ويهيل عليها التراب حتي تستوي البير بالارض وقيل كانت الحامل اذا قربت حفرت حفرة فتمخضت علي راس الحفرة فاذا ولدت بنتا رمت بها في الحفرة وان ولدت ابنا حبسته *tunica lanea vel cilicina indutæ paſcendos ſibi camelos vel oves, in deſerto committere; quod ſi e medio tollere animus eſſet, uſque dum ſexennis evaderet, permittere, tum matri ipſius dicere, Odoribus et ornamentis eam honeſta, quo ipſam ad matres ſuas abducam; deinde ad puteum quem ipſi fodererat deductam, eumque inſpicere juſſam, a tergo ſtans præcipitare, tum ſuperinjecta terra puteum complanare. Dicunt alii, moris fuiſſe ut cum parturiret gravida, foſſam effoderet juxta quam partum ederet; qui ſi filia eſſet, in ipſam injiceretur; ſin filius, vivus conſervaretur.* Feciſſe autem hoc ipſos الخوف من لحوق العار بهم من اجلهن او الخوف من الاملاق *metu opprobrii quod ipſarum cauſa accidere poſſet,*

* AlZamach. يبدون *vivos defodere.*

Digitized by Google

vel metu paupertatis. Neque tamen hoc ab omnibus promiſcue Arabibus factitatum videtur, cum alias legatur hic patrem poſt natam filiam ſalutandi mos, هنيئا لك النافجة *Proſit tibi AlNaphejah*, i. e. المعظمة لمالك لانك تاخذ مهرها فتضمه الي مالك فينفج *Quæ opes tuas adaugeat, utpote quibus dote ſua incrementum additura eſt.* Quamvis majoris in fœlicitatis parte filiis quam filiabus augeri habitum fuiſſe, extra dubium ſit. Unde cum ad maritum deducenda eſſet filia, ſi e propinquioribus alicui nupſiſſet, hac adhibita benedictione valedicerent; ايسرت واذكرت ولا انثت *Facilis ſit tibi partus, et maſculos parias non fœminas:* contra, ſi remotioribus nec tam fœdere conjunctis, iſta لا ايسرت ولا اذكرت *Nec facilis ſit tibi partus, nec mares parias, &c.* uti apud *AlShahreſtanium* legere eſt. Inde et illud quod in proverbium abiit, تقديم * الحرم من النعم *Præmiſſio filiarum fœlicitatis eſt*, nec non دفن البنات من المكرمات *Sepultura filiarum inter beneficia divinitus collata* [numeranda eſt], referente *AlMidanienſi.* Fuit et inter *Arabibus* antiquitus uſitata نكاح المقت, quod illud πορνείας genus eſt quod Apoſtolus gentibus inauditum vocat, 1 *Cor.* v. 1. ſcilicet, ut quis uxorem patris duceret. Ejus modum ſic deſcribunt, ſcilicet, quod fœminam a patre mortuo derelictam (imo vel aliter dimiſſam) quaſi hæreditario jure (ſi ita ſibi expedire putaret) vendicaret filius natu maximus, veſte ſua, in rei ſignum, ei injecta; quod ſi ea opus non haberet natu maximus, tum alius quis e fratribus ipſius dote nova duceret. Ita كانوا يرثون النكاح كما يرثون المال *Torum perinde ac opes hæreditarium habere.*

AlJauharius in نفج *et* Kamus.

AlShahreſt.

* *i.e.* البنات AlMid.

AlMoſtatraf. Nodmo'l-Dorr. Ebno'lAthir, *&c.*

Digitized by Google

Hunc morem vetat Alcoranus his verbis (ut vult Author *Nothro'lDorr*) يا ايها الذين امنوا لا يحل لكم ان ترثوا النسا كرها *O vos qui creditis, non permiſſum eſt vobis fœminas invitas hæreditatis jure accipere.* Hæc licet impio huic mori explicando ſufficiant, liceat tamen quæ affert *AlShahreſtanius* apponere : كانت العرب في جاهليتها يحرم اشيا نزل القران بتحريمها كانوا لا ينكحون الامهات ولا البنات ولا الخالات ولا العمات .وكان اقبح ما يصنعون ان يجمع الرجل بين الاختين لو يخلف علي امراة ابيه وكانوا يسمون من فعل ذلك الضيزن &c. *Pro vetitis habuerunt Arabes ignorantiæ ſuæ temporibus aliqua, quæ poſtea vetuit Alcoranus; abſtinere ſiquidem a matribus, et a filiabus, et a materteris et amitis : turpiſſimum autem eorum quæ faciebant hoc erat, quod vir duas ſorores duceret, aut patris ſui uxorem velut ſucceſſor aſſumeret, quod qui faceret appellabatur* * AlDaizan; quo nomine infectatus eſt (inquit) *Aus Ebn Hajar*, poeta, quoſdam e tribu *Bani Kais*, quorum tres, ex ordine, patris ſui uxorem duxerant. وكان الرجل من العرب اذا مات عن المراة او طلقها قام اكبر بنيه فان كان له فيها حاجة طرح ثوبه عليها وان لم يكن حاجة يزوجها بعض اخوته بمهر جديد *Mos autem erat apud Arabes, ut cum ab uxore, morte aut repudio, ſepararetur aliquis, filiorum ipſius natu maximus, ſi ea opus haberet, veſtem ſuam ei injiceret; quod ſi ille opus ea non haberet, duceret ipſam e fratribus aliquis dotis novæ interventu.* Addi his poſſent ejuſdem farinæ multa; ſed e jam dictis et quales invenerit *Arabes* ſuos *Mohammedes*, et quales reliquerit, ſatis patere arbitror. Quod ſi quis non ſolum illos, qui ſapientes olim habiti, ſed et alias,

* *Quod etiam Idoli nomen erat.* Vid. p. 103.

Digitized by Google

quæ eidem nomen dederint, gentes prudentia antiquitus insignes, tam ridicule superstitiosa amplexos miretur, ipse quod sibi melioribus imbui contigerit, Deo gratus, iis penitus adhærere et sobrie sapere discat, ne sibi, justo Dei judicio (ut illi) permissus, in ejusmodi aut alia non minus ridicula incidat; quod merito timere debet, etiam qui sibi maxime sapere videtur, cum illos, quos in rebus ad religionem spectantibus adeo delirare miratur, in iis quæ humanæ sunt sapientiæ, nec sibi nec aliis ingenio aut acumine cedere reperiet. Μὴ ὑψηλοφρόνει, ἀλλὰ φοβοῦ.

Soli Deo Gloria.

Digitized by Google

Digitized by Google

PROVERBIORUM

QUÆ IN HOC OPERE CITATA SUNT

BREVIS RECENSIO.

احاديث طسم واحلامها *Narrationes*, ſeu fabulæ, *Taſmi, et ſomnia eorum.* يضرب لمن يخبرك بما لا اصل له (inquit *Al-Midanienſis*) *Jactatur in eum qui tibi narrat illud quod nullo nititur fundamento.* Valebit ergo forſan, ex ipſius ſententia, *Narrationes de Taſmo &c.* ſcilicet de iis quorum dudum obliterata eſt memoria, nec quicquam jam certi reliquum. P. 39.

عند جهينة الخبر اليقين *Apud Johainam certum eſt nuntium.* *Johainah* autem tribus nomen, hic pro *Johainienſi* poſitum. *Johainienſis* autem a quo ortum ducit proverbium, perhibetur اخنس *Achnas* quidam, qui de *Hoſaino*, quem ipſe interfecerat, a quibuſvis obviis ſciſcitanti ejus ſorori, reſpondit, P. 41.

تسايل عن حصين كل ركب
وعند جهينة الخبر اليقين

i. e. *Interrogas de Hoſaino quemlibet cætum;*
Atqui apud Johainam certum eſt nuntium.

Cujus verſus hemiſtichium poſterius in proverbium abiit, quod uſurpant cum indicare velint unde certa alicujus rei notitia petenda ſit; vel cum quis ſibi rem peni-

Digitized by Google

tus compertam esse profiteatur. Inde authorum Arabicorum elegantissimus *AlHariri*, sub ficta *Abu Zaidi* persona, collationem inter المنشي *eum qui principibus ab epistolis sit*, et الحساب *rationum perscriptorem* instituens, المنشي (inquit) جهينة الاخبار *Johainah est narrationum*, i. e. explicante *AlShirazienſi*, يعلم خبر كل بلد لانه يقرا الكتب المرسلة من كل ناحية الي السلطان *novit quid in unaquaque regione agatur, quia literas ex omni parte ad regem missas legit*. Sic et celebris poeta *Abu'lOla*,

طلبت اليقين من جهينة عنهم

Petii certum de illis a Johainah nuntium;

Scholiastes, ممن هو مظنة العلم *ab eo quem maxime probabile est scivisse*. Legunt alii جفينة * *Jofainah*, testibus *Al'Jauhariq* et *AlFirauzabadio*, aliisque, atque esse اسم خمار *nomen ænopolæ*, in cujus taberna, orta inter compotantes duos rixa, † tertius quidam, qui se litis componendæ gratia medium ingesserat, occisus est; a cujus propinquis re ad judicem delata, cum de homicida dubitaretur, dixit ille عليكم بجفينة *Jofainam adite*, vel *Jofainam arcessite*; ille enim quis cædis author fuerit optime indicabit, atque inde proverbio ansam fuisse.

* *Sic et in nonnullis* Al-Hariri *exemplaribus.*

† AlModhafferi in Scholiis ad Harir. et lib. Temthal. Al-Shiraz. paulo aliter; scilicet mulierem a rixantibus interfectam fuisse.

P. 43. اخسر من ابي غبشان *Magis damnum passus*, vel *magis sera pœnitentia cruciatus, quam Abu Gabshan*; utpote qui rem maximi momenti, re nihili vendidit, claves *Caabæ* et æditui munus, utre vini. Dicunt alias احمق من ابي غبشان *Stultior Abu Gabshano.*

P. 44. اجود من حاتم *Liberalior Hatemo.* Fuit *Hatemus* iste من شعرا الجاهلية وكان جوادا يشبه شعره جوده ويصدق قوله

فعلة *Ex Arabum antiquiorum poetis, et insigni liberalitate vir; cujus carmina ipsius munificentiam referebant, cujusque facta dictorum veritatem obsignabant.* Author libri *Temthal.* Refert idem ipsum menſe *Rajeb* ſingulis diebus decem camelos jugulaſſe quibus hoſpites exciperet. Alium autem fuiſſe ejuſdem nominis cujus avaritia in proverbium abierit: ابخل من حاتم *Magis avarus quam Hatemus.* De priori *AlMaidani* hæc habet, كان جوادا شجاعا شاعرا مظفرا اذا قاتل غلب واذا غنم انهب واذا سيل وهب واذا ضرب بالقداح فاز واذا سابق سبق واذا اسر اطلق *Fuit liberalis, fortis, poeta, victoriosus; cum pugnaret, vincere, cum prædam acquireret, diripiendam dare, cum rogaretur, donare, cum sortibus contenderet, lucrari, cum cursu certaret, anteire, cum captivos cepisset, dimittere.*

اودي عتيب *Periit Atib.* Dicterium in eos qui dum ſpe ſalutis inani ſe lactant, miſere pereunt. Hiſtoria a qua originem traxit proverbium hæc eſt, referentibus *Alſauhario, AlMaidanio,* et *AlFirauzabadio.* Tribus iſtius (*Banu Atib* ſcilicet) omnes ætatis maturæ viros cum captivos abduxiſſet rex quidam, illi ſe hoc ſolari ſolebant; اذا كبر صبياننا لم يتركوننا حتي يقتكوننا *Ubi ad ætatem pervenerint pueri noſtri, non definent donec nos liberaverint;* ipſi interim omnes in exilio perierunt: unde de iis qui penitus interierunt dicitur, ut et اودي درم *Periit Daremus.*

P. 45.

AlJauhar. et Kamus in درم

اجود من كعب *Liberalior Caabo.* Eo ſcilicet qui, cum per deſerta iter facientes aquæ penuria premerentur, eam quam ſibi paraverat in portiones æquales univerſis diſtribuendam diviſit, deinde ſuam ignoto cuidam, qui ſitibun-

P. 47.

Digitized by Google

dis eum oculis aſpiceret, plus ſemel dari jubens, ipſe ſiti extinctus eſt, referente *AlMaidani*.

P. 47. اخطب من قس & ابلغ من قس *Eloquentior Koſſo. Ayadienſis* hic fuit بليغ حكيم (ut loquitur *AlFirauzabadius*) *eloquentia et ſapientia inſignis*, qui et unitatem Dei, et mortuorum reſurrectionem, quas ipſe credidit, *Arabibus* ſuis ſubinde ingerebat, teſte *AlShahreſtanio*. *AlMaidanius* refert eum primum fuiſſe qui dixerit اما بعد *Emma baad*, i. e. *Poſt hæc vero*, ſeu *His præmiſſis*, quam formulam in initiis orationum, epiſtolarum, et librorum, poſt gratias Deo actas, eumque invocatum, adhibere ſolent, et فصل الخطاب *Orationis διόρισμον* vocant, ſcilicet qui præfationem a ſermonis corpore diſtinguit, ut Scholiaſtes in *Abu'l-Olam*; qui tamen *Davidem* hujus formulæ authorem ſtatuit, ut et *AlFirauzabadius* in بعد. Vixiſſe eum ferunt annos 180.

Ibid. لا اتيك او يووب القارظان *Non ad te veniam donec redierint duo* * *coriarii*: vel, اذا ما القارظ العنزي ابا, *Quando coriarius Anzienſis redierit*, i. e. nunquam. Coriarii duo (inquit *AlFirauzabadius*) ſunt يذكر بن عنزة وعامر بن رهم وكلاهما من عنزة خرجا في طلب القرظ فلم يرجعا فقالوا لا اتيك او يووب القارظان *Yadhcor Ebn Anzah et Amer Ebn Rohm, uterque Anzienſis, qui profecti ad quærendum* القرظ *nunquam reverſi ſunt*; *inde dicunt, Non ad te veniam donec redierint duo coriarii*. Dicit *AlMaidani* حتي يووب القارظان *Donec redierint duo coriarii*, et حتي يووب المنخل *Donec reverſus fuerit* † *AlMonacchal*, et حتي يرد الضب *donec ad aquam deſcendat* ‡ *AlDabb*, hæc omnia proverbia ſunt سوا في

* القارظ illum proprie denotat qui القرظ *i. e.* arboris cujuſdam folia in uſum coriariorum convehit.

† *Viri nomen qui a ſuis deſideratus eſt.*

‡ *Nomen animalis quod nunquam aquam bibit.*

Digitized by Google

معني التابيد *quæ pariter denotant penitus abiiſſe quid*, vel irreparabiliter periiſſe; et alibi اذا ما القارظ العنزي ابا *Quando coriarius Anzienſis redierit*, صار مثلا في امتداد الغيب *Proverbium eſt* (inquit) *quo abſentiam diuturnam indicant.*

صحيفة المتلمس *Literæ Motalammeſi.* Plane ut apud *Græcos* et *Latinos Bellerophontis* literæ. *Motalammes* (cui nomen *Jarir*) et *Tarafah*, duo *Arabum* poetæ, cum adverſus regem quendam (*Amrum* ſcilicet *Hirenſium* 18) qui eos benigne tractaverat, carmina probroſa factitaſſent, ille, diſſimulata ira, tanquam honeſte dimiſſurus, literas illis ad præfectum quendam ſuum perferendas dedit, quibus eum de illis pœnas ſumere juſſit; quod ſuſpicatus *Motalammes*, illis quæ apud ſe erant apertis, periculum fugit, at *Tarafah* eas quæ ipſi traditæ fuerant, prout erant, obſignatas perferens, morte mulctatus eſt. Epiſtolæ quæ *Motalammeſo* data eſt, hoc apud *AlMaidanienſem* habetur exemplar: باسمك اللهم من عمرو بن هند الي الكعبر اذا اتاك كتابي هذا مع المتلمس فاقطع يديه ورجليه وادفنه حيا *In nomine tuo, O Deus. Ab Amro Ebn Hendæ ad* * *Al-Caabarum. Ubi ad te pervenerint literæ iſtæ per Motalammeſum, fac ipſum, manibus et pedibus truncatum, vivum defodias*†.

P. 47.

* *Apud alios, Abu Carb vocatur. V. Sbiraz. in Harir.*

† Vid. *Hariri. Cap.* 10. et *Ebn Chalecan.* in vita *Hammami Farazdaki.*

اذا اتلف الناس اخلف الياس *Si perdiderit AlNas, rependet AlYas.* يضرب عند امتناع المطلوب (inquit *AlMaidani*) *Uſurpatur cum quis non aſſequatur quod petit.* Puto, animum deſpondere vetans, eo quod ſi ab uno quod velis non conſequare, ab alio poſſis. *AlNas* (inquit) *nomen Kais*

P. 48.

Digitized by Google

Ailani Ebn Modar, Al'As fratris ejus, ut et *Al'Jauhari* in نوس.

P. 49. قد وقع بينهم حرب داحس والغبرا *Accidit inter eos bellum Dahes et Gabrah*; diuturnum ſcilicet et ἀσπονδον, quale illud quod quadraginta annos duravit*. يضرب مثلا للقوم وقعوا في الشر يبقي بينهم مدة † *De illis dicitur inter quos inimicitiæ non facile reconciliabiles, et lites ſedatu difficiles, ortæ ſunt.*

* V. et pag. 84.
† *AlMaidani.*

P. 68. كندماي جذيمة *Inſtar duorum Jodaimæ compotorum*, ſcilicet مالك وعقيل *Malec et Okail*, qui cum *Amrum, Jodaimæ* nepotem, qui diu deſideratus fuerat, reduxiſſent, ab eo quodcunque vellent præmium petere juſſi, *Ut nos* (inquiunt) *tibi compotores adſciſcas*, quo in honore quadraginta annos manſerunt; unde proverbium hoc de iis inter quos diuturna familiaritas, et arcta neceſſitudo intercedit, referentibus *AlMaidani, Al'Jannabio*, &c.

P. 69. لامر ما جدع قصير انفه *Ob rem aliquam*, ſeu, non ſine cauſa, *abſcidit ſibi Koſair naſum*. Puto, cum facto alicui inſolito majus aliquid ſubeſſe ſuſpiceris.

Ibid. كبر عمرو عن الطوق *Major eſt Amrus quam ut torque induatur*. Dixit hoc avunculus ipſius *Jodaimah*, cum a *Maleco* et *Okailo* reportatum, et grandiorem jam factum, mater torque ornaſſet. يضرب للابس ما هو دون قدره inquit *Al'Jannabius, Uſurpatur cum quis quod ipſi non conveniat, induit*. Forſan et cum vir puerilia tractat.

Ibid. قرطي مارية *Inaures Mariæ*. De re magni pretii dicunt خذه ولو بقرطي مارية *Eme illud vel inauribus Mariæ*, i. e. علي كل حال *quantovis pretio*, explicante *AlFirauzabadio*; et انفس من قرطي مارية *Pretioſior inauribus Mariæ*, quibus

Digitized by Google

ſcilicet incluſa erat gemma قوم اربعين الف دينار *quadraginta aureorum millibus æſtimata*, vel, juxta alios, duæ uniones كبيضتي حمامة لم يرا مثلهما فاهدتها الي الكعبة *inſtar duorum columbæ ovorum, quibus non alias pares viſæ ſunt, Caabæ ab ipſa dono datæ.*

جزا سنمار *Præmium Senemmari*; qui ex arcis, quam ipſe regi ſtruxerat, faſtigio præceps datus eſt: juxta nonnullos, ne alii cuipiam parem conderet, juxta alios, ne lapidem, quo ſublato totam fabricam ruituram dixerat, alii quam ipſi regi indicaret*. Inde natum proverbium, cui locus eſt cum alicui, ab illis quibus bene fecit, reponditur malum: hinc illud poetæ apud *Al Jannabium*,

ومن يفعل المعروف مع غير اهله
يجازي الذي جوزي قديما سنمار

Qui beneficium in indignum confert,
Idem reportabit præmium, quod reportavit olim Senemmarus.

P. 70.

* *Al Jaubar. Al Firauzab. Al Jannab. &c.*

اشام من سراب *Fatalior Sarabo.*

P. 83.

اشام من بسوس *Ominoſior Baſuſa.* *Baſus* fœmina, quæ cum nepotem ſuum *Jaſſaſum* ad vindictam ob interfectam *Sarabum* (quod cujuſdam quem ipſa hoſpitio exceperat, camelæ nomen) a *Colaibo* ſumendam incitaret, cauſa extitit belli annorum 40.

من دخل الظفار حمر *Qui Dhafarum ingreditur Hamyariſmum addiſcat.* Iis quæ ad hujus explicationem facientia, dicta ſunt†, adde, e libro *Temthal*, dixiſſe Arabem iſtum ليعلمن الملك اني سامع مطيع *Sciat rex me ipſius dicto audientem fore.* Alii verbum حمر aliter exponunt, ſcilicet *Veſtes*

P. 157.

† Ibid.

rubro colore tinget [vel tingat], quod ſcilicet in *Dhafaro* fodinæ ſint rubricæ quæ مغرة dicitur. يضرب للرجل اذا خالط القوم اخذ بزيهم *Monet eum qui populo alicui ſe adjungit, ut ad eorum mores et habitum ſe adtemperet**.

* Temthal.

P. 168. اخطب من سحبان وايل *Facundior Sahbano Wayelenſi. Sahban* (inquit *Al'Jauharius*) اسم رجل من وايل كان لسنا بليغا يضرب به المثل في البيان *Nomen viri e tribu Wayel* διγλώσσου, *facundi, adeo ut in proverbium abierit ejus eloquentia*; qui de ſe dixit, لقد علم الحي اليمانون انني اذا قلت اما بعد اني خطيبها *Norunt tribus Yamanenſes me, ubi dixerim* Emma baad, *ipſorum oratorem eſſe.*

P. 233. وقف حمار الشيخ علي القنطرة *Aſinus AlSheichi* [ſeu magiſtri] *ſtetit in* † *fornice.* Cum hæſerit quis progredi neſcius.

† Seu, *ponte.*

P. 242. كمن هرب من المطر الي الميزاب *Ut qui fugiens pluviam ad collicias ſe recipit.* Qui minoris mali vel abſurdi vitandi cauſa, majus incurrit. Geminum eſt quod apud ‡ *Maimonidem* occurrit, كالمستغر من الرمضا الي النار, quæ Hebraice vertit *Aben Tibbon* כבורח מן הרמץ אל האש, *Buxtorfius* Latine, *Qui prunas ignis evitare volentes in flammam ejus inciderunt.* Arabica autem ſonant, *Ut qui ab æſtu ſolis* (*vel a terra torrida*) *ad ignem fugit.*

‡ Moreh Nev. lib. i. Cap. ult.

P. 288. تقيس الملايكة بالحدادين *Comparas angelos cum* السجانين *ergaſtulariis,* explicantibus nonnullis: at fieri poteſt (inquit *Ebno'lAthir*) ان يكون اراد به صناع الحديد لانهم من اوسخ الصناع ثوبا وبدنا *ut intelligat hoc verbo* fabros ferrarios, *utpote qui artificum veſtibus et corpore ſordidiſſimi ſint.*

Digitized by Google

P. 325.

تقديم الحرم من النعم *Præmiſſio filiarum inter beneficia* [numeranda eſt]. Ita ſcilicet idem hic valere الحرم aſſerit *AlMaidani*, ac البنات *filias*; quod idem eſt (inquit) quod alias dicunt, دفن البنات من المكرمات *Sepultura filiarum in beneficiorum numero eſt:* valde enim filiabus ſuis timebant.

Porro cum non alius linguæ Arabicæ ſtudioſorum manibus magis teratur liber, quam Proverbiorum ab *Erpenio* editorum Centuriæ duæ, in quorum tamen aliqua, exemplaris quo uſus eſt vir doctiſſimus non ſatis correcti vitio, errores aliquot irrepſerint, non inutile viſum eſt ea ſive conjectura, ſive aliorum librorum ope, reſtituta, lectoris oculis hoc loco ſubjicere.

Centuria I.

Prov. 1. لا تركب فرسا غيرك *Ne equites equum alienum.*] Conſtructionis ratio poſtulat ut legatur فرس غيرك vel فرسا لغيرك. Sonant enim verba prout leguntur, *Ne equites equum præter teipſum.*

Prov. 60. املك الانسان لنفسه من كتم سره من صديقه *Poſſidet homo animam ſuam* (vel ſeipſum) *qui occultat ſecretum ſuum ab amico ſuo. S.* Videtur potius vertendum; *Dominatur homo animæ ſuæ vel ſibi ipſi, &c.* Erp.] In MS. fuiſſe الناس *alnaſo*, in Nominativo, dicit *Erpenius*, quod ille mendoſum ſuſpicatus, legit الانسان *alenſano:* at vera lectio eſt الناس *alnaſi*, Genitivi caſus, et proverbium ita reddendum; *Maxime ille, inter homines, poſſidet animam ſuam*, vel, *Maximam ille, hominum, in ſe* [vel ſui] *poteſta-*

Digitized by Google

tem habet, qui occultat secretum suum ab amico suo. Al-Maidani, املك الناس لنفسه اكتمهم لسره *Maximam, inter homines, sui potestatem habet, qui maxime tegit secretum suum.* يضرب في مدح * كتمان السر *Laudatur hoc dicto qui secreta optime celare novit.* Confer Cent. 2. Prov. 54.

* Ad verb. *occultatio secreti.*

Prov. 91. عند الصباح يحمد القوم السدي *Ad auroram laudat populus pluviam.*] *Pro* السدي quod vertit *D. Erpenius pluviam,* lege السري, et verte *νυκτοπορίαν profectionem nocturnam.* السري (inquit author *AlKamusi*) est سير عامة الليل *pernox itineratio.* Occurrit proverbium apud *AlHaririum* Cap. 43. ubi *AlShirazi* in scholiis, هذا مثل يضرب في تحريض احد علي تحمل المشقة في الامر لان من تحمل المشقة يجد بعدها راحة لان من سري في الليل فعند الصباح بلغ المنزل او قاربه فيفرح بالسري *Proverbium est quod usurpatur* † *ad incitandum aliquem, ut ferat molestiam in re aliqua, quod post illam requiem inventurus sit; quoniam qui noctu iter facit, ubi mane domum suam pervenit, vel non longe ab ea abest, lætatur se noctem in itinere consumsisse.* Suadet igitur molestiam alacri animo subire, qua ad quietem via struitur. Alii, ‡ يضرب للرجل يحتمل المشقة رجا الراحة *Dicitur cum quis alacri animo molestiam perfert, spe quietis futuræ.*

† Sic *AlZamach.* Incitat patientia res aggredi, atque animum firmare læti exitus expectatione.

‡ AlMid. et Temthal.

Centuria II.

Prov. 1. دقك بالمنخار حب الفلفل Dakkaca be'lmenchari habbo'lfolfoli. *Pungit te in naso granum piperis.*] Lege دقك بالمنحاز حب القلقل Dakkoca be'lmenhazi habba'lkelkeli. *Comminuis in mortario granum* § *AlKelkel.* Citatur ab *Al'Jauhario* in قل, et in *AlKamus* in قل et نحز. Est

§ In aliquibus Kamusi exemplaribus legitur *Al-Kolkol* cum Dhamma.

autem (referente *Al'fauharìo*) *AlKelkel* اصلب ما يكون من الحبوب *omnium granorum durissimum.* Male igitur a nonnullis legi monent القلقل. Monet (explicante *AlFirauzabadio*) instandum, cum quis ab avaro aliquid extorquere velit, sicut ei qui grana *AlKelkel* in mortario comminuere, quod non sine difficultate peragitur.

Prov. 3. من يخبرك بشتم عن احد فهو الشاتم *Qui denuntiat tibi diffamatoria super aliquo, ipse est diffamator.*] Verte, *Qui refert tibi convitium ab aliquo, ipse est convitiator.* Sensu enim prorsus geminum videtur illi apud *Al-Maidanium,* من سبك قال من بلغني *Quis te infamia,* vel convitio, *affecit? dixit, Qui mihi retulit.* اي الذي بلغك ما تكره هو الذي قاله لانه لو سكت لم تعلم i. e. *Qui tibi illud* [ab alio] *narrat, quod te male habeat, ipse est qui illud dixit; si enim tacuisset ille, non nosses* [quid dixisset alter]. Dicunt etiam, الراوية احد الشاتمين *Qui refert alter est convitiatorem.*

Prov. 53. عند النوي يكذبك الصادق *A depravatione mentietur tibi verax.* Scal. *Apud paupertatem,* vel *in paupertate,* Erp.] Verte, *In* * *absentia mentietur tibi verax. In absentia,* i. e. cum abest, vel longe remotus est ab eo de quo loquitur. Proverbii origo ex historia hujusmodi: † Quidam servum quem dominus ipsi venum exposuit, hoc elogio, quod nunquam mentiturus esset, se ad mendacium compulsurum, deposito pignore, suscepit. Abductum ergo secum aliquantum temporis, detinuit, deinde cum, quasi peregre profecturus, sarcinas camelis imposuisset, et omnia itineri parata habuisset, remisit, at-

* النوي البعد Kamus.

† *V.* AlSafadi *in Comm. ad* Lamiato'l Ajam.

Digitized by Google

que remiſſo domi ſe continuit, nihil dubitans quin ſervus domino ipſum profectum eſſe renunciaturus eſſet. Quærenti ergo domino de altero iſto, retulit ſervus, ſe quidem ipſum quaſi jamjam profecturum reliquiſſe, profectus autem eſſet necne, ſe re vera neſcire, nec pronuntiare velle, cum qui de abſentibus loquatur facile mentiri poſſit. Quo reſponſo et mendacium fugit ſervus, et domino ſuo pignus, quo certabatur, lucratus eſt. Adhibetur ergo cum quis de rebus de quibus nihil comperti habeat, loqui recuſet, ne forſan quod falſum eſt dicere cogatur.

Prov. 60. الحديث ذو سجون *Narratio* (ſermo) *res carcerum eſt.*] Lege ذو شجون i. e. *quid modos*, vel *vias*, ſeu *ramos habens*, ſcilicet ἀλληλοῦχον et πολυχιδὲς, ita ut aliud ex alio ſequatur, et inter loquendum, ſeu in ſermonis progreſſu, exiſtat. الشجن, explicante authore *AlKamuſi*, inter alia, ſignificat الغصن المشتبك والشعبة من كل شي *ramum implexum, et rei cujuſvis divortia*, qui et hoc proverbium citans شجون per فنون واغراض *ſpecies*, ſeu modos, *et ſcopos*, explicat. *Al Jauhar.* Sermo eſt ذو شجون i. e. يدخل بعضه في بعض *pars ejus partem ingreditur*, ſeu ita inter ſe cohærent ejus partes, ut aliud ex alio inferatur. يضرب المثل في الحديث يستذكر به غيره *Dicitur de ſermone quando unum aliud in memoriam revocat*, ſeu quando unius occaſione alterius fit mentio. Ex eadem hiſtoria alterius etiam eſt proverbii origo, quod legit *D. Erpenius* سبق السيف العذل *Anticipavit juſtitiam enſis.* Legendum autem eſt العذل *reprehenſionem:* ſero ſcilicet illum reprehenderunt ob cæ-

Digitized by Google

dem menſe ſacro patratam, re jam peracta, quæ infecta reddi non potuit. Alludit ad hoc proverbium *Tograius* in iſto verſu,

ان كان ينفع شي في ثباتهم
على العهود فسبق السيف للعذل

Si ſit quod valeat ad eos continendos
In fide pactorum, [nihil aliud eſt quam] *ut prævertat enſis reprehenſionem.*

Ubi monet *AlSafadius* eſſe hoc e proverbiis *Arabum,* يضرب في الامر الذي لا يقدر على رده *quo innuitur rem revocari, ſeu infectam reddi non poſſe.*

Prov. 62. Confuſa ſunt (ni fallor) quæ ibi leguntur. Proverbium hoc eſſe videtur الحديد يفلح بالحديد *Ferrum ferro finditur:* reliqua ad ejus explicationem pertinere, ubi, ut verſus primo laudati ratio conſtet, legendum, monente docto quodam *Arabe,* ولكل شي افة من جنسه حتي الحديد سطا عليه المبرد *Omni rei corruptio* [ſeu perditio] *eſt a genere ſuo, uſque ad ferrum, cui vim infert* [vel prævalet] *lima.* Monet autem proverbium (explicante *Al-Maidanio*) ان يستعان في الامر الشديد بمن يشاكله * ويقاومه *in re ardua auxilium petere ab eo qui ei par ſit et ἰσοδύναμος.*

* *Al.* يقاويه

Prov. 74. لقد ذل من بالت عليه الثعالب *Satis humiliatus eſt ſuper quem minxerunt vulpes.*] Quæ hujus proverbii originem ſpectent, vide p. 105. Porro dicunt اذل مما بالت عليه الثعالب *Vilior eo ſuper quod minxerunt vulpes* يضرب لمن يستذل *de perſona ſumme aſpernabili,* vel ultimæ vilitatis, referente *AlDamirio,* qui et annotat (cum *AlFirauzabadio*) male a pleriſque legi in priore quod citavimus *Hemiſtichio* الثعلبان

Al'Thoolaban, quaſi ſingulare eſſet, cum efferendum ſit per Fatha et dualis ſit numeri, ſcilicet *duæ vulpes*. In verſione *Erpeniana* pro *ſuper eum* lege *ſuper illud*, ſuper idolum, ſcilicet, non ſuper cultorem.

Prov. 85. وقع فلان في سن راسه *Cecidit quidam* (ὁ δεῖνα) *in dentem capitis ejus.*] Lege في سي راسه vel سوا راسه, quod ſonare videtur *æqualem capiti menſuram*, vel, *illud quod caput ejus æquet*; i. e. referentibus *Al'Jauhario* et *AlFirauzabadio*, in عدد شعر راسه من الخير *tantam rerum copiam quæ numerum capillorum capitis ejus æquet*, vel, juxta alios, quæ غمرته وسوت راسه *eum obruat, et ad caput ejus pertingat*, in حكمه من الخير *tantam quantam capere poteſt, vel quanta uti, proſperitatem*. Dicitur ergo لمن وقع في النعمة ſeu في خصب *cum quis proſperitatem, ſeu rerum omnium abundantiam, conſequatur*. Quod autem legunt nonnulli في سن راسه monet *Al'Jauharius* eſſe تصحيف erratum e literarum permutatione.

Prov. 89. اذا زل العالم زل بزلة عالم Edha zalla'l alemo, zalla bezallatin alemin. *Cum errat eruditus, errat errore erudito.*] Lege اذا زل العالم زل بزلته عالم Edha zalla'l alemo, zalla bezallatehi alamon. *Cum errat eruditus, errat errore ejus mundus*; ſcilicet (explicante *AlMaidanio*,) لان للعالم تبعا فهم يقتدون به *quoniam ſunt erudito ſectatores qui eum imitentur*: inde poeta,

ان الفقيه اذا غوى واطاعه
قوم غووا معه فضاع وضيعا
مثل السفينة ان هوت في لجة
تغرق وتغرق كل ما فيها معا

Digitized by Google

Utique doctus ſi erraverit, et auſcultaverit illi
Populus, errant cum eo, et periit et perdidit:
Inſtar navis, quæ ubi fundum petierit,
Mergitur, unàque merguntur quæ in ea ſunt omnia.

Atque hoc eſt quod dicit *Maimonides* in præfatione ad ſuos in *Miſhnah* commentarios: العامة اذا لم يتادب لم يضر ذلك بالجميع انما اضر بنفسه فقط وان لم يكن الحاكم متادبا مرتاضا هلك وهلك الناس طرا *Idiota ſi non probe cultus fuerit, non omnibus, ſed ipſi uni nocet; at judex ſi non probe cultus et ſubactis moribus fuerit, perit ipſe unaque homines univerſos in perniciem trahit.*

Prov. 91. وهل ينهض الباري بغير جناح *An volabit* (id eſt, volare queat) *avicula ſine ala?*] Suſpicatur *D. Erpenius* mendum in vòce الباري. Corrige igitur, et lege البازي Al-Bazi, *accipiter*. قالت العرب وهل ينهض البازي بغير جناح يضرب في الحث علي التعاون والوفاق (inquit *AlDamirius*) *Dicunt Arabes, Et nunquid ad volandum ſe tollet accipiter ſine ala? quo monet adjutores ſibi et amicos comparare:* juxta illud poetæ,

اخاك اخاك ان من لا اخا له
كداع الي الهيجا بغير سلاح
وان ابن عم المرء فاعلم جناحه
وهل ينهض البازي بغير جناح

Fratrem tuum, fratrem tuum (tibi adjunge) *ſcilicet cui non eſt frater,*
Perinde eſt ac qui invitat ad certamen ſine armis.
Affinis autem viri, ſcias, eſt ipſi ala,
Et nunquid ad volandum ſurget accipiter ſine ala?

Digitized by Google

AlBazi eſt accipitris ſpecies; numeratur inter الجوارح *ea animalia quæ venari docentur*, apud * *AlDamirium:* ubi obiter corrige in *Locmanni* Fabula de duobus gallis يعيط الجوارح, et lege بعض الجوارح i. e. *avium prædatricium aliqua.* Alludere videtur ad hoc proverbium *AlHaririus* his verbis; كيف طيران بلا جناح *Quomodo erit volatus*, ſeu volabit quis, *ſine ala?* Plane geminum eſt illud Plautinum, *Sine pennis volare haud facile eſt, meæ alæ pennas non habent.*

* *In* جارحة

Prov. 97. ليس من العدل سرعة العدل *Non eſt ex juſtitia celeritas juſtitiæ.*] Ultimo loco lege العذل, et verte, *Non eſt juſtitiæ celeritas reprehenſionis.* Occurrit apud *AlHariri-um*†. Senſus autem eſt (explicante *AlMaidanio*‡) لا ينبغي ان يعجل بالعذل قبل ان يعرف العذر *Non decere temere aliquem reprehendere, antequam apologiam ejus cognitam habeas.* Confer ergo ejuſdem Centuriæ Prov. 8. *Forte qui audit rumorem de me, non audivit apologiam meam.* et 9. *Fortaſſis accuſatur, nec deliquit.*

† Cap. 25.
‡ *Et* Al-Modhafferi.

Digitized by Google

AUTHORUM,

EO FERE ORDINE

QUO LEGENTI PRIMUM OCCURRUNT,

NOMENCLATURA.

NASIRO'DDIN TUSENSIS] نصير الدين الطوسي *Nafiro'ddin AlTufi*, a patria ſcilicet طوس *Tus* denominatus: vulgo خواجا نصير *Chowajah* (vel, ut efferri ſolet, *Chojah*, i. e. Magiſter, Dominus) *Nafir*. حكيم عظيم الشان في جميع فنون الحكمة *Sapiens omni ſcientiarum genere clarus*, ut loquitur *Gregorius* noſter. Natus eſt (teſte *Abu'lFeda &c.*) anno Hejræ 597, obiit anno 672. In Præf.

Jacobus Rohawienſis.] Seu *Rohenſis*, يعقوب الرهاوي ab urbe רהא *Roha* denominatus, quam *Edeſſam* eſſe volunt. Hebræi רוהא efferunt; (ſic apud *Abrahamum Zacuthum* in *Juchaſin*, ubi *Ata-Beg Zingium* regnaſſe ait על בעלבינ ורוהא *in Baalbec et Roha*: ita enim diviſim legenda ſunt nomina iſta urbium diverſarum et procul inter ſe diſſitarum, non conjunctim, ut præ ſe ferunt libri, typographi incuria, quæ *Scaligero* in cauſa fuit ut Latine *Baal Bigoraha* exprimeret;) Syri ܐܘܪܗܝ, unde *Jacobus* iſte Syriace ܝܥܩܘܒ ܐܘܪܗܝ *Urhoyo*, nec non et lingua Syriaca (præcipua ſal- Ibid.

Digitized by Google

tem ejus dialectus) ܡܡܠܠܐ ܐܘܪܗܝܐ. Notandum enim e *Gregorio* noſtro tres eſſe ejus dialectos : digna ſunt quæ apponantur ipſius verba ; تنقسم الي ثلث لغات افصحها الارمايية وهي لغة اهل الرها وحران والشام الخارجة وبعدها الفلسطينية وهي لغة اهل دمشق وجبل لبنان وباقي الشام الداخلة واسمجها الكلدانية النبطية وهي لغة اهل جبال اثور وسواد العراق [Lingua Syriaca] *diſtinguitur in tres dialectos, quarum elegantiſſima eſt Aramæa, quæ eſt lingua incolarum Rohæ, et Harran, et Syriæ exterioris ; proxima illi eſt Palæſtina, quæ eſt ea qua utuntur Damaſci, et montis Libani, et reliquæ Syriæ interioris incolæ ; at omnium impuriſſima Chaldaica Nabatæa, quæ eſt dialectus populi montium Aſſyriæ, et pagorum Eraci.*

P. 3. *AlKadi Saed Ebn Ahmed Andaloſenus*] Citatur apud *Ahmedem Ebno'lKaſem* in Hiſtoria medicorum, in vita *Jacobi Cendenſis*, hoc nomine ; القاضي ابو القاسم صاعد بن احمد بن صاعد *AlKadi Abu'lKaſem Saed Ebn Ahmed Ebn Saed*, et Liber ab ipſo compoſitus vocatur كتاب طبقات الامم ſeu, *gentium in claſſes ſuas diſtributarum*, qui idem eſſe videtur quem laudat et ex quo non pauca deſumpſit *Gregorius noſter*.

P. 33. *AlMotarrezi, author libri Mogreb*] Scilicet ناصر بن ابي المكارم ابو الفتح المطرزي *Naſer Ebn Abi'l Macarem Abu'l-Fatah AlMotarrezi*, quod *ſutorem veſtiarium* ſonat, ſecta *Motazalus*. Natus eſt anno *Hejræ* 538, mortuus 610 : Lexicon a ſe compoſitum المغرب في اللغة vocat.

Abu'lFed. AlJannab. &c.

Ibid. *Mohammed AlFirauzabadius*] *Jacobi* filius, *Kamuſi* author ; ſcilicet, محمد بن يعقوب بن محمد الشيرازي الفيروزبادي

Mohammed Ebn Yaacub Ebn Mohammed AlShirazi AlFiruzabadi, ſeu *Shirazita Firuzabadenſis*. Natus eſt anno *Hejræ* 729, loco dicto كارزين *Carazin*, denatus anno *817. Magnæ eruditionis vir, et magno eo nomine apud reges et principes in honore, præcipue apud *Iſmaelem Abbaſi* filium *Yamanenſem*, cui القاموس *AlKamus*, ſeu Oceanum linguæ Arabicæ, dedicavit, nec non apud *Bajazidum* (ſeu *Bajazetem*) *Yilderim Chan*†. A *Timurlenco* (ſeu *Tamerlano*) dono accepiſſe fertur خمسة الاف دينار *quinquies mille aureos*‡. *Mezh. 816. † AlJannab. ‡ Kadi Shohbah. P. 33.

Safio'ddinus] Scilicet صفي الدين عبد المومن بن عبد الحق *Safio'ddin Abdo'lMumen Ebn Abdi'lhakki*. Libri a nobis citati titulus, مراصد الاطلاع علي اسما الامكنة والبقاع. Dictionarium quoddam Geographicum.

R. Saadias] Cujus nomen alias סעדיה alias סעדיא ſcriptum reperies. Hic omnes veteris teſtamenti libros in linguam Arabicam tranſtulit, cujus operis pars prima (ſcilicet, Pentateuchus) dudum excuſa eſt *Conſtantinopoli*, charactere Hebraico, una cum textu Hebraico, et verſionibus Chaldæa *Onkeli* et Perſica *Jacobi Tuſenſis*, qui vulgo *Tawoſius* dicitur, nuperrime vero *Pariſiis* Arabico, in ſplendido iſto Bibliorum πολυγλώσσων opere. P. 34.

Judæus qui libros Regum in linguam Arabicam vertit.] Anonymus. Alium a *Saadia* eſſe ſtilus indicat. Ibid.

Avicenna] ابو علي الحسين بن عبد الله بن سينا الشيخ الرييس *Abu Ali AlHoſain Ebn Abdollahi Ebn Sina AlShaich AlRaiis* (quaſi *doctorem primarium* dicas; unde vulgo *Princeps* inſignitur), medicus et philoſophus inſig- P. 35. Gregor. Abu'lFed. &c.

Digitized by Google

nis. Patria illi بخارا *Bochara*, in qua natus eſt anno *Hejræ* 370. Nondum decenni major literas humaniores, et quicquid ſcientiarum ad Alcorani intellectum pertinet, calluiſſe dicitur, et totam ἐγκυκλοπαιδείαν ante annum ætatis 18 abſolviſſe, quo temporis ſpatio nec unam noctem integram dormiviſſe perhibetur, nec interdiu aliis rebus quam lectioni vacaſſe; cum aliquid illi intellectu difficile occurreret, ad templum, nodi iſtius ſolutionem a Deo precibus impetraturus, ſe conferre ſolitus. Obiit anno *Hejræ* 428, annos natus 58.

P. 36. *Alcoranus*] Impia *Mohammedis* dictata ne memoriis hominum exciderent, caviſſe *AbuBecrum*, iis in librum iſtum tranſlatis, docet Hiſtoria Saracenica, in vita *Abu Becri*; quibus adde, ex *Abu'lFeda**, امر بجمع القران من افواه الرجال وجريد النخل والجلود وترك ذلك المكتوب عند حفصة بنت عمر زوج النبي ولما تولي عثمان راي اختلاف الناس في القرات كتب من ذلك المكتوب الذي كان عند حفصة نسخا وارسلها الي الامصار وابطل ما سواها *Juſſit colligi Alcoranum ex ore hominum, et palmarum foliis, et pellibus, atque ita ſcriptum relinqui apud Hafsam Omari filiam, Mohammedis uxorem. Cum autem ad imperium jam evectus Othman varias, quæ apud homines eſſent, lectiones videret, exemplaria ex illo, qui penes Hafsam erat, libro tranſcripta in varias paſſim regiones mittens reliqua omnia e medio ſuſtulit.*

* In vita Abu Becri et fuſius in vita Othmani, an. Hejræ 30.

P. 37. *Iſmael Abu'lFeda*] Cui nomen, cum agnominibus et epithetis quibus inſigniri ſolet, اسمعيل بن علي الملك المويد عماد الدين ابو الفدا صاحب حماة *Iſmael Ebn Ali Al-Maleco'l Moaiyad Amado'ddin Abu'lFedai Saheb Hamah*,

Digitized by Google

ſeu *Dominus Hamah*, cui provinciæ præfectus eſt anno *Hejræ* 710. Natus eſt anno 672. Hiſtoriam ſuam vocat المختصر في اخبار البشر, Geographiam تقويم البلدان.

Al'Jannabius] ابو محمد مصطفي بن السيد حسن الحسيني الهاشمي القرشي *Abu Mohammed Moſtafa Ebno'lSaiyed Haſan AlHoſaini AlHaſhemi AlKoraſhi*, vulgo الجنابي *Al'Jannabii* titulo notus, eoque ab *Ahmede Joſephi* filio laudatus. Se *Mohammedis* ſepulchrum viſiſſe ait anno *Hejræ* 963. Hiſtoriam ſuam perduxit ad annum *Hejræ* 997. P. 37.

Ahmed Ebn Yuſef, ſeu *Joſephi* filius] احمد بن يوسف. Finem Hiſtoriæ ſuæ impoſuit menſe Moharram, anno *Hejræ* 1008. Ibid.

Scholiaſtes in Poema Ebn Abduni] Poematis author ابو محمد عبد المجيد ابن عبدون *Abu Mohammed Abdo'lMajid Ebn Abdun*. Commentariis illud illuſtravit عبد الملك ابن عبد الله الحضرمي السبتي *Abdo'lMalec Ebn Abdi'llahi Al-Hadrami AlSabti*, ſeu *Hadramautenſis, Sabtenſis*. P. 39.

Georgius Ebno'l Amid ElMacinus] In titulo primæ partis hiſtoriæ ſuæ vocatur جرجس ابن ابي الياسر ابن ابي المكارم ابن ابي الطيب عرف بابن العميد *Georgius Ebn Abi'l-Yaſer Ebn Abi'lMacarem Ebn Abi'lTaieb*, qui audit *Ebno'lAmdi* (in parte ſecunda ab *Erpenio* edita العميد *Al-Amidi* ſcribitur) et ad calcem ejuſdem libri الشيخ الرئيس المكين جرجس *AlShaich AlRaiis AlMacin*, i. e. Doctor primarius, ſolide doctus, *Georgius* ابن العمدا *Ebno'l Amda*. Quando floruerit ex Hiſtoria ipſius Saracenica patet. Ibid.

Jalalo'ddinus Aſſoyutius, author libri Mezhar.] جلال P. 40.

Digitized by Google

الدين السيوطي *Jalalo'ddin Aſſoyuti.* Idem hic eſſe videtur, qui alter τῶν *Jalallain,* qui Scholiorum in Alcoranum authores audiunt, quanquam in hiſtoriæ ipſius eo quod vidi exemplari, in librorum a ſe tunc temporis editorum catalogo, libri المزهر *AlMezhar* non meminit.

P. 42. *Abu'lOla AlMaarri*] Poeta celebris ابو العلا احمد بن عبد الله التنوخي المعري *Abu'lOla Ahmed Ebn Abdi'llahi Al-Tonuchi AlMaarri,* natus eſt anno *Hejræ* 363 in urbe معرة *Maarrah*: anno 367 a varis oculorum uſu privatus; obiit 449.

Ibid. *Ebn Chalican,* vel *Chalecan*] احمد بن محمد بن خلكان ابو العباس شمس الدين *Ahmed Ebn Mohammed Ebn Chalecan* (vel *Challecan*) *Abu'l Abbas Shamſo'ddin,* natus anno *Hejræ* 608, mortuus 681. Σύγχρονος ergo fuit *Gregorio* noſtro, ejuſque de ipſo cenſuræ, cujus in præfatione mentionem fecimus, ni me fallant characterum fere obliteratorum veſtigia, author; quod ſi ita fuerit, patet hiſtoriam ab ipſo *Gregorio* ad annum tantum 675 perductam, ab alio ad 683 continuatam.

Ibid. *AlCendi Philoſophus*] ابو يوسف يعقوب بن اسحق الكندي *Abu Yuſef Yaacub Ebn Eſhak* [ſeu *Iſaaci*] *AlCendi,* Arabum regibus oriundus, Philoſophus κατ' ἐξοχήν dictus. Magno fuiſſe in honore perhibetur* apud *AlMamunem, AlMotaſemum,* ejuſque filium *Ahmedem,* Chalifas. Meminit ejus *Gregorius* noſter ſub *AlMotamedo Motawacceli* filio.

* Hiſt. Medic.

P. 44. in margine. *AlMotanabbi poeta*] ابو الطيب احمد بن الحسين الجعفي الكندي المعروف بالمتنبي *Abu'lTaieb Ahmed Ebno'lHoſain*

Digitized by Google

Al'Jofi AlCendi, notus nomine *AlMotanabbi*, hinc illi impoſito quod النبوة ادعي poeticum aliquando furorem pro *prophetico* venditaverit. Natus eſt in vico quodam *Cufæ* كندة *Cendah* appellato, unde et ipſe *AlCendi* ſeu *Cendenſis*, non autem a *Cendah* quod tribus nomen, (monente *Ebn Chalecan*,) cum tribu *Al'Jofi*, ſeu *Jofienſis* fuerit.

Al'Jauharius] ابو نصر اسماعيل بن حماد الجوهري التركي *Abu Naſr Iſmael Ebn Hammad Al'Jauhari AlTorci*, i. e. natione *Turca*, qui tamen obtinuit ut apud *Arabes** امام اللغة *Sermonis antiſtes* audiat; celebris illius Lexici الصحاح *AlSahah* (vel juxta alios *AlSehah*) quod *ſanum, ſincerum, probum, verum* denotat, author. Natus in urbe quadam *Turcarum* tunc temporis فاراب *Farab*, hodie اطرار *Otrar*, dicta. Obiit, juxta *Abu'lFedam*, anno *Hejræ* 398, juxta Epitomatorem *Yafeenſis*, 391, juxta *Al'Jannabium*, 193. P. 45. * *Al'Jannab.*

Tarafah poeta] طرفة *Tarafah*, cui nomen عمرو بن العبد *Amrus Ebno'lAbdi*, ابن اخت المتلمس *Motalammeſi ſororis filius*, et unius e decantatis apud *Arabes* poematiis, quæ *Moallakat* audiunt, author. Anno ætatis 20, vel juxta alios 26, interfectus eſt. P. 47. *Ebn Chalec.*

Morakkeſho'l acbar, i. e. major } Poetæ. Major عمرو بن سعد *Amrus Ebn Saadi*. Minor, qui majorem patruum habuit, ربيعة بن حرملة *Rabiah Ebn Harmalah*. Kamus. At ſecus alii; minori ſcilicet nomen fuiſſe *Amrum Ebn Harmalah*, vel *Rabiah Ebn Sofyan*. Ibid. *Mezh.*

Motalammes] جرير بن عبد المسيح *Jarir Ebn Abdi'l-* Ibid

Maſihi. Vide explicationem proverbii *Literæ Motalammeſi.* p. 333.

P. 49. *Abu Dhowaib poeta*] ابو ذويب التتبل خويلد بن خالد الهذلي *Abu Dhowaib AlKatil Chowailed Ebn Chaled Hodhailenſis.* Fuit et alius eodem nomine poeta *Aiyadenſis,* teſte *AlFirauzabadio.*

P. 52. *Maimonides*] Ea quæ in Judæorum monimentis de eximio hoc doctore traduntur ut omittamus, apud *Ebn Abi Oſaibeah,* in hiſtoria medicorum, hoc nomine recenſetur; الريئس ابو عمران موسي بن ميمون القرطبي اليهودي *Al-Raiis* (i. e. Princeps) *Abu Amran Muſa Ebn Maimun Al-Kortobi AlYehudi,* ſeu *Cordubenſis Judæus.* Obiit, teſte *Gregorio* noſtro, anno *Hejræ* 605. (وفي سنة خمس وستماية مات موسي بن ميمون اليهودي الاندلسي *Anno autem* 605 *mortuus eſt Moſes Maimonides Judæus Hiſpanus*) qui et, una cum authore Hiſtoriæ medicorum, tradit ipſum in *Hiſpania* اكره علي الاسلام فاظهره وأسر اليهودية *ad Iſlamiſmi profeſſionem vi adactum, eam præ ſe tuliſſe, retento in corde Judaiſmo, quem iterum, ubi opportunitatem nactus in Ægyptum tranſiiſſet, palam profeſſus eſt.* Meminit idem libri ab ipſo lingua Arabica compoſiti quem الدلالة *Delalah,* i. e. *indicem,* ſive directorium inſcripſit, quem (inquit) alii laudarunt, alii vituperantes الضلالة *Ddelalah,* i. e. *errorem,* nominarunt. Eſt hic دلالة الحايرين Hebraice מורה נבוכים *Moreh Nevocim.*

Ibid. *Shehabo'ddin Ahmed Ebn Yahya*] ابو العباس شهاب الدين احمد بن يحيي *Abu'l Abbas Shehabo'ddin Ahmed Ebn Yahya,* natus anno *Hejræ* 700, mortuus anno 749. Librum,

Digitized by Google

inter alios, ſcripſit cui titulus مسالك الابصار في ممالك الامصار Geographicum et Hiſtoricum.

Ebno'lAthir] ابو السعادات المبارك بن محمد الشيباني المعروف بابن الاثير الجزري الملقب مجد الدين *Abu'ſſaadat AlMobarec Ebn Mohammed AlShaibani, vulgo appellatus Ebno'lAthir Al'Jazari* (quod ſcilicet natus eſſet in loco dicto جزيرة ابن عمر *Jazirat Ebn Omar*) *cognominatus Majdo'ddin.* Natus anno *Hejræ* 544, mortuus 606. P. 53.

Muſtafa Ebn Kaſſai, author libri Taarifat.] مصلح الدين مصطفي بن محي الدين محمد بن اسمعيل التروي المشهور بابن القصاع *Moſleho'ddin Moſtafa Ebn Mohaiyi'ddin Mohammed Ebn Iſmael AlTorawi, appellatus Ebno'lKaſſai,* author libri التعريفات, qui variorum, qui in libris Scholaſticis, Theologicis, Juridicis, Philoſophicis, &c. occurrunt, terminorum explicationem continet. Ibid.

Shahreſtanius vel *AlShahreſtanius*] ابو الفتح محمد بن عبد الكريم الشهرستاني المتكلم علي مذهب الاشعري *Abu'lFatah Mohammed Ebn Abdi'l Carim AlShahreſtani, Scholaſticus, ſecta Aſharius.* Natus anno *Hejræ* 467, in urbe شهرستان Shahreſtan, juxta alios anno 479, mortuus anno 548, vel juxta alios, 549. Ibid.

AlBarezi in ſermones Ebn Nobatæ] عبد الرحيم بن ابي طاهر ابرهيم بن هبة الله البارزي *Abdo'r Rahim Ebn Abi Taher Abrahim Ebn Habati'llahi AlBarezi.* P. 57.

Ebn Nobatæ] ابو يحيي عبد الرحيم ابن محمد بن اسمعيل بن نباتة الحذاقي الفارقي *Abu Yahya Abdo'r Rahim Ebn Mohammed Ebn Iſmael Ebn Nobatah AlHodhaki* (ſeu *Hodhakenſis,* quod familiæ cujuſdam *Kodaenſium* nomen,) *AlFareki,* de- Ibid.

Digitized by Google

nominatus ab urbe ميافارقين *Maiyafarekin.* Homiliaſtarum ſeu concionatorum apud Mohammediſtas facile princeps. Natus anno *Hejræ* 335, mortuus 374.

P. 59. *Ebn Abbas*] ابن عباس

P. 65. *Jalalani*] q. d. Duo quorum nomina *Jalal*, ſcilicet *Jalalo'ddini*, quorum primus جلال الدين محمد بن احمد المحلي *Jalalo'ddin Mohammed Ebn Ahmed AlMahalli*, qui partem Alcorani brevibus Scholiis explicavit; alter جلال الدين عبد الرحمن الاسيوطي *Jalalo'ddin Abdo'r Rahman Al-Oſyuti*, qui, mortuo primo, reliquum abſolvit anno *Hejræ* 871. Natus, ut ipſe in hiſtoria ſua teſtatur, anno *Hejræ* 849. Idem (ut videtur) qui libri *Mezhar* jam memorati author; perinde eſt enim ſive *Aſſoyuti*, ſive *AlOſyuti* dicas, cum loci ſeu pagi Ægyptiaci nomen, unde hæc appellatio, utroque modo ſcribatur, teſte *AlFirauzabadio*, ſcilicet, سيوط *Soyut*, et اسيوط *Oſyut*.

Ibid. in marg. *AlCeſhaf*] الكشاف Commentarius in Alcoranum authore *AlZamachſhario*, ſcilicet ابو القاسم محمود بن عمر بن محمد الخوارزمي الزمخشري *Abu'lKaſem Mahmud Ebn Omar Ebn Mohammed AlChowarazmi AlZamachſhari*. Natus eſt in *Zamachſhar*, *Chowarazmiæ* oppido, anno *Hejræ* 467, mortuus anno 538.*

* *Ebn Chalecan.*

Ibid. in marg. *AlBidawius*] ſeu *AlBaidawi*: ſcilicet ناصر الدين عبد الله بن عمر البيضاوي *Naſero'ddin Abdo'llahi Ebn Omar AlBidawi*, celebris in Alcoranum commentarii author, nec non libri Scholaſtici de fundamentis religionis الطوالع *AlTowalea* dicti &c. Obiit anno *Hejræ* 692.†

† Epit. *Yafei.*

P. 70. *AlMidani*] Seu *Midanenſis*, vel *Maidanenſis*, utroque

Digitized by Google

enim modo ſcribitur, teſte *AlFirauzabadio*, ابو الفضل احمد بن محمد الميداني النيسابوري *Abu'lFadli Ahmed Ebn Mohammed AlMaidani AlNaiſaburi*, a ميدان *Maidan*, ſcilicet, vico quodam in نيسابور *Naiſabur* denominatus. Obiit anno *Hejræ* 518.

Doctus apud eos Medicus] Scilicet author libri شامل *Shamel*. P. 89.

AlZamachſharius] Vide ſupra *AlCeſhaf*. P. 91.

Moſtatraf] Nomen libri eſt المستطرف من كل فن مستظرف authore incerto. P. 93. in marg.

Mohammed Ebn Abdollahi] ابو عبد الله محمد بن عبد الله بن عمرو *Abu Abdo'llah Mohammed Ebn Abdi'llah Ebn Amri*: author libri aſtronomici dicti كتاب التبيان, ſive كتاب البيان يواضح البرهان. P. 100. in marg.

Camel
Ali Ebno'lAthir } ابو الحسن علي بن ابي الكرم محمد بن عبد الكريم الشيباني المعروف بابن الاثير الجزري الملقب عز الدين *Abu'lHaſan Ali Ebn Abi'lCaram Mohammed Ebn Abdi'lCarim AlShaibani, notus nomine Ebno'lAthir Al'Jazari, cognominatus Ezzo'ddin*: frater *AlMobaraci Ebno'lAthiri*, natus in جزيرة بن عمر *Jazirat Ebn Omar*, anno *Hejræ* 555, mortuus anno 630. Hiſtoriam كامل *Camel* inſcriptam, ab origine mundi uſque ad finem anni *Hejræ* 628 perduxit.* P. 98. et 100. in marg.

* Ebn Chalecan.

AlMakrizius] تقي الدين احمد بن علي يعرف بالمقريزي *Takio'ddin Ahmed Ebn Ali, vulgo AlMakrizi dictus*. Natus, ut ipſe in hiſtoria teſtatur, poſt annum *Hejræ* 760: ſcilicet, teſte *Jalalo'ddino*, 769, mortuus 840. P. 107.

Liber نظم الدر *Nodhmo'ldorr*.] Epitome libri نثر الدر *Nothro'ldorr*, ſeu excerpta ex eo continens. P. 111.

Digitized by Google

P. 119. Liber خريدة العجايب *Charidato'lAjäeb*] Author eſt ابن الوردي *Ebno'lWardi* quidam.

P. 121. in marg. *AlAzali*, leg. *AlGhazali*] ابو حامد محمد بن محمد الغزالي الملقب حجة الاسلام زين الدين الطوسي *Abu Hamed Mohammed Ebn Mohammed AlGhazzali, cognominatus Hojjato'lEſlam Zaino'ddin AlTuſi*, ſive *Tuſenſis*. Natus eſt anno *Hejræ* 450, vel (ut alii) 451, mortuus 505. Librum ejus احيا علوم الدين in compendium bis redegit ابو الفضل احمد بن موسي الاربلي *Abu'lFadl Ahmed Ebn Muſa AlArbeli*, et Epitomen ſuam (minorem puto, nam et majoris meminit *Ebn Chalecan*,) روح الاحيا appellavit. Natus eſt autem *Ahmed* iſte in urbe *Mauſal*, anno *Hejræ* 575, mortuus ibidem anno 622.

Ibid. *Karmatii*] Vel *Kermatiani*, juxta *Ebn Chalecan*. Secta blaſphemi cujuſdam impoſtoris, ab hoſpite potius ipſius (cui nomen * كرمتة, quod Arabes in قرمطة verterunt,) quam ab ipſo denominata, teſte *Gregorio* noſtro. Alii aſiam nominis rationem reddunt, referente *Ebn Chalecan*; dictos ſcilicet a duce quodam ipſorum qui قرمطي *Karmata* appellatus eſt, quod ſtatura brevi ſeu contracta, et facie deformi fuerit, quæ vocis iſtius apud Arabes ſignificatio. Alii a ſectæ authore, qui حمدان قرمط *Hamdan Karmat* dictus eſt, a villa quadam ita appellata, denominatos volunt, teſtibus *Al'Jannabio* et *Sharho'lMawakef*. Quiſquis tandem fuerit, دعا قوما من اهل السواد والبادية ممن ليس لهم عقل ولا دين الي دينه فاجابوا له *ad religionem ſuam e paganis et deſerti incolis, quibus nec intellectus fuit, nec religio, invitans, dicto audientes habuit*; qui ab initiis obſcuris eo

* كرميثه Carminah in *Abu'lF.* forſan كرميثه Carmitah.

Digitized by Google

potentiæ creverunt, ut vix credenda patraverint. فالذي فعلوه في الاسلام لم يفعله احد قبلهم ولا بعدهم من المسلمين وملكوا كثيرا من بلاد العراق والحجاز وبلاد الشرق والشام الي باب مصر *Fecerunt in Iſlamiſmo quod nec ante nec poſt eos fecit e Moſlemis quiſquam, et occuparunt magnam partem regionum Eraki et Hejazi, nec non regionum Orientis et Syriæ uſque ad portam Meſri,* ſive *Cairo.* Exorti ſunt circa annum *Hejræ* 278.

AlBattanius] محمد بن جابر بن سنان الحراني الاصل البتاني *Mohammed Ebn Jaber Ebn Senan, origine AlHarrani,* (ſeu Harranenſis,) *AlBattani,* vel, juxta alios, *AlBettani,* patriam ſcilicet habens بتان qui locus quidam eſt in ditione *Harrani*; aſtronomus inſignis, vulgo *AlBategnius,* obſervationes ſuas anno *Hejræ* 264 inceptas, continuavit ad annum 306. Obiit anno 317. P. 128.

AlFarabius] الفارابي [al. طرخان] ابو نصر محمد بن ترخان *Abu Naſr Mohammed Ebn Tarchan AlFarabi,* patriam ſcilicet habens فاراب *Farab,* Turcarum urbem, quæ poſtea *Otrar* dicta, quæ eadem *Al'Jauharii* (ut diximus) patria, اكبر فلاسفة المسلمين *philoſophorum apud Mohammedanos facile princeps,* ſimulque ازهد الناس في الدنيا *mundi contemptor egregius,* vere philoſophus. Mortuus eſt anno *Hejræ* 339 pluſquam octogenarius.* Ibid.

Sharifo'lEdriſi] شريف الادريسي *Sharifo'lAdriſi,* q. d. *Illuſtris Adriſides: Sharifi* autem titulo ii præcipue gloriantur qui a *Mohammede* genus ducunt, vel ei affinitate conjuncti ſunt. Hoc nomine citatur apud *Abu'lFedam,* nec non authorem libri *Maſalec* &c. Nomen ipſi cum

* *Ebn Chal. Abu'lF.* P. 125.

agnominibus ابو عبد الله محمد بن محمد بن عبد الله بن ادريس امير المومنين *Abu Abdollah Mohammed Ebn Mohammed Ebn Abdollah Ebn Adris, imperatoris fidelium.* Oriundus ergo videtur illuſtri *Edriſidarum* familia, qui olim in aliquibus *Africæ* partibus regnarunt. Ipſe ſe (neſcio tamen an ſolum) librum نزهة المشتاق qui ſcriptus eſt juſſu *Rogeri* regis *Siciliæ* et *Antiochiæ* &c. (ejus nominis ſecundi, ut ipſe Clim. 4. p. 2. diſerte teſtatur) abſolviſſe anno *Hejræ* 548 in præfatione ſcribit; idque ad explicandum globum in quo deſcripta fuit terræ figura, quem ſibi ex argento puro conflari curavit rex, pondere اربعماية رطل بالرومي في 400 كل رطل منها ماية درهم واثنا عشر درهما *librarum* (ſeu *Rotalorum*, ut vulgo loquuntur,) *Græcarum, quarum unaquæque* 112 *drachmas continet.* Vocatur ergo alias liber iſte كتاب رجار, *Rogeri liber*, apud authorem *Maſalec, Ahmedem.* Ejus epitome Arabice prodiit *Romæ*, Latine *Pariſiis*, ex verſione doctiſſimorum Maronitarum *Gabrielis Sionitæ* et *Joannis Heſronitæ*, titulo *Geographiæ Nubienſis.*

P. 129. in marg. *Mohebbo'ddinus*] الشيخ محب الدين الطبري *AlShaich Mohebbo'ddin AlTabari.*

P. 132. *AlKazwini*] زكريا بن محمد بن محمود القزويني *Zacaria Ebn Mohammed Ebn Mahmud AlKazwini*, qui fuit nempe من اولاد بعض الفقها الذين كانوا موطنين بمدينة قزوين *e poſteris cujuſdam doctorum urbem Kazwin incolentium.*

P. 133. *AlSufi*] عبد الرحمن بن عمر بن سهل ابو الحسين الصوفي الرازي *Abdor Rahman Ebn Omar Ebn Sahl Abu'lHoſain AlSufi AlRazi.* Obiit anno *Hejræ* 376, natus annos 85.

Digitized by Google

Gregorius. *AlSufi* autem rigidiorem Sufiorum disciplinam amplexum denotat, quibus inde juxta non paucos appellatio, لانهم يختارون الصوف وهو لباس الانبيا quod laneis utantur vestibus ut olim prophetæ, vel ut عباد واهل الصوامع ascetæ et qui monasteriis inclusi vivunt, (ut loquitur *AlZamachsharius*) quamvis minus arrideat Illustrissimo *Scaligero* hæc nominis ratio, ut ex his ipsius verbis* patet, ubi de Persarum regibus loquitur: *hodie vocamus reges illos* Sofi, *quia* صفي *Arabice significat puræ religionis hominem et in melius reformatum, cujusmodi suam religionem esse contendunt, &c. Quod quidam* Sofi *a flocco lanæ dictum volunt, hoc levius est ipso flocco lanæ.* Hæc magnus ille vir. Ut autem quid statuendum sit judicet æquus lector, non gravabimur quæ ipsi Arabes de hac appellatione tradant, pluribus apponere. Nomen est, teste *AlMakrizio*, *Mohammedanis* priscis ignotum, nec multo ante annum *Hejræ* 200, idque glisccntibus tunc temporis sectis et hæresibus, natum, quo se a cæteris distingui volebant qui religiosius majorum vestigiis insisterent, ita tamen ut من حيث العربية *juxta Arabismi canones*, quare ita appellati sint, haud facile sit dijudicare. Qui a صوف *Suf*, *lana*, vel vestibus laneis dictum volunt *AlSufi*, faventes habent grammaticorum regulas; alii tamen a صفة *Soffah*, porticu quadam juxta templum *Medinæ* a *Mohammede* constructum, ubi pauperes aliquot ex ipsius assectis quibus ædes propriæ non essent, abdicata rerum mundanarum cura, diversari solerent, quorum hi vivendi instituto non absimiles, scilicet respectu الاعراض عن الدنيا وعدم الخصومة مع

Sharbo'l Tasawof.

* Lib. 5. de Emend. Temp.

Digitized by Google

الخلق والقناعة بالحاصل وعدم الطلب لغير الحاصل وعدم الاعتراض علي الله تعالي والانقطاع عن الوطن والاهل والاحبا *abdicationis mundi et* ἀφιλονεικίας *et* ἀπραγμίας, *dum præſentibus contenti abſentia non requirerent, nec Deo obmurmurarent, ſeque a patria, domeſticis, et amicis ſubducerent.* Alii ab الصفا *AlSafa* quod *puritatem* et *ſinceritatem* denotat: alii a صف *Saff* quod ordinem ſive claſſem, quaſi eos dicas qui in primo ſint ordine, reſpectu Dei cujus cultui ſe totos dedunt: quæ omnia licet ſenſum ſatis commodum præ ſe ferre videantur, a grammaticis tamen quæ etymologiam ſpectant legibus abhorrentiora ſunt, fatente *AlMakrizio.* Aliam adhuc addit *AlZamachſharius* nominis notationem, ſcilicet a tribu quadam Arabum dicta الصوف ال *Alo'lSuf* (q. d. familia *Suforum*) ſeu الصفوان ال et صوفان ال *Alo Sufan,* qui *Caabæ* olim inſervientes, religioſiores habebantur, ut ab illis dicantur تشبيها بهم في النسك والتعبد *ob ſimilitudinem quæ inter illos reſpectu devotionis intercederet.* Unde appellationem petitam exiſtimaverit celebris inter ipſos famæ *Omar AlSahrawardi,* videre eſt ex his ipſius verbis quibus larvatos quoſdam *PſeudoSufios* perſtringit: لبسوا البسة الصوفية ليتسبوا اليهم وما هم منهم بشي *Induerunt Sufiorum veſtes ut ipſis accenſeantur, in quorum tamen numero nequaquam habendi ſunt:* quo ſpectat et illud poetæ,

تنازع الناس في الصوفي واختلفوا
فيه وظنوه مشتقا من الصوف
ولست انتحل هذا الاسم غير فتي
صافي وصوفي حتي سمي الصوفي

Digitized by Google

Diſputant homines de AlSufi, et diſcrepant
De hoc [*nomine*], *putantes illud ab AlSuf* [lana ſcilicet,] *derivari:*
At non conceſſerim ego hoc nomen, niſi viro
Safa waSufia (i. e. * *Qui pure egit, et mundatus eſt*) *ut AlSufi appelletur.*

* Vel *fincere amavit, et ſincere amatus eſt.*

Adeo ut hæc ſit, quæ in libro *Sharwo'lTaſawof* habetur, ipſius deſcriptio: من لبس الصوف على الصفا *Qui lanam puritati cordis ſuperinduerit.* Porro ſciendum familiam regiam quæ hodie Perſis imperat vocari بنو حيدر الصوفي *Banu Haidar AlSufi*, (non الصفي *AlSofi*) i. e. *Filii Haidari AlSufi*, qui fuiſſe perhibetur من العلوية الحسينية الاسمعلية *e poſteris Alis Hoſainidis ſectæ Iſmaeliticæ.*

Liber نثر الدرر *Nothro'ldorri*] Cujus author منصور بن الحسين الابي *Manſur Ebno'lHoſain AlAbi.* P. 133.

AlKodaius] Hiſtoriæ exemplar quo uſus ſum non alium præfert titulum quam تاريخ القضاعي *Taricho'l Kodai*, ſed præfationem legenti eundem apparet eſſe librum quem vocat *Ebn Chalecan* كتاب الانبا عن الانبيا وتواريخ الخلفا Eſt ergo author ابو عبد الله محمد بن سلامة بن جعفر القضاعي *Abu Abdollah Mohammed Ebn Salamah Ebn Jaafar AlKodaï*, quod patronymicum eſt ab القضاعة *AlKodaah* tribuum patre. Scripſiſſe videtur circa annum *Hejræ* 437, ad cujus finem ab initio mundi numerari a Græcis ait annos 6554. Obiit anno 454.† P. 137.

† *Ebn Chal. et Jalalo'ddin.* P. 140.

AlDamirius] كمال الدين ابو البقا محمد بن موسي بن عيسي الدميري *Cemalo'ddin Abu'lBakaï Mohammed Ebn Muſa Ebn Iſa AlDamiri*, libri de hiſtoria anima-

Digitized by Google

lium, cui titulus حيوة الحيوان author: obiit anno *Hejræ* 808.*

* *Jalalo'd-din.*

P. 142. *Thabet Ebn Corrah*] Qui vulgo *Thebit* audit, ثابت بن قرة بن هرون الصابي الحراني *Thabet Ebn Korrah Ebn* † *Harun AlSabi* (ſeu religione Sabiiſta) *AlHarrani*, Medicus, Mathematicus, et Philoſophus inſignis, magno ob inſignem eruditionem in honore apud *Chalifam AlMootadedum*, teſte *Gregorio* noſtro: natus eſt anno *Hejræ* 221, mortuus 288.‡ Fuit etiam ei nepos nomine ثابت بن سنان *Thabet Ebn Senan* iiſdem artibus clarus.

† *Ebn Chal. at Gregorius,* مروان Merwan.

‡ *Ebn Chalec.*

P. 150. *Facro'ddin Razi*] Magnus ſeculi ſui antiſtes, commentario in Alcoranum celebris, aliiſque ingenii monimentis clarus. ابو الفضل محمد بن عمر الطبرستاني الاصل الرازي المولد *Abu'lFadl Mohammed Ebn Omar, AlTabareſtani ortu, AlRazi natu:* natus ſcilicet in urbe ري *Rai*, anno *Hejræ* 543, vel, juxta alios, 544; obiit anno 606.

P. 151. *Logat Halimi*] لغت حليمي Nomenclator Arabico-Perſicus.

P. 155. *Ebn Batrik*] سعيد بن البطريق *Said Ebno'lBatrik*, qui et اوثوسيوس *Euthyſius*, ſeu *Eutychius* appellatus: natus anno *Hejræ* 223, mortuus 328.§

§ Hiſt. Med.

P. 158. *Ebn Chalawaih*] ابو عبد الله الحسين بن احمد بن خالويه *Abu Abdollahi AlHoſain Ebn Ahmed Ebn Chalawaih*; obiit anno *Hejræ* 370.‖

‖ *Ebn Chal. Mezbar.*

P. 159. *Ebn Heſham*] ابو محمد عبد الملك ابن هشام *Abu Mohammed Abdo'lmalec Ebn Heſham*; obiit anno *Hejræ* 213, juxta alios, 218: librum compoſuit de انساب حمير وملوكها *Hamyarenſium genealogiis et regibus.*

Digitized by Google

Author libri جامع اللغة] Lexicon e *Sehaho'l Jauharii, Mogreb AlMotarrezii, AlZamachſhario* aliiſque concinnatum, authore incerto. P. 161.

AlBocharius.] ابو عبد الله محمد بن ابي الحسن اسمعيل البخاري *Abu Abdollah Mohammed Ebn Abi'lHaſan Iſmaelis, AlBochari,* ſeu *Bocharenſis,* patriam ſcilicet habens بخارا *Bochara*; natus anno *Hejræ* 194, mortuus 256.* P. 162. * *Ebn Chal, et Epit. Yafei: at AlJannab.* natus annos 72. (ſcribendum forſan 62.)

Ebn Moklah] ابو علي محمد بن علي بن الحسن بن مقله *Abu Ali Mohammed Ebn Ali Ebno'lHaſan Ebn Moklah,* a principe quodam quem apud *Chalifam* detulerat, quo ipſe imperii rebus præficeretur, dextra truncatus eſt. Natus eſt anno *Hejræ* 272, mortuus 328. P. 163.

Ali Ebn Bowab] ابو الحسين علي بن هلال المعروف بابن البواب الكاتب *Abu'lHoſain Ali Ebn Halal, qui vulgo appellatur Ebno'lBowab AlCateb,* i. e. Scriba; de quo hæc *Ebn Chalecan*: لم يوجد في المتقدمين ولا المتاخرين من كتب مثله ولا قاربه وان كان ابو علي بن مقله اول من نقل هذه الطريقة من خط الكوفيين وابرزها في هذه الصورة وله بذلك فضيلة السبق وخطه ايضا في نهاية الحسن لكن ابن البواب هذب طريقته &c. *Non repertus eſt vel inter antiquiores vel recentiores qui ipſi ſcribendo par aut ſecundus fuerit, et quamvis Abu Ali Ebn Moklah primus ſcribendi rationem ab ea Cufienſium ad hanc quæ jam in uſu tranſtulerit, et hanc* [*literarum*] *figuram in lucem protulerit, ideoque prioritatis gloria ipſi debeatur, unaque fuerit ſcriptura ejus in ſummo elegantiæ gradu, tamen Ebno'lBowab ejus rationem concinnavit, &c.* Sunt interim qui afferunt *Abu Ali Mohammedem* iſtum primum hujus calligraphiæ rationis authorem non fuiſſe, ſed fratrem Ibid.

Digitized by Google

ipſius ابو عبد الله الحسن *Abu Abdollah AlHaſanum*, qui natus eſt anno *Hejræ* 278; mortuus 338. *Ebno'lBowab* autem obiit anno *Hejræ* 423, vel juxta alios 413; quem ita deflevit doctus quidam, referente *Ebn Chalecan*:

استشعر الكتاب فقدك سالفا
وقضت بصحة ذلك الايام
فلذاك سودت الدوي كابة
اسفا عليك وشقت الاقلام

Animadvertit Scriptura deſiderari te qui abieras,
Ejuſque veritatem comprobavit tempus.
Ideoque nigra facta ſunt atramentaria præ dolore,
Ob te contriſtata, et ſciſſi ſunt calami.

P. 164. *Ebn Fares author libri* [معجمل اللغة ابو الحسين احمد بن فارس بن زكريا الرازي *Abu'l Hoſain Ahmed Ebn Fares Ebn Zacaria AlRazi*, ſeu *Raienſis*; obiit anno *Hejræ* 390, vel, juxta alios 395: at prior ſententia magis probatur, teſte *Ebn Chalecan*.

Ibid. *Mohammed Ebn Salam*] محمد بن سلام الجمحي *Mohammed Ebn Salam Al'Jamahi*. Librum ejus طبقات الشعرا ſeu, *claſſes poetarum*, citat author libri *Mezhar*.

Ibid. *Marzuki*] ابو علي احمد بن محمد بن الحسين المرزوقي الاصفهاني *Abu Ali Ahmed Ebn Mohammed Ebno'lHoſain Al-Marzuki AlAſahani*. Commentarium ſcripſit in librum *AlHamaſah*.

Ibid. *Hamaſah*] الحماسة Liber eſt antiquorum apud Arabes poetarum excerpta continens, a celebri poeta *Abu Temam* concinnatus. Eſt autem ille ابو تمام حبيب بن اوس الطاي *Abu Temam Habib Ebn Aus AlTai*, ſeu *Taienſis*.

Digitized by Google

Afferunt nonnulli (referente *Ebn Chalecan*) patrem ipſius Chriſtianum fuiſſe nomine تدوس (puto *Theodoſium*) quod in اوس converſum. Ob librum iſtum non minus quam quæ ipſe compoſuit poemata clarus, eodem teſte: qui etiam refert ipſum a principe quodam ob carmen ipſi oblatum خمسين الف درهم *quinquagies mille aureis* remuneratum, hoc inſuper elogio انها لدون شعرك *Eſt hoc infra poematis tui dignitatem*; et de alia ab ipſo compoſita elegia, انه لم يمت من رثي بهذا الشعر *non mortuum eſſe qui hoc deſleretur carmine*, adeo ut ſe vicaria morte ipſius vitam et famam redemiſſe optaret. Natus autem eſt *Abu Temam* anno *Hejræ* 190, vel, juxta alios 188, vel 192, vel 172, mortuus anno 231, vel, ut alii, 228, vel 232.

AlMoallakat] Iis quæ de nominis hujus ratione dicta ſunt,* addi poteſt e libro *Mezhar*, dicta fuiſſe alias poemata iſta المذهبات *AlModhahabat*, i. e. *aurea* vel *deaurata*, ſcilicet, quod ex aliorum numero ſelecta كتبت في القبطي بما الذهب وعلقت بالكعبة فلذلك يقال مذهبة فلان اذا كانت اجود شعرا *panno ſerico Ægyptiaco auri liquore inſcriberentur atque in Caaba appenderentur, unde dicitur* Modhahhabato Folan *i. e.* †*Aureum carmen* τὸ δῖνος, *quod carminum ipſius præſtantiſſimum eſt.* Horum autem authores 1 امرئ القيس *Amrio'lKais*, 2 طرفة *Tarafah*, 3 زهير *Zohair*, 4 لبيد *Labid*, 5 عنترة *Antarah*, 6 الحرث *AlHareth*, 7 عمرو بن كلثوم *Amru Ebn Calthum*. Alii loco *Antaræ* et *Harethi* ſubſtituunt (teſte authore libri *Mezhar*) الاعشي *AlAaſha* et النابغة *AlNabegha*. Scholiaſtes a nobis laudatus eſt ابو عباس احمد بن عبد الله الانصاري

P. 165.

* Ibid.

† מכתם

الاندلسي *Abu Abbas Ahmed Ebn Abdollahi AlAnſari Al-Andolſi.*

P. 165. *Ebn Raſik*, vel potius *Raſhik*] ابو علي الحسن بن رشيق المعروف بالقيرواني *Abu Ali AlHaſan Ebn Raſhik, qui AlKairawani vocatur:* natus anno *Hejræ* 390, patre verna Græco, mortuus 463, vel juxta alios 456.*

* *Ebn Chalec.*

P. 166. *AlSefadius*] صلاح الدين محمد الصفدي *Salaho'ddin Mohammed AlSafadi*, a صفد *Safad* puto, *Syriæ* urbe. Nondum obiiſſe eum anno *Hejræ* 769, patet ex ipſius ſcriptis.

Ibid. *Lamiato'l Ajam*] Poema eſt cujus author ابو اسمعيل الحسين بن علي الاصفهاني *Abu Iſmael AlHoſain Ebn Ali AlAſfahani*, qui الطغرايي *AlTograi* appellationem ſortitus eſt a munere vel peritia ſcribendi الطغرا *AlTogra* i. e. implexam iſtam et craſſioris ductus ſcripturam quæ diplomatis principum præmitti apud ipſos ſolet, nomina et titulos eorum continens. Interfectus eſt circa annum *Hejræ* 515, plus quam ſexagenarius.

Ibid. *Abu Jaafar Grammaticus*] Scilicet ابو جعفر احمد بن محمد النحاس *Abu Jaafar Ahmed Ebn Mohammed Al-Nahhas*; multa et præclara ſcripſit, inter cætera, commentarium in ſeptem *Moallakat:* periit anno *Hejræ* 338, vel juxta alios, 339.†

† *Ebn Chalec.*

Ibid. *Mohalhel*] مهلهل cui nomen عدي *Ada* aut ربيع *Rabio*, teſte authore *Kamuſi*, at *Al'Jauhario Amrio'lKais* امري القيس, ſcilicet ut in *Mezhar* ابن ربيعة *Ebn Rabiah.*

Ibid. *Thaalabus*] ثعلب Grammaticus celebris, cui nomen ابو العباس احمد *Abu'l Abbas Ahmed*, natus anno *Hejræ* 200, mortuus 291.‡

‡ Idem.

Digitized by Google

Jahedth] ابو عثمان عمرو بن بحر المعروف بالجاحظ *Abu Othman Amrus Ebn Bahr, appellatus Al'Jahedh*, a quo ſecta *Motazalorum* الجاحظية *Jahedhiani*. Obiit anno *Hejræ* 255. P. 168.

Aſmaiius] ابو سعيد عبد الملك بن قريب المعروف بالاصمعي *Abu Said Abdo'lMalec Ebn Karib, vulgo AlAſmaï dictus*, ab avo ſcilicet ipſius cui nomen اصمع *Aſmao*. Natus eſt anno *Hejræ* 123, vel juxta alios, 122, mortuus circa annum 216.* P. 169.

* *Ebn Chalec.*

Aſſohailius] قال السهيلي في الروض الانف *Dixit Aſſohaili in libro AlRaudo'lOnof*, inquit *Ebn Chalecan* in vita *Farazdaki*. Eundem alibi ابو القاسم *Abu'lKaſem* vocat. P. 173.

Farazdak] الفرزدق Cognomen poetæ celebris, cui nomen همام بن غالب *Hammam Ebn Ghaleb*, vel, juxta alios, همیم *Homaim*. Obiit anno *Hejræ* 110, annos natus fere centum. Ibid.

شرح شواهد المغني] *Sharho Shawahedi'lMoghni*, i. e. Explicatio teſtimoniorum quæ in Grammatica dicta مغني لبيب *Moghni Labib* ab ابو محمد عبد الله بن هاشم *Abu Mohammed Abdollah Ebn Haſhem* conſcripta afferuntur, cujus author eſt *Jalalo'ddinus*, idem qui commentarium in Alcorani partem, ut ſupra dictum, ſcripſit. Ibid.

AlMaſudi] المسعودي Author paſſim ab aliis laudatus, ſed quem mihi videre nondum contigit: citatur in خريدة العجايب liber ipſius مروج الذهب. P. 174.

Ebn Iſaac] ابن اسحاق P. 176.

AlTabarita] ابو جعفر محمد بن جرير الطبري *Abu Jaafar Mohammed Ebn Jarir AlTabari*, ille toties in Hiſtoria Ibid.

Digitized by Google

..... Saracenica laudatus. Natus anno *Hejræ* 224, in ditione طبرستان *Tabareſtan*, mortuus anno 310 : hiſtoriæ ſuæ ſeriem perduxit ad annum 302. كان ثقة في نقله وتاريخه اصح التواريخ واثبتها *Fidus fuit in allegationibus ſuis, eſtque hiſtoria ipſius hiſtoriarum veriſſima et certiſſima*, inquit *Ebn Chalecan.*

Al Jannab. &c.

P. 176. *Ebn Hamdun*] بن حمدون author libri تذكرة qui variæ materiæ analecta continet.

P. 181. *Sharho'lMawakef*] i. e. Explicatio libri dicti *AlMawakef*, q. d. *Stationes*, qui doctrinæ ſcholaſticæ compendium eſt : utriuſque author in exemplari quo uſus ſum, anonymus.

Ibid. نشق الازهار] q. d. *Odoratus florum* ; liber hiſtoricus et geographicus, authore ابو عبد الله محمد ابن احمد *Abu Abdollah Mohammed Ebn Ahmad*, a quo ad umbilicum perductus eſt anno *Hejræ* 922. Titulus integer eſt نشق الازهار في عجايب الاقطار.

P. 184. *Kadi Shahabo'ddinus*] القاضي شهاب الدين بن ابي الدم الحموي *AlKadi Shehabo'ddin Ebn Abi'l Dam AlHamawi*, hiſtoricus.*

* *Abu'lFeda.*

P. 192. *Aſfahanienſis*] الاصفهاني *AlAsfahani* ; ita vulgo audit qui *AlBidawii* librum de fundamentis theologiæ ſcholaſticæ, quem الطوالع *AlTawalea* vocat, ſcholiis illuſtravit.

P. 195. *Ep. Nawawi*] Epiſtola ſeu tractatiuncula quædam, a محي الدين يحيى المعروف بالنواوي *Mohaii'ddin Yahya, qui AlNawawi appellatur, exarata.*

P. 196. *R. Judas Levita, author libri Cozari*] ר" יהודה הלוי *R. Judah Hallevi*, qui librum ſuum הכוזרי *Hac-Cozari* in-

Digitized by Google

ſcripſit, quod dialogum ſcilicet inter *Cozarorum* regem et doctum quendam Judæum *R. Iſaacum* contineat. Num autem talis unquam extiterit rex, dubitare videtur author *Meor Einaim*; quod tamen mihi ſatis probabile fit, cum legamus in Geographia *Sharifo'l Edriſi* apud *Cozaros* liberum fuiſſe unicuique quam vellet religionem amplecti, atque apud *Ahmedem Joſephi filium* fuiſſe ex ipſis مسلمون ونصاري ويهود ومن لا يدين لمعبود *alios profeſſione Mohammediſtas, alios Chriſtianos, alios Judæos, alios nulli prorſus cultui addictos.*

Sharho'l Akayed] شرح العقايد Liber quidam Scholaſticus. P. 198.

Waſel Ebn Ata] ابو حذيفة واصل بن عطا المعتزلي المعروف بالغزال *Abu Hadhifah Waſel Ebn Ata Motazelus, vulgo Al-Ghazzal dictus*, natus anno *Hejræ* 80, mortuus 131. P. 199.

Averroes] ابو الوليد محمد بن احمد بن محمد بن رشد *Abu'l Walid Mohammed Ebn Ahmed Ebn Mohammed Ebn Roſhd.* Obiit anno *Hejræ* 595.* P. 200.

* Hiſt. Med. et Epit. Yafei. P. 210.

Echwano'ſſafa] q. d. *Fratres ſinceri.* Inde ut videtur, libro titulus, quod qui ipſum compoſuerint fraterno inter ſe amore conjuncti vixerint; de quibus hæc, inter alia, habet *Gregorius* noſter: زعموا انه متي انتظمت الفلسفة اليونانية والشريعة العربية فقد حصل الكمال وصنفوا خمسين رسالة في خمسين نوعا من الحكمة ومقالة حادية وخمسين جامعة لانواع المقالات علي طريق الاختصار والايجاز وسموها رسايل اخوان الصفا وكتموا فيها اسماوهم *Autumarunt conjunctis Philoſophia Græca, et lege Arabica ad perfectionem perveniri; compoſueruntque* 50 *epiſtolas de* 50 *ſapientiæ ſpeciebus, addita* 51ª *quæ reliquorum capitum ſpecies in unum collectas contineret,*

Digitized by Google

juxta viam compendii et epitomes, et vocarunt eas Epiſtolas Echwano'ſſafa, *celatis interim nominibus ſuis.* Sunt autem, inquit, مقالات مشاوقات غير مستقصات ولا ظاهرة الادلة والاحتجاج *diſcurſus qui affectus quidem moveant, ſed ad metam neutiquam pertingant, nec probationes et argumenta manifeſta exhibeant.* Meminit hujus libri *Abraham Zacut* in *Jucaſim*, et præcipuum eorum qui horum tractatuum authores cenſentur fuiſſe זיד בן רפאעה, apud *Gregorium* زيد بن رفاعة *Zaid Ebn Rafaah*; floruit circa annum *Hejræ* 373. Quid de ipſis cenſuerit acutiſſimus philoſophus *Ebn Sayeg*, patet ex his ipſius verbis, ubi de ſententia minus ſibi probata loquitur; وليس هذا قول احد المتقدمين بل هو قول اخوان الصفا الضالين *Non eſt autem hæc ſententia cujuſquam ex antiquioribus, verum ſententia Echwano'Sſafa a veritate aberrantium. Ebn Sayeg* autem iſte eſt ابو بكر محمد بن باجه المعروف بابن الصايغ *Abu Bacr Mohammed Ebn Bajah, vulgo Ebno'lSayeg appellatus*, qui obiit anno 533, vel juxta alios, 525, teſte *Ebn Chalecan* &c. veneno ſublatus.

P. 214. *AlHaſan Baſrienſis*] ابو سعيد الحسن بن ابي الحسن البصري *Abu Said AlHaſan Ebn Abi'lHaſan AlBaſri*, obiit anno *Hejræ* 110, annos natus 88.*

* *Ebn Chalec. AlJannab. &c.*

رسول الله صلي الله عليه وسلم وكان يقال لجرير
المذكور يوسف الامة لحسنه وفيه قيل

لو لا جرير هلكت بجيلة نعم الفتي وبيست
القبيلة

انتهي الكلام في بني كهلان بن سبا

DE FILIIS AMRI FILII SABÆ.

ذكر بني عمرو بن سبا

اما القبايل المنتسبة الي عمرو بن سبا فمنهم لَخْم بن عدي بن عمرو بن سبا ومن لخم بنوا الدار رهط تميم الداري صاحب رسول الله صلي الله عليه وسلم ومن لخم المناذرة ملوك الحيرة وهم بنوا عمرو بن عدي بن نصر اللخمي وكانت دولتهم من اعظم دول ملوك العرب وقد تقدم ذكرهم في الفصل الرابع مع باقي ملوك العرب فاغني عن الاعادة ومن القبايل المنتسبة الي عمرو بن سبا جذام وهو اخو لخم وجميع جذام من ابنيه حزام* وجشم ابني جذام وكان في بني حزام العدد والشرف ومن بطون جشم بن جذام عتيب بن اسلم

* In codice regio legitur حرام.

DE FILIIS ASCHARI FILII SABÆ.

ذكر بني اشعر بن سبا

واما بنوا الاشعر فيقال لهم الاشعريون وهم رهط ابي موسي الاشعري عبد الله بن قيس

DE FILIIS AMELÆ.

ذكر بني عاملة

واما بنوا عاملة فهم ايضا من القبايل اليمانية التي خرجت الي الشام عند سيل العرم ونزلوا بالقرب من دمشق في جبل هناك يعرف بجبل عاملة[a] انتهي ذكر اولاد سبا وهم عرب اليمن

DE ARABIBUS INSITITIIS.

ذكر العرب المستعربة

وهم ولد اسمعيل بن ابرهيم الخليل صلوات الله عليه وقيل لهم العرب المستعربة لان اسمعيل لم تكن لغته عربية بل عبرانية ثم دخل في العربية فلذلك سمي ولده العرب المستعربة وقد تقدم عند ذكر ابرهيم الخليل عليه السلام سبب سكني اسمعيل وامه هاجر مكة وان ذلك كان بسبب غيرة سارة [رضي[b] الله عنها من هاجر وان الله تعالي

[a] In codice regio, ut et in Vat. leguntur hæc, فمن عاملة عدي بن الرقاع الشاعر.

[b] Quæ uncinis inclusi, in margine codicis Sangerm. scripta sunt, quia ab eo qui hæc folia scripsit omissa fuerant: sed margine ab eo resecata qui librum compegit, vox una videtur excidisse: itaque legendum credo امره الله تعالي.

Digitized by Google

ان يطيع سارة] وان يخرج اسمعيل عنها وان الله تعالي يتكفله فخرج ابرهيم من الشام باسمعيل وامه هاجر وقدم بهما الي مكة وانزلهما مع الحجر* وقال رب اني اسكنت من ذريتي بواد غير ذي زرع الاية وانزلهما ابرهيم هناك وعاد الي الشام وكان عمر اسمعيل* اذ ذاك نحو اربع عشرة سنة وذلك لمضي ماية سنة من عمر ابرهيم الخليل فمن سكني اسمعيل مكة الي الهجرة الفان وسبعماية وثلث وتسعون سنة وكان هناك قبايل جرهم فتزوج اسمعيل منهم امراة وولدت له اثني عشر ولدا ذكرا منهم قيذار وماتت هاجر ودفنت بالحجر ثم لما مات ابنها اسمعيل بمكة دفن معها بالحجر ايضا وقد اختلف المورخون اختلافا كثيرا في امر الملك علي الحجاز بين جرهم وبين اسمعيل فمن قايل كان الملك علي الحجاز في جرهم ومفتاح الكعبة وسدانتها في يد ولد اسمعيل ومن قايل ان قيذار توجته اخواله جرهم وعقدوا له الملك عليهم بالحجاز

* In utroque codice regio et Vaticano legitur, بموضع الحجر.

In cod. Reg. 615 ita legitur hic locus, من هاجر ومن ابنها اسمعيل وان الله تعالي يتكفله—sed non est dubium quin aliquid omissum fuerit. Codex Vaticanus haec omnia omittit.

* In codice regio legitur, من كتب اليهود وكان عمر اسمعيل. Cod. Vat. haec verba, من كتب اليهود haud agnoscit.

واما سدانة البيت الحرام ومفاتيحه فكانت مع بني اسمعيل بغير خلاف حتي انتهي ذلك الي نابت من ولد اسمعيل فصارت السدانة بعده لجرهم ويدل علي ذلك قول عامر بن الحرث الجرهمي من قصيدته التي منها

وكنا ولاة البيت من بعد نابت
نطوف بذاك البيت والامر ظاهر

ومنها

كان لم يكن بين الحجون الي الصفا
انيس ولم يسمر بمكة سامر
بلي نحن كنا اهلها فابادنا
صروف الليالي والجدود العواثر

ثم ولد لقيذار ابنه حمل بن قيذار ثم ولد لحمل نَبت بن حمل ويقال له نابت وقيل نبت بن قيذار وقيل نبت بن اسمعيل وفي ذلك خلاف كثير ثم ولد لنبت سلامان بن نبت ثم ولد لسلامان الهميسع بن سلامان بن نبت ثم ولد للهميسع اليسع بن الهميسع ثم ولد لليسع ادد بن اليسع بن الهميسع ثم ولد لادد ابنه اذ ابن ادد ثم ولد لاذ ابنه عدنان ابن ادد وقيل عدنان ابن اد ثم ولد لعدنان معدّ ثم ولد لمعد نزار ثم ولد لنزار اربعة

منهم مضر علي عهود النسب النبوي وثلثة خارجون
عن عهود النسب اولهم اياد وكان اكبر من مضر
والي اياد بن نزار المذكور يرجع كل ايادي من
بني معد وفارق اياد الحجاز وسار باهله الي اطراف
العراق فهن بني اياد كعب بن مامة الايادي
وكان يضرب بجوده المثل وقس بن ساعدة الايادي
وكان يضرب بفصاحته المثل والثاني من بني نزار
ربيعة بن نزار ويعرف بربيعة الفرس لانه ورث الخيل
من مال ابيه وولد لربيعة المذكور اسد وضُبيعة
ابنا ربيعة فولد لاسد جديلة وعنزة ومن جديلة
وايل ومن وايل بكر وتغلب ابنا وايل فهن تغلب
كليب ملك بني وايل قتله جساس فهاجت الحرب
في بني وايل بين بني بكر وبني تغلب حسبما
تقدم ذكره في الفصل الرابع ومن بكر بن وايل
بنوا شيبان ومن رجالهم مرّة وابنه جساس قاتل
كليب وطرفة بن العبد الشاعر ومن بكر ايضا
المرقشان الاكبر والاصغر* ومن بكر بن وايل ايضا
بنوا حنيفة ومنهم مسيلمة الكذاب واما عنزه بن
اسد بن ربيعة المذكور فمنه بنوا عنزه وهم اهل
خيبر ومن بني عنزه الغارظان واما ضُبيعة بن ربيعة
فهن ولده المتلمس الشاعر ومن قبايل ربيعة النمر

* In codice Sangerm. legitur الاكبر والاكبر sed omnino legendum, ut in cod. regio, الاكبر والاصغر.

ولجيم والعجل وبنوا عبد القيس وهو من ولد
اسد بن ربيعة ومن بني ربيعة سدوس واللهازم
والثالث انمار بن نزار ومضي انمار الي اليمن فتناسل
بنوه بتلك الجهات وحسبوا من العرب اليمانية ثم
ولد لمضر الياس بن مضر علي عمود النسب وولد
له خارجا عن عمود النسب قيس عيلان بن مضر
ويقال قيس بن عيلان بن مضر وعيلان بالعين
المهملة قيل ان عيلان فرسه وقيل كلبه وقيل بل
عيلان هو اخو الياس واسم عيلان الناس بن مضر
وولد لعيلان قيس بن عيلان وقد جعل الله تعالي
لقيس المذكور من الكثرة امرا عظيما فمن ولده
قبايل هوازن ومن هوازن بنوا سعد بن بكر بن
هوازن الذين كان فيهم رسول الله صلي الله عليه
وسلم رضيعا ومن قبايل قيس بنوا كلاب وصار منهم
اصحاب حلب وكان اولهم صالح بن مرداس ومن
قيس قبايل عُقَيل الذين كان منهم ملوك الموصل
المقلد وقرواش وغيرهما ومن ولد قيس ايضا بنوا
عامر وصعصعة وخفاجة وما زالت لخفاجة امرة العراق
من * قديم والي الان ومن هوازن ايضا بنوا ربيعة
بن صعصعة بن معوية بن بكر بن هوازن بن
منصور بن عكرمة بن خصفة بن قيس عيلان ومن

* من omittit cod. Sangerm.

Digitized by Google

هوازن ايضا جُشَم بن معوية بن بكر بن هوازن ومن جشم دريد بن الصمة ومن قيس ايضا بكر وبنوا هلال وثقيف واسمه عمرو بن منبه بن بكر بن هوازن وقد قيل ان ثقيفا من اياد وقيل من بقايا ثمود وهم اهل الطايف ومن قيس بنوا نهير وباهلة ومازن وغطفان وهو بن سعد بن قيس عيلان ومن قيس ايضا بنوا عبس بن بغيض بن ريث بن غطفان بن سعد بن قيس عيلان وكان بين عبس وذبيان حرب داحس المقدم ذكرها في الفصل الرابع ومن بني عبس عنترة العبسي [وادعاه* ابوه بعد الكبر ومن قيس اشجع وهم ايضا من ولد غطفان ومن قيس ايضا قبايل سليم] ومن قيس ايضا بنوا ذبيان بن بغيض بن ريث بن غطفان بن سعد بن قيس عيلان ومن بني ذبيان المذكورين بنوا فزارة منهم حصن بن حذيفة بن بدر الذي يمدحه زهير بقوله شعر

تراه اذا ما جيته متهللا كانك
تعطيه الذي انت سايله

واسلم حصن ثم نافق وكان بين بني ذبيان وبين عبس الحرب المشهورة بحرب داحس وهو اسم حصان تسابقوا به واختلفوا بسبب السباق فثارت

* Quæ uncinis diftinxi in codice regio 615 non leguntur. Codex Vaticanus poft ابوه addit شداد—haud male.

الحرب بينهم اربعين عاما ومن بني ذبيان ايضا
النابغة الذبياني الشاعر المشهور ومن قبايل قيس
عدوان بن عمرو بن قيس عيلان وكانوا ينزلون
الطايف قبل ثقيف ومنهم ذو الاصبع العدواني
الشاعر انتهي الكلام علي قيس بن مضر الخارج
عن عمود النسب ولنرجع الي ذكر الياس بن مضر
وولد لالياس مدركة علي عمود النسب وولد له
خارجا عن عمود النسب طابخة بن الياس وبعضهم
ينسب مدركة وطابخة الي امهما خندف واسمها
ليلي بنت حلوان بن عمران بن الحاف بن قضاعة
وجميع ولد الياس من خندف المذكورة واليها
ينسبون دون ابيهم فيقولون بنوا خندف ولا
يذكرون الياس بن مضر وصار من طابخة الخارج
عن عمود النسب عدة قبايل فمنهم بنوا تميم بن
طابخة والرباب وبنوا ضبة وبنوا مزينة وهم بنوا عمرو
بن ادّ بن طابخة نسبوا الي امهم مزينة ابنة* كلب
بن وبرة ثم ولد لمدركة بن الياس خزيمة بن
مدركة علي عمود النسب وولد لمدركة خارجا عن
عمود النسب هذيل بن مدركة ومن هذيل
المذكور جميع قبايل الهذليين فمنهم عبد الله بن
مسعود صاحب رسول الله صلي الله عليه وسلم

* In cod. Sangerm. male legitur ابن.

Digitized by Google

وابو ذويب الهذلي الشاعر وغيره ثم ولد لخزيمة بن مدركة المذكور كنانة بن خزيمة علي عمود النسب وولد له خارجا عن عمود النسب الهون واسد ابنا خزيمة فمن الهون عَضَل وهي قبيلة ابوهم عضل بن الهون بن خزيمة ومنه ايضا الديش بن الهون وهو اخو عَضَل ويقال لهاتين القبيلتين وهما عضل والديش القارة واما اسد بن خزيمة فمنه الكاهلية ودودان وغيرهما واليه يرجع كل اسدي ثم ولد لكنانة بن خزيمة المذكور النضر بن كنانة علي عمود النسب وكان لنضر المذكور عدة اخوة ليسوا علي عمود النسب وهم ملكان وعبد مناة وعمرو وعامر ومالك اولاد كنانة فصار من ملكان بنوا ملكان وصار من عبد مناة عدة بطون منهم بنوا غفار رهط ابي ذر وبنوا بكر ومن بني بكر الدءل رهط ابي الاسود الدءلي ومن بطون عبد مناة ايضا بنوا ليث* وبنوا مدلج وبنوا ضمرة وصار من عمرو بن كنانة العمريون ومن اخيه عامر العامريون ومن مالك بن كنانة بنوا فراس ومن بطون كنانة الاحابيش وكان الحُلَيْس بن عمرو ريس الاحابيش نوبة احد ومن لم يقف علي ذلك اذا سمع ذكر الاحابيش في نوبة احد ظن انهم من الحبشة وليس كذلك

* Codex reg. addit, وبنوا الحارث idemque habet cod. Vatic. Sic etiam legit Pocock. Specim. Hift. Arab. p. 50.

Digitized by Google

بل هم عرب من بني كنانة كذا ذكره في العقد وهولا اخوة النضر بن كنانة وولدهم واما النضر المذكور فقد قيل انه قريش والصحيح ان قريشا هم بنوا فهر الذي سنذكره وولد للنضر المذكور مالك بن النضر علي عمود النسب ولم يشتهر له ولد غيره ثم ولد لمالك فهر بن مالك علي عمود النسب وفهر المذكور هو قريش فكل من كان من ولده فهو قرشي ومن لم يكن من ولده فليس قرشيا وقيل سمي قريشا لشدته تشبيها له بدابة من دواب البحر يقال لها القرش تاكل دواب البحر وتقهرهم وقيل ان قصي بن كلاب لما استولي علي البيت وجمع اشتات بني فهر سموا قريشا لانه قَرَّش بني فهر اي جمعهم حول الحرم فقيل لهم قريش كذا نقله بن سعيد المغربي فعلي هذا يكون لفظة قريش اسما لبني فهر لا لفهر نفسه ولم يولد لمالك غير فهر المذكور علي عمود النسب وولد لفهر غالب علي عمود النسب وولد خارجا عن عمود النسب ولدان هما محارب والحرث ابنا فهر فمن محارب بنوا محارب ومن الحرث بنوا الخَلْج ومنهم ابو عبيدة بن الجراح احد العشرة رضي الله عنهم ثم ولد لغالب لوي علي عمود النسب وولد خارجا

عن عمود النسب تيم الادرم والادرم الناقص الذقن
ومن تيم المذكور بنوا الادرم ثم ولد للوي المذكور
ستة اولاد وهم كعب علي عمود النسب واخوته
الخمسة خارجين عن عمود النسب وهم سعد وخزيمة
والحرث وعامر واسامة اولاد لوي بن غالب ولكل
منهم ولد ينسبون اليه خلا الحرث منهم ومن ولد
عامر بن لوي عمرو بن عبد ود فارس العرب الذي
قتله علي بن ابي طالب ثم ولد لكعب مرة علي
عمود النسب وولد له خارجا عن عمود النسب
هصيص وعدي ابنا كعب فمن هصيص بنوا جمح
ومن مشاهيرهم امية بن خلف عدو رسول الله
صلي الله عليه وسلم واخوه ابي بن خلف وكان
مثله في العداوة ومن هصيص ايضا بنوا سهم ومن
بني سهم عمرو بن العاص ومن عدي بن كعب
بنوا عدي ومنهم عمر بن الخطاب وسعيد بن زيد
من العشرة رضي الله عنهما ثم ولد لمرة علي عمود
النسب كلاب وولد له خارجا عن عمود النسب
تيم ويقظة ابنا مرة فمن تيم بنوا تيم ومنهم ابو بكر
الصديق وطلحة من العشرة رضي الله عنهما ومن
يقظة بنوا مخزوم نسب خالد بن الوليد وابي جهل
بن هشام واسمه عمرو بن هشام المخزومي ثم ولد

Digitized by Google

لكلاب قصي بن كلاب علي عمود النسب وولد
له خارجا عن عمود النسب زهرة بن كلاب ومنه
بنوا زهرة نسب سعد بن ابي وقاص احد العشرة
ونسب امنة ام رسول الله صلي الله عليه وسلم ونسب
عبد الرحمن بن عوف رضي الله عنهما وقصي
المذكور كان عظيما في قريش وهو الذي ارتجع
مفاتيح الكعبة من خزاعة حسبما تقدم ذلك* وهو
الذي جمع قريشا واثل مجدهم ثم ولد لقصي
المذكور عبد مناف بن قصي علي عمود النسب
وولد له خارجا عن عمود النسب عبد الدار وعبد
العزي ابنا قصي فمن عبد الدار بنوا شيبة الحجبة
ومن ولد عبد الدار النضر بن الحرث وكان شديد
العداوة لرسول الله وقتله رسول الله صبرا يوم بدر
ومن عبد العزي بن قصي الزبير بن العوام احد
العشرة ومن ولد عبد العزي ايضا خديجة بنت
خويلد زوج النبي صلي الله عليه وسلم ومن بني
عبد العزي ايضا ورقة بن اسد بن عبد العزي بن
قصي وولد لعبد مناف هاشم علي عمود النسب وولد
له خارجا عن عمود النسب عبد شمس والمطلب ونوفل
اولاد عبد مناف فمن عبد شمس امية ومنه بنوا
امية ومنهم عثمان بن عفان بن ابي العاص بن

* Codex regius habet ذكر ذلك.

امية بن عبد شمس ومعاوية بن ابي سفيان بن حرب بن امية وسعيد بن العاص بن امية وعقبة بن ابي معيط بن ابي عمرو بن امية وعتبة بن ربيعة بن عبد شمس وبنت عتبة المذكور هند ام معاوية وقتل رسول الله عقبة صبرا يوم بدر ومن المطلب بن عبد مناف المطلبيون ومنهم الامام الشافعي ومن نوفل النوفليون ثم ولد لهاشم عبد المطلب علي عمود النسب ولم يعلم لهاشم ولد غيره وولد لعبد المطلب عبد الله علي عمود النسب وولد له خارجا عن عمود النسب جميع اعمام رسول الله صلي الله عليه وسلم وهم حمزة والعباس وابو طالب وابو لهب والغيداق ومنهم من يقول هو جحل الذي سنذكره والحرث وجَحْل والمقوم وضرار والزبير وقُثم درج صغيرا وعبد الكعبة ومنهم من يقول هو المقوم ثم ولد لعبد الله رسول الله صلي الله عليه وسلم في عام الفيل ولنذكر اولا قصة الفيل ثم مولده صلي الله عليه وسلم من الكامل لابن الاثير قال ان الحبشة ملكوا اليمن بعد حمير فلما صار الملك الي ابرهة منهم بني كنيسة عظيمة وقصد ان يصرف حج العرب اليها ويبطل الكعبة الحرام فجا شخص من العرب واحدث في تلك

الكنيسة فغضب ابرهة لذلك وسار بجيشه ومعه
الفيل وقيل كان معه ثلثة عشر فيلا ليهدم الكعبة
فلما وصل الي الطايف بعث الاسود بن مقصود الي
مكة فساق اموال اهلها واحضرها الي ابرهة وارسل
ابرهة الي قريش وقال لهم لست اقصد الحرب بل
جيت لاهدم الكعبة فقال عبد المطلب والله ما نريد
حربه هذا بيت الله فان منع عنه فهو بيته وحرمه
وان خلا بينه وبينه فوالله ما عندنا من دفع ثم
انطلق عبد المطلب مع رسول ابرهة واكرمه ونزل
عن سريره وجلس معه وساله في حاجته فذكر عبد
المطلب اباعره التي اخذت له فقال ابرهة اني كنت
اظن انك تطلب مني ان لا اخرب الكعبة التي هي
دينك فقال عبد المطلب انا رب الاباعر فاطلبها
وللبيت رب يمنعه فامر ابرهة برد اباعره عليه فاخذها
عبد المطلب وانصرف الي قريش ولما قارب ابرهة
مكة وتهيا لدخولها بقي كلما قبل فيله مكة وكان
اسم الفيل محمودا ينام ويرمي بنفسه الي الارض
فاذا قبلوه غير مكة قام يهرول وبينما هم كذلك
اذ ارسل الله عليهم طيرا ابابيل امثال الخطاطيف
مع كل طاير ثلثة احجار في منقاره ورجليه فقذفتهم
بها وهي مثل الحمص والعدس فلم يصب احدا

منهم الا هلك وليس كلهم اصابت ثم ارسل الله سيلا فالقاهم في البحر والذي سلم منهم ولي هاربا مع ابرهة الي اليمن يبتدر الطريق وصاروا يتساقطون* بكل منهل واصيب ابرهة في جسده وسقطت اعضاوه ووصل الي صنعا كذلك ومات ولما جري ذلك خرجت قريش الي منازلهم وغنموا من اموالهم شيا كثيرا ولما هلك ابرهة ملك بعده ابنه يكسوم ثم اخوه مسروق بن ابرهة ومنه اخذت العجم اليمن

* In cod. reg. 615 legitur وصاروا يبتدرون ويتساقطون.

انتهي الكلام في الفصل الخامس وهو اخر التواريخ القديمة ومن هنا نشرع في التواريخ الاسلامية

Digitized by Google

Digitized by Google

EXCERPTA EX ABULFEDA

DE REBUS ARABUM

ANTE MOHAMMEDEM.

Ex capite primo, quo de prophetis et de principibus Hebræorum agitur. P. 421.

DE HOUDO ET SALEHO.

HI ſunt prophetæ duo, qui poſt Noachum, et ante Abrahamum amicum Dei, miſſi ſunt. Houdum dicunt eumdem fuiſſe cum Ebero filio Salehi, de quo ſupra dictum eſt. Miſſus vero eſt ad Aditas, qui idolis tribus cultum exhibebant. Erant autem Aditæ et Thamuditæ gigantes, procera ſtatura, ut in Alcorano perhibetur, dicente Deo O. M. *Mementote*, quomodo vos ſucceſſores dedit Deus populo Noachi, et addidit naturæ veſtræ amplitudinem.* Vocavit itaque Houdus Aditas, at non crediderunt ex iis niſi perpauci: Deus vero eos qui non crediderant perdidit *vento† vehementi per ſeptem noctes, octoque dies continuo flante:* (etenim صسوم idem ac دايم) nec ulli ex Aditis ventus pepercit, niſi Houdo, et iis qui crediderant, et cum eo erant: hi enim

* Alc. Sur. 7. ver. 70.

† Ibid. Sur. 69. ver. 7.

Digitized by Google

a reliquis ſegregati ſeſe in caulam quamdam receperant; ibique manſit Houdus uſque dum moreretur: cujus ſepulchrum in Hadramautena provincia eſt, vel, ut alii
P. 422. perhibent, in ſepto templi Meccani. Inter Aditas vir quidam fuiſſe dicitur, Lokmanus nomine, ſed a Lokmano illo diverſus qui Sapientis appellatione gaudet, Davidiſque prophetæ coævus fuit. Aditæ nimirum, antequam eos deleret Deus, ſiccitate et annonæ penuria afflicti fuerant, quoſdamque ex ſuis Meccam miſerant, qui votis nuncupatis imbrem ſuæ terræ exorarent: ex horum legatorum numero fuit Lokmanus ille quem dicimus: quum periiſſent igitur Aditæ, remanſit Lokmanus in ambitu adyti Meccani, eum itaque allocutus Deus, his verbis compellavit: Elige, Lokmane, nec enim in æternum vivere licet. Ad quem Lokmanus: Domine, da mihi vitam ſeptem vulturum. [Deo annuente] cepit pullum vulturis maſculum ea ipſa hora quum ex ovo prodiret; qui ubi erat mortuus, alium ſimiliter in demortui locum capiebat: vivebant autem ſinguli octoginta annos. Ex his ſeptimus *Lobad* dicebatur, quo moriente, fatalem quoque diem obibat Lokmanus. Hæc ideo retulimus, quia inter homines, et in Arabum carminibus frequens eſt rei iſtius memoria.

Nunc de Saleho dicendum, quem ad Thamuditas miſit Deus O. M. cujus ita ſe habet proſapia. Erat nempe Salehus filius Obaïdi, filii Aſafi, filii Maſhadji, filii Obaïdi, filii Djaderi, filii Thamudi. Hortatus eſt itaque Salehus Thamuditarum gentem, ut, rejecta Deo-

Digitized by Google

rum multitudine, unum Deum agnoſcerent, cultuque debito proſequerentur. Habitabant autem Thamuditæ, ut jam dictum eſt, Hadjari. At ex iis pauci admodum, iique inter ſuos ignobiles et deſpecti, vati ſuo fidem habuerunt. Cæteri vero, qui non crediderant, eam legem ſibi Salehoque dixerunt, ut verbis ejus crederent, ſi illud effeciſſet quod ab ipſo expetituri eſſent. Conditionem non abnuente Saleho, petierunt ut e certa rupe camelam educeret. Nil cunctatus Salehus, preces ad Deum direxit, ſtatimque e rupe camela prodiit, quæ et pullum enixa eſt. Thamuditæ vero non crediderunt, imo ad ultimum, camelam, amputatis ſuffraginibus, necaverunt: quos Deus, tribus diebus elapſis, delevit, clamore cælitus emiſſo, in quo erat omnium fulminum fragor. Itaque præcordiis illorum fractis, inventi ſunt die inſequenti in habitaculis ſuis jacentes. Salehus vero in Palæſtinam digreſſus, mox inde Hidjazum petiit, ut cultui Dei vacaret, ibique manſit, donec ſupremum diem obiit, 58 annos natus. P. 423.

Ex capite quarto, quod eſt de rebus Arabum ante Iſlamiſmum.

Quæ * ad tribus Arabum eorumque proſapias pertinent alio loco enarraturi ſumus, quum ad Arabum gentem deventum fuerit, in capite quinto, ubi, Deo juvante, variarum gentium hiſtorias perſequemur.

Ex libro Ebn Saidi Africani diſcimus, primum in

* Quæ ſequuntur, ipſius Abulfedæ manuſcripta, codex Sangermanenſis exhibet.

Digitized by Google

Yemanam migraſſe, ſedemque ibi conſtituiſſe poſt linguarum confuſionem, et filiorum Noachi diſperſionem, Kahtanum, filium Eberi, filii Schalehi, de quo jam meminimus. Kahtanus hicce primus terram Yemanæ regio nomine ſibi ſubditam habuit, primuſque diademate ornatus eſt. Kahtano mortuo, regnavit poſt eum filius ejus Yarebus, qui primus, ut ferunt, Arabice locutus eſt. Huic in imperio ſucceſſit Yaſchhabus Yarebi filius, idemque ſucceſſorem habuit Abd-ſchemſum Yaſchhabi filium, qui imperium adeptus, multis in varias regiones
P. 424. bellicis expeditionibus ſuſceptis, Saba cognominatus eſt. Ipſe eſt qui aggerem ſtruxit in regione Maaribi, ſeptuaginta fluvios ad eum deduxit, torrenteſque longe diffitos in hunc locum perduxit. Urbem quoque Maaribum exſtruxit, quæ urbs Sabæ dicta eſt. Volunt alii, Maaribum appellationem fuiſſe omnibus regibus communem qui Yemanæ imperitabant. Sunt etiam qui volunt arci quam rex incolebat nomen Maaribi inditum, urbem vero Sabam dictam fuiſſe.

Plures filios ſibi ſuperſtites habuit Saba, de quo nobis ſermo eſt, e quorum numero fuere Himyarus, Amrus, Cahlanus, Aſcharus, aliique, quos in capite quinto recenſebimus, quum de gente Arabum ſermonem faciemus. Saba mortuo, Yemanæ imperium ad filium ejus Himyarum devenit: hic regni compos factus Thamuditas ex Yemana in Hidjazum migrare coegit. Huic in imperio ſucceſſit Wathel Himyari filius, mox Sacſacus Watheli filius, tum Yafarus Sacſaci filius. Dhou-riya-

Digitized by Google

ſchus deinde regnum Yemanenſe vi adeptus eſt, qui ſuo nomine dicebatur Amerus filius Barani*, filii Aufi, filii Himyari. At inſurrexit quidam ex poſteris Watheli, Nomanus filius Yafari, filii Sacſaci, filii Watheli, filii Himyari, hominibuſque ad eum concurrentibus, regno Amerum dejecit, expulſique in locum imperio potitus eſt Nomanus jam dictus in Yemanenſi ditione: Moafiri[a] cognomen Nomano huic inditum, eo quod dixerat:

* In codice Sangermanenſi prima hujus nominis litera puncto caret diacritico.

[a] المعافر Djewhario ille eſt من يمشي مع الرُفَق فينال من فضلهم In Kamouſo illud tantum legitur: من يمشي مع الرفق.

Hæc interpretatio fraudi fuit Cl. A. Schultenſio, qui cum الرِفّق per vocalem Keſram efferret, poſt Golium Caſtellumque, ita interpretatus eſt, *leniter incedens quaſi per pulverem, et ita, perque blanditias aliquid impetrare ſtudens.* Sed longe aliud voluit Djewharius, nempe: *qui incedit cum turba viatorum; atque ex eorum benevolentia aliquid excipit:* eſt enim الرفق pluralis numerus vocis رِفقة quæ, autore eodem Djewhario, ſignificat الجماعة ترافقهم في سَفَرك: et vocem الرُفَق ita eſſe efferendam, omnino comprobat pronomen affixum pluralis numeri in من فضلهم. Cautius egit Giggeius, qui quum dubius hæreret, quo modo efferenda eſſet et interpretanda vox الرفق apud Kamouſi autorem, utramque conjunxit interpretationem. Sic enim habet: المُعافر *qui incedit blande. Qui cum comitatu incedit.* De ſenſu vero ipſius verbi عافر judicium ferre difficilius eſt. Mihi videtur idem fere eſſe ac مارس, quod maxime ex eo probabile fit, quod عفر, autore Firouzabadio ſit الشجاع الجلد الغليظ الشديد, unde ſubnatæ voces عفرية—عفريت &c. quæ in malam partem ſumuntur, et forte عفرين, unde ليث عفرين quod de leonibus dicitur, et de homine ſtrenuo, forti, imperandi perito, ut autor eſt Firouzabadius. عفرّين ماسدة وليث عفرّين الاسد . . والرجل الكامل الضابط القوي. (Vide Schultenſii monumenta vetuſtiora Arabiæ p. 12.)

Si negotia fortiter tractaveris cum virtute, ad ſummum pervenies faſtigium, quod tenent promtiſſimi principes.

P. 425. (مقاول autem vox eſt pluralis numeri, quæ de illis dicitur, qui majoribus provinciis in Yemana præſunt.)

Moafiro extincto, regno potitus eſt filius ejus Aſchmahus, cui ſucceſſit Schaddadus filius Adi, filii Matati, filii Sabæ. Hic totius regni compos factus, bellicas expeditiones in alias regiones ſuſcepit, et ad ultimas plagas occidentis pervenit. Urbes quoque exſtruxit, atque ædificia miranda, magnaque ſuæ potentiæ veſtigia poſt ſe dereliquit.

Schaddadus ſucceſſorem habuit Lokmanum fratrem ſuum Adi filium, poſt quem imperium adeptus Dhouſadad ejuſdem Adi filius, Lokmanique frater. Poſt Dhou-ſadadum Harethus filius ejus regnavit, qui *Hareth-alraiſch* dicitur. Volunt alii Harethum illum *Alraiſch* dictum patrem habuiſſe Kaiſum, filium Saifi[a], filii Sabæ minoris: hic eſt Tobbaus prior.

Succeſſorem in regno habuit Dhoul-karnainum Saabum filium Raiſchi. Filius Abbaſſi, referente Ebn Saido

Nec in voce مقاول interpretanda felicior fuit vir doctus. Fruſtra enim ex codice Djewharii hic loci corrupto quo utebatur, Pocockii lectionem et interpretationem quæ unice vera eſt, convellere nititur. Quicquid enim in contrarium dicat Schultenſius, certum eſt, et autoritate tum Djewharii, tum Firouzabadii comprobatum, voce قيل quæ plurali numero اقيال, اقوال, et مقاول dicitur, *magnum aliquem in Yemana principem*, ſed ſummo rege *inferiorem* deſignari.

[a] In autographo ſecunda litera nominis iſtius puncto caret diacritico; ſimiliter et ſecunda litera vocis قيس.

Digitized by Google

Africano, aliquando interrogatus de Dhoul-karnaino, de quo mentionem injecit Deus O. M. in libro ſuo venerando, reſpondit: Dhoul-karnainus ille ex Himyari progenie fuit: eſtque Saabus ille fama pervulgatus. Quod ſi tenemus, Dhoul-karnainus ille, cujus meminit Alcoranus, Saabus eſt de quo agimus, Raiſchi filius, neutiquam vero Alexander Græcus.

Poſt hunc regnavit Dhoul-menarus Abraha, Dhoul-karnaini filius, qui ſucceſſorem habuit Afrikiſum filium Abrahæ. Afrikiſo ſucceſſit frater ejus Dhoul-adharus Amrus, filius Dhoul-menari.

Imperium poſt Dhoul-adharum adeptus eſt Scharhabilus filius Amri, filii Galebi*, filii Montabi, filii Zeidi, filii Yafari, filii Sacſaci, filii Watheli, ex Himyaro oriundus. Himyaritæ† enim, cum Dhoul-adharum ægre admodum ferrent, jugo ejus excuſſo, regem conſtituerunt mox dictum Scharhabilum. Acri prælio conflixerunt Scharhabilus et Dhoul-adharus, magnaque ſtrage edita, Scharhabilus imperium tenuit. Hadhadus Scharhabili filius poſt patrem rex eſt factus, cui ſucceſſit filia ejus Balkiſa. Hæc per viginti annos regnum Yemanenſe adminiſtravit, et Salomoni Davidis filio connubio juncta eſt. Imperium poſt Balkiſam adeptus eſt ejus patruus Naſchir-alniam dictus, filius Scharhabili. Sunt tamen qui affirmant Naſchir-alniamo nomen fuiſſe Malicum filium Amri, filii Yafari, filii Amri ex filiis Montabi, filii Zeidi, qui ex Himyaro genus ducebat.

Huic ſucceſſit Schamar-Yaraſchus‡, Naſchir-alniami

* Hæc vox in autographo nulla habet puncta diacritica. P. 426.

† In cod. 615 legitur بن حمير ſed in autographo ſcriptum videtur من حمير quod cum antedictis melius convenit.

‡ Prima litera vocis يرعش puncto caret in autographo.

Digitized by Google

ſupra dicti filius, vel, ut alii afferunt, filius Afrikiſi, filii Abrahæ Dhoul-menari; poſt quem imperium adeptus eſt Aboumalicus Schamari filius, et deinde Amranus filius Ameri Azdita. Amranus ille filius fuit Ameri, filii Harethæ, filii Amrialkaiſi, filii Thalebæ, filii Mazeni, filii Azdi, filii Gauthi, filii Nabeti, filii Maleci, filii Ododi, filii Zeidi, filii Cahlani, filii Sabæ. Ea igitur tempeſtate dignitas regia tranſlata eſt a progenie Himyari filii Sabæ ad filios Cahlani ejuſdem Sabæ filii. Erat autem Amranus ille hariolus.

Poſt hunc regnavit ejus frater Mozaikia Amrus filius Ameri Azdita: Mozaikiæ nomen ei datum, quia ſingulis diebus veſtem novam induebat, quam, ubi cubiculum ſuum intrare volebat, projiciebat, ſtatimque lacerabatur,
P. 427. ne cuiquam poſt ipſum liceret eam induere.

Hic deſinunt quæ ex libro Ebn Saidi Africani deſumpta ſunt. Sequuntur excerpta ex chronico Hamzæ Isfahanenſis.

Poſt Abou-malicum Schamari filium, et ante Amranum Azditam regnum adeptus Akranus ejuſdem Aboumalici filius; cui ſucceſſit Dhou-habſchanus Akrani filius, qui in Taſmum et Djadiſum vehementer eſt invectus. Poſt hunc regnavit frater ejus Tobbaus, Akrani filius, mox Colaicarbus filius Tobbai, et deinde Abou-carb Aſadus, qui Tobbaus medius dicitur. Huic occiſo ſucceſſit filius Haſſanus, et in patris Tobbai percuſſores invectus ad ultimum eos necavit. Ipſe vero a fratre ſuo Amro filio Tobbai occiſus eſt.

Amrus occiſi fratris locum occupavit, morbiſque affi-

Digitized by Google

duis indefinenter vexatus, non poterat nec ad alvum purgandum ſecedere, niſi feretro impoſitus deferretur: qua de cauſa *Dhoul-awad* dictus eſt.

Dhoul-awado huic ſucceſſit Abd-Kelal Dhoul-awadi filius, moxque Tobbaus, filius Haſſani, filii Colaicarbi, qui eſt Tobbaus minor. Hic ſucceſſorem habuit ſororis ſuæ [a] filium Harethum Amri filium, qui Judaiſmum amplexus eſt. Poſt eum rex factus eſt Morthidus Kelali filius.

Poſt hunc in multas partes diviſum eſt regnum Himyaritarum: qui vero huic in regno ſucceſſiſſe fama crebriore dicitur, Wakia fuit Morthidi filius: in cujus locum mox regnavit Abraha Sabbahi filius, poſtea vero Sahbanus filius Mohrithi [b].

Poſt Sahbanum regnum excepit Amrus filius Tobbai, cui ſucceſſit Dhou-ſchanatirus, et poſt hunc Dhou-nowaſus. Hic omnes qui Judaicæ religioni nomen dare recuſabant, in foſſam projici jubebat igne ardentem, unde dictus eſt *foſſæ dominus*. P. 428.

Dhou-nowaſum in regno excepit Dhou-djadanus, qui ultimus ex Himyaritis regnum tenuit. Bis mille et viginti annos apud Himyaritas regnum remanſiſſe fama eſt: [quot [c] vero annos quiſque eorum regnaverit non

[a] Autographus اختة legit, punctis diacriticis ab ipſo Abulfeda, ut videtur, appoſitis, et ita Schultenſius edidit. In codice 615 legitur اخيه.

[b] Abulfeda videtur ſcripſiſſe primo محجرث, mox vero uno puncto inducto محجرث legi voluiſſe, et ita habet Codex 615.

[c] Quæ uncinis incluſa ſunt, in margine codicis autographi aſcripta legun-

diximus, quia res est incerta admodum et dubiæ fidei[a]. Ob quam causam Chronici gentium scriptor dicere haud dubitavit: " Inter omnia Chronica nullum est quod plu- " ribus defectibus laboret quam rerum Himyarensium " annales, quum in tanta annorum serie tam pauci reges " numerentur. Viginti quippe et sex reges dicuntur " regnasse intra bis mille et viginti annorum spatium."

Post Himyaritas regnum Yemanæ obtinuerunt ex Abyssinis quatuor, ex Persis vero personæ octo: deinde ad Islamismum accessit hæc provincia.]

Ex libro Ebn Saidi Africani discimus, post Dhou-djadanum Himyaritam, de quo mox dictum est, Yemana potitos esse Abyssinos: quorum primus in Yemana regnavit Arbatus[b], cui successit Abraha Aschram, dictus *Dominus elephanti*, qui Meccam hostiliter profectus est. Post hunc regnavit Yacsoumus, et mox Masroukus Abrahæ filius, qui ultimus ex Abyssinis regnum Yemanæ obtinuit.

tur: primum quidem ita scripserat Abulfeda: ثم استولي بعد المذكور علي اليمن الحبشة وكان منهم ابرهه صاحب الفيل. Postea vero, hic liturâ inductâ, eorum loco ea supplevit quæ in Textum recepi. Notandum tamen verborum ad marginem libri ascriptorum aliquam partem, ejus qui librum compegit cultro resectam fuisse; quam tum ex codice 615, tum ex Schultensii editione restitui.

[a] In codice 615 pro لعدم صحته male legitur لصحته. In codice autographo vox لعدم resecta est. In cod. Vat. legitur لعدم حجته.

[b] Ita habet codex 615: in codice autographo ارباط, et mox ابرهه punctis diacriticis omissis legitur: unde dubitari potest ارباط an ارناط an vero ارياط efferri voluerit Abulfeda.

Digitized by Google

Poſt hunc Yemanam recuperarunt Himyaritæ, regnavitque Seifus Dhou-yazani filius Himyarita, quem regem conſtituit Coſroes Anouſchirwanus. Cum Seifo ſupradicto miſit Coſroes unum ex ducibus Perſarum, Wahrazam nomine, dato ei ex Perſis exercitu. Hi quum in Yemanam iter feciſſent, expulſis ex ea Abyſſinis, regem hujus regionis conſtituerunt Seifum Dhou-yazani filium. Qui cum regno majorum ſuorum potitus eſſet, pulſis inde Abyſſinis, Gamdanam conviviis ac compotatione frequentabat. Erat autem Gamdana caſtrum, quod majores Seifi tenuerant. Laudes ejus carminibus ſuis celebrarunt Arabes. Ex horum carminum numero illud eſt quod dixit Ommia Aboulſalti filius. Peregrinatione Seifi filii Dhou-yazani deſcripta, itineriſque quod primum ad Cæſarem, deinde ad Coſroem inſtituit, ut in regnum avorum ſuorum reſtitueretur, mentione facta, commemoratoque Seifi in Yemanam adventu cum Perſarum exercitu cui Wahrazus præerat, ita proſequitur poeta. P. 429.

Ad homines cave accedas, niſi quo modo acceſſit Dhou-yazani filius, quando mare ingreſſus eſt, hoſtibus ſuis perniciem ut ſtrueret.

Heraclium quidem adiit, cum jam dilapſi eſſent ab eo omnes ſocii ſui: ſed ab eo auxilium non tulit quod flagitabat.

Annis decem elapſis ad Coſroem ſe contulit, nihil animam ſuam, vel divitias curans;

Sicque tandem filios ingenuorum adduxit, quibus ipſe præerat, qui montes videbantur eſſe terræ dorſo inſidentes.

Digitized by Google

P. 430.

Fortes, mehercle, ſtrenuique juvenes ſunt illi, quorum ſimiles fruſtra inter homines quæſieris.

Satrapum præſtantiſſimi, equitum fortiſſimi, leones qui dum catuli adhuc eſſent, in ſylvis et ſaltibus ſunt educati.

Itaque caput diademate cinctus, cubito innixus, in celſa Gamdanæ arce, quam ſedem tibi elegiſti, favente fortuna, genio indulgeas.

Hæc ſunt fortium gaudia: non vero duo lactis pocula, quæ aqua commixta, mox urina facta diffluunt.

Seifus ille Dhou-yazani filius ex Abyſſinis quoſdam ſelegerat, et ſibi proxime admoverat, qui eum de improviſo adorti necaverunt. Miſit itaque Coſroes præfectum, qui ſuo nomine Yemanæ imperaret; et apud Coſrois præfectos manſit hujus regni adminiſtratio: horum ultimus fuit Badhanus, qui coævus fuit Prophetæ, et Iſlamiſmo nomen dedit: deinde in Iſlamicæ religionis ditionem tranſiit Yemana.

Abſoluta eſt regum Yemanenſium hiſtoria.

De Arabum regibus qui extra Yemanam regnarunt.

Primus Arabibus in regione Hiræ regio nomine imperavit Malecus filius Fahmi: hic continuata avorum ſerie per Ganemum, Douſum, Odthanum, Abdallahum,

P. 431.

Wahzanum, Caabum, Harethum, Caabum, Malecum, et Naſrum ab Azdo Naſri patre originem ducebat. Azdus vero ex filiis Cahlani fuit, qui Sabam patrem habuit, Yaſchhabi filium, Yarebi nepotem, pronepotem vero

Digitized by Google

Kahtani. Regum provinciarum ævo ante Coſroum tempora regnavit Malecus, cui ſucceſſit frater ejus Amrus, Fahmi quoque filius.

Poſt Amrum regnavit ex fratre nepos Djodhaima, filius Maleci, filii Fahmi: a lepra qua vexabatur cognomen habuit, dictuſque eſt Djodhaima *Abraſch*, i. e. leproſus. Magnam potentiam adeptus eſt ille Djodhaima. Sororem habuit, Rikaſcham nomine, quæ in amorem incidit viri cujuſdam ex Iyado * oriundi, quem beneficiis cumulaverat Djodhaima: viciſſimque a viro illo, cui nomen fuit Adius, filius Naſri, filii Rebiæ, redamabatur. Huic Adio commiſſa erat cœnaculi cura, in quo vino indulgere ſolebat Djodhaima: itaque Rikaſcha cum eo rem ita conſtituit †, ut eam ſibi a Djodhaima in uxorem expeteret, cum vino victus et mentis impos eſſet. Adius, ex conſtituto re peracta, veniaque a Djodhaima impetrata, cum Rikaſcha rem habuit. Poſtero die Djodhaima, cognito quod actum fuerat, indignatus eſt: fugit itaque Adius, quem tamen a Djodhaima captum occiſumque fuiſſe quidam referunt. Quum vero Rikaſcha ex Adii concubitu gravida facta eſſet, eam ita allocutus eſt Djodhaima.

Dic mihi, Rikaſcha, nec mentiaris; cum ingenuo, an cum ignobili ſcortata es?

An vero cum ſervo? et certe ſervo digna tu es: an magis cum viliore? et utique digna es viliore.

Imo, inquit Rikaſcha, cum Arabum nobiliſſimo. Rikaſcha itaque filium maſculum peperit, eumque educavit,

* Iyad ex filiis eſt Maadi Nezari filii.

† Vid. Monum. Vet. Arab. p. 34.

Digitized by Google

P. 432. et torque induit, Amrumque eum nominavit. Hunc in filium adoptavit Djodhaima. Deinde vero e conſpectu ſublatus eſt puer, quem volunt Arabes a geniis ſurreptum fuiſſe. Illum repertum duo viri, Malecus et Okailus nomine, ad regem adduxerunt, qui vehementer reperto illo gaviſus eſt, Malecoque et Okailo, a quibus adductus ad eum fuerat, veniam dedit, ut a ſe quicquid vellent, expeterent. " Volumus, inquiunt iſti, ut tecum " potare nobis liceat, quamdiu et nos et tu ſuperſtites " erimus." Hi ſunt de quibus proverbium illud dicitur: " Sicut duo compotatores Djodhaimæ."

Djodhaimæ ævo, Meſopotamiæ, ſuperioribus ad Eufratem regionibus, et orientalibus Syriæ finibus imperabat vir quidam ex Amalecitis, cui nomen erat Amrus, filius Dharbi, filii Haſſani Amalecitæ. Hunc inter et Djodhaimam bella interceſſerunt, Amrumque devictum interfecit Djodhaima. Huic Amro filia fuit, Zobaa dicta, ſed vero nomine, Naila. Hæc patri in regno ſucceſſit, duaſque ædificavit civitates ad ripam Eufratis ſibi invicem oppoſitas. Dolo aggreſſa eſt Djodhaimam, et conjugii ſpe allectum ita deluſit, ut ad eam accederet: quo occiſo, patris ſui necem ulta eſt.

Digitized by Google

De initio regni Lakhmitarum qui Hiræ regnaverunt, Mondarorum nempe, filiorum Adii, filii Naſri, filii Rebiæ, ex poſteris Lakhmi, filii Adi, filii Amri, filii Sabæ.

P. 433.

Occiſo Djodhaima, ſucceſſit nepos ex ſorore Amrus filius Adi et Naſri nepos, pronepos autem Rebiæ. Djodhaimæ ſervus quidam fuerat, Koſairus nomine: huic ex compacto naſum abſcidit Amrus, eumque flagellis cædit. Ita mulctatus Koſairus Zobbaam adit, iratum ſe Amro ſimulans; nec dubitavit Zobbaa fidem dictis habere, et nihil ab eo verita eſt, quum eum ita male habitum videret. Cœpit itaque Koſairus Zobbaæ nomine mercaturam exercere*: cumque pecunias a domino ſuo acciperet, eas ad Zobbaam deferebat, fingebatque ſe eas lucratum eſſe mercaturæ beneficio. Id quum aliquoties feciſſet, catervam adduxit mille circiter camelorum, ciſtis onuſtorum, quæ intus peſſulis obſeratæ erant, hominibuſque armatis refertæ. His camelis viſis, Zobbaa rem ſuſpectam habuit, dixitque:

Quid † eſt quod cameli iſti tam lente incedunt?
Lapideſne ferunt, an magis ferrum?
Num forte plumbum frigidum, graveque?
Vel potius homines vehunt decumbentes, atque inſidentes?

Ubi cameli caſtellum Zobbaæ ingreſſi ſunt, prodierunt ex ciſtis homines, urbeque vi expugnata, Zobbaam interfecerunt. Sic ultus eſt Koſairus heri ſui Djodhaimæ necem.

Amrus filius Adi, de quo verba fecimus, quum diu

P. 434.

* Vox يتّجر primaque litera vocis للزبا quæ in margine ſcriptæ erant, compactoris cultro reſectæ ſunt: e codice 615 locum reſtitui.

† Vid. Mon. Vetuſt. Arab. p. 36.

Digitized by Google

regno potitus eſſet, ſupremum diem obiit, ſucceſſoremque habuit filium ſuum Amrial-kaiſum, filium Amri, filii Adii, filii Naſri, filii Rebiæ Lakhmitam, qui *Beda* i. e. primus, dictus eſt.

Poſt Amrial-kaiſum regnavit filius ejus Amrus, qui coævus fuit Saporis Dhoul-actafi. Huic in regno ſucceſſit Auſus Kalami filius Amalecita, et poſt hunc alius quidam ex Amalecitis. Deinde ad poſteros Amri, filii Adii, filii Naſri, filii Rebiæ Lakhmitas reverſum eſt regnum; ex eiſque imperio potitus eſt Amrial-kaiſus ex filiis Amri [filii Amrial-kaiſi *] de quo ſuperius dictum eſt. Amrial-kaiſus ille hujus nominis ſecundus, *Moharrek* i. e. *combuſtor*, cognomen habuit, quia primus igne in reos uſus eſt.

* Hæ voces ad marginem rejectæ erant, et vix aliquod earum apparet veſtigium.

Huic ſucceſſit filius ejus Nomanus *Awar*, i. e. luſcus, dictus, Amrial-kaiſi filius. Ab iſto Nomano exſtructa ſunt *Khawarnakum* et *Sedirum*: cumque regnum triginta annis adminiſtraſſet, mundo valedixit, rebuſque divinis ſeſe totum mancipavit. Diebus Bahramdjouri filii Yezdedjerdi regno ſe abdicavit. De eo mentionem facit Adi Zeidi filius in carmine decantato illo quod *Raiyya* dicitur, his verbis:

> Aliquando meditatus eſt dominus Khawarnaki, cum ſummum celſitudinis faſtigium obtineret, cogitavitque ea, quæ in rectam viam eum ducerent[a].

[a] Mihi videtur legendum وتدبر et mox تفكير وللهدي hâc ſententiâ ut و ſit hic loci واو رب de quo vide Pocock. ad carmen Tograii p. 46.

Digitized by Google

Opibus ſuis, poſſeſſionum ſuarum amplitudine, marique quod ſuo ſubjacebat imperio, Sediro quoque quum gauderet;

Subito cordi ejus metus incuſſus eſt, et dixit: "Quæ eſt "exultatio viventi, quem mors manet?"

Poſtquam Nomanus Luſcus mundanis rebus valedixit, regnavit in ejus locum filius ejus Mondarus. Hoc mortuo, regnante Firouzo Yezdedjerdi filio, regnum adeptus eſt filius ejus Aſwadus. Hic, devictis Gaſſanitis, (Arabibus qui Syriam incolebant,) multos ex regibus eorum captivos fecit, quos, venia data, dimittendi conſilium ceperat. Erat autem Aſwado patruelis quidam Abou-adhinæ nomine, cujus frater a Gaſſanitis in quodam conflictu occiſus fuerat. Hac occaſione Abou-adhinà celeberrimum carmen ſuum dixit, quo Aſwadum ad eos interficiendos excitaret: ex quo carmine ſunt hi verſus: P. 435.

Non * quocunque die aſſequitur homo id quod in votis habet, nec quæ dat fatum benigna manu, et ſine invidia largitur. * Vid. Mon. Vetuſt. Arab. p. 57.

Prudentiſſimus hominum ille, qui ſi quando præbetur ei occaſio, non ſinit funem connexum abrumpi.

Æquiſſimus certe hominum in omni loco is eſt, qui hoſtibus ſuis eundem calicem propinat quem ipſe hauſit.

Nec injurius eſt in eos, qui acie ejuſdem gladii illos ferit, quo prius ipſe eſt percuſſus.

Utique virtus eſt indulgentia, niſi ubi in æquales exercetur: quiſquis aliter dixerit mentitur.

Digitized by Google

Amrum occidiſti, et Zeidum ſervare deſtinas: conſilium capis, quod poſt ſe bellum et calamitatem trahet.

Noli caudam viperæ reſecare, eamque dimittere, ſi ſapis: ſed eadem pœna caput, qua caudam mulcta.

P. 436. Ipſi gladium ſtrinxerunt; ſine ut eſca fiant gladio: ignem ipſi ſuccenderunt; ſine ut ſint igni lignorum loco.

Si eis condonaveris, omnes dicent homines: "Non condona-"vit motus miſericordia: indulgentia ejus timori debetur."

Sunt certe ipſi Gaſſanitarum ſidera: decus eorum eſt ſublime; nec mirum, ſi regnum appetierunt.

Pro ſua redemptione camelos nobis et equos obtulerunt, quorum virtutes extollunt, qui Perſis et Arabibus placeant.

Sane ſanguinem noſtrum mulgebunt, nos vero ex eis lactis liquorem mulgebimus: profecto inter homines multum nobis præcellunt mulctræ præſtantiâ.

Quare acciperes ab eis redemptionem? ipſi certe a nobis nec aurum acceperunt, nec argentum[a].

Hæc deſcripſi ex collectaneis quibuſdam manu judicis Schemſeddini filii Khilcani ſcriptis. In chronico Ebn-alathiri his repugnantia inveni: dicit enim a Gaſſanitis occiſum fuiſſe Aſwadum, victoriamque de eo ipſis obtigiſſe: mox addit: "Res tamen aliter ab aliis refertur."

Regnum Aſwadi illius, Mondari filii, finem habuit

[a] In margine codicis autographi eadem manus quæ deperditas codicis partes reſarcivit, hæc verba hoc loco aſcripſit رحم الله الملك المويد المولف الذي كتب هذه الابيات التي كلها غرر miſereatur Deus Almeliki Almouayyad libri hujus autoris, qui ſcripſit hos verſus, qui totidem ſunt micantia lumina.

Digitized by Google

dum regnaret Firouzus. Poſt eum regnavit ipſius frater Mondarus, Mondari filius, Nomani Luſci nepos. Huic in regno ſucceſſit Alkama Dhamilita: eſt autem Dhamilus Lakhmitarum ramus.

Regnum deinde adeptus eſt Amrial-kaiſus, filius Nomani, Amrial-kaiſi, *Combuſtoris* dicti, nepos. Is eſt qui Sinnamarum occidit, qui ipſi Amrial-kaiſo caſtellum exſtruxerat. De eo dixit Motalammaſus: P. 437.

Remuneravit me Abou-Lakhmus ob rem quæ inter nos interceſſit, eadem mercede qua remuneratus fuit Sinnamarus, nullius utique culpæ reus quum eſſet.

Poſt hunc regnavit Mondarus Amrial-kaiſi filius, cujus Mondari mater *Ma-alſemaa* dicebatur: nomine matris vulgo appellatus eſt Mondarus, dictuſque, *Mondarus filius Ma-alſemaæ.* Huic mulieri nomen illud [quod *aquam cœli* ſignificat] ob pulchritudinem inditum: vero nomine dicebatur Mawia filia Aufi, filii Djoſchami. Mondarum regno Hiræ dejecit Coſroes Cobadus, regemque in ejus locum conſtituit Harethum filium Amri, Hodjri Kenditæ nepotem. Cobadus nempe Mazdaci religionem amplexus erat, eique in hac re conſenſerat Harethus, non item Mondarus: ob quam cauſam e ſolio hunc Mondarum deturbavit. Regnum vero poſtea adeptus Coſroes Anouſchirwanus Cobadi filius Harethum expulit, Mondarumque filium Ma-alſemaæ in regnum Hiræ reſtituit. Hæc jam ſuperius a nobis ſunt relata inter res geſtas Anouſchirwani in ſecunda hujuſce libri Sectione.

Digitized by Google

Poſt Mondarum regnavit Amrus *Modharret-alhidjaret*, qui patrem habuit Mondarum illum, Ma-alſemaæ filium. Amrus matrem habuit Hindam, unde dictus eſt, *Amrus Hindæ filius*. Octo regni ipſius annis elapſis, natus eſt propheta, cui faveat Deus.

Amro huic in regno ſucceſſit ejus frater Kabouſus, Mondari filii Ma-alſemaæ filius. Sunt tamen qui aſſerunt, eum nunquam regnaſſe, regem nihilominus ideo
P. 438. dictum fuiſſe, quod pater ejus, fraterque regia poteſtate condecorati fuerint. Poſt eum regnavit utriuſque frater Mondarus Mondari filius. Hic ſucceſſorem habuit filium ſuum Nomanum filium Mondari, alterius vero Mondari filii Ma-alſemaæ nepotem. Cognomen huic Nomano erat Abou-kabouſus: ipſe Chriſtianæ religioni nomen dedit. Matrem habuit Solmam, filiam Wayeli, filii Atiæ, *Saig* dicti, de gente Fadaki. Viginti et duos annos regnavit, atque interfectus eſt a Coſroe Parwizo; morſque ejus cauſa fuit pugnæ inter Perſas et Arabas, quæ *Dhou-kar* dicitur.

Poſt ſupradictum Nomanum tranſiit Hiræ regnum a Lakhmitis ad Ayaſum, filium Kobaiſæ Tayyitam. Sexto menſe regni Ayaſi miſſus eſt propheta, cui faveat Deus, ſimul et poſteris ejus. Poſt Ayaſum regnavit Zadouya, filius Mahſani Hamdanita: deinde ad Lakhmitas rediit regnum, Zadouyæque ſucceſſit Mondarus filius Nomani, qui avum habebat Mondarum, filium Mondari, Ma-alſemaæ filii: huncce Mondarum, Zadouyæ ſucceſſorem, *Magrouri* cognomine donarunt Arabes; Hiræque reg-

Digitized by Google

num tamdiu tenuit, donec ad hanc urbem accederet Khaledus, Walidi filius, a quo urbs illa capta eſt. Erant autem Mondari, Naſri filii, Rebiæ poſteri, præfecti Coſroum, Arabibuſque Iraki nomine eorum præerant, quemadmodum Gaſſanitarum reges, Cæſarum nomine, Arabibus Syriæ præerant.

De regibus Gaſſanitis: hi autem nomine Romanorum Arabibus Syriæ præerant. P. 439.

Originem trahebant Gaſſanitæ ex Yemana, a filiis Azdi, filii Gauthi, filii Nabeti, filii Maleci, filii Ododi, filii Zeidi, filii Cahlani, filii Sabæ. Ex Yemana diſperſi fuerant propter diluvium *Seil-alarim* dictum, ſedeſque ceperunt in Syria ad aquam, cui *Gaſſan* nomen fuit, indeque nomen ipſi habuere. Ante hos jam in Syria fuerunt Arabes *Dhadjaenæ* dicti, a Saliho oriundi. (*Salih* autem ſcribi debet per ص abſque puncto, et vocali Fatha motum, quam literam ſequitur ل cum Keſra, mox ﻟ duobus punctis ſubtus inſignitum, et ad finem ح ſine puncto.) Gaſſanitæ Salihitas de ſedibus ſuis migrare coegerunt, regibuſque eorum occiſis, locum illorum occupaverunt.

Primus ex Gaſſanitis regnavit Djofna, filius Amri, filii Thalebæ, filii Amri, filii Mozaikiæ*. Regni Gaſſanitarum initia pluſquam 400 annis Iſlamiſmum anteceſſerunt: quin ſunt qui multo plures annos numerant. Quum regnum occupaſſet Djofna ille, regeſque Salihita-

* Vox hæc legitur in tribus noſtris codicibus, nihilominus opinor eam ſuperfluam eſſe, voluiſſeque Abulfedam ſcribere: *Thalebæ filii Amri Mozaikiæ.*

Digitized by Google

rum occidiſſet, ſeſe potentiæ ejus ſubjecerunt tum Kodhaitæ, tum Græci qui Syriam incolebant; multaque ædificia in Syria conſtruxit. Illo mortuo, regnavit filius ejus Amrus Djofnæ filius, plurimaque monaſteria in Syria ædificavit, ex quorum numero ſunt cœnobia Hali, Eyoubi, et Hindi.

P. 440. Thaleba hujus Amri filius patri ſucceſſit, et in regione Haurani, qua parte Balkaam contingit, arcem Gadiri exſtruxit. Succeſſorem ipſe habuit filium ſuum Harethum, et poſt Harethum regnavit Djabala, Harethi filius, qui Kanatirum, Adrahum, et Caſtalum ædificavit.

[Djabalæ[a] ſucceſſit Harethus ejus filius, qui in Balkaa ſedem habuit, ibique Hafirum et arcem ejus ædificavit: poſt eum regnavit Mondarus major filius Harethi, filii Djabalæ, filii Harethi, filii Thalabæ, filii Amri, filii Djofnæ prioris. Mortuo autem Mondaro majore, regnavit pro eo Nomanus frater ejus, Harethi filius] mox frater utriuſque Djabala, Harethi filius, tum Ayhamus ipſe quoque Harethi filius, et regum præcedentium frater, qui cœnobia Dhakhmi et Banouæ ædificavit. Ayhamo ſucceſſit Amrus, Harethi filius, ſupradictorum frater.

Mox regnavit Djofna minor, Mondari majoris filius: ipſe Hiram igne ſuccendit, ob quam cauſam filii ejus

[a] Hæc quæ uncinis incluſa ſunt, leguntur quidem in autographo, ſed non ſunt manu Abulfedæ ſcripta. Infimæ nempe hujus paginæ parti glutinis ope ſuperinductum eſt chartæ fragmentum, in quo is qui codicem reſarcivit, ea reſcripſit quæ in autographo inter lituras ægre legebantur.

Digitized by Google

dicti ſunt *familia Combuſtoris*. Huic ſucceſſit frater ejus Nomanus minor, Mondari majoris filius: regnumque poſt ipſum obtinuit Nomanus, filius Amri, filii Mondari, qui caſtrum Sowaida exſtruxit: hujus Nomani pater Amrus rex non fuerat. De illo Amro dixit Nabega Dobyanenſis:

Amro utique gratias debeo pro collatis in me beneficiis, poſt beneficia quæ a patre ejus accepi, quæque non ſunt ad ſcorpionum inſtar.

Nomanus ille ſucceſſorem habuit filium ſuum Djabalam hunc qui bellum geſſit cum Mondaro Ma-alſemaæ filio. Djabala ille Saſſini domicilium habuit. P. 441.

Poſt Djabalam regnum tenuit Nomanus filius Ayhami, filii Harethi, filii Thalebæ, moxque hujus frater Harethus Ayhami filius. Huic ſucceſſit filius ejus Nomanus: ipſe reſtauravit ciſternas Raſafæ, quas deſtruxerat quidam rex Hiræ ex Lakhmitis. Nomano ſucceſſerunt filii ejus, Mondarus primum, tum Mondari frater Amrus, denique Hodjrus, ipſe quoque Mondari et Amri frater.

Poſt Hodjrum regnavit Harethus Hodjri filius, tum Djabala filius Harethi, deinde Harethus Djabalæ filius, et mox Nomanus filius Harethi, cui cognomen fuit Abou-carbus, et agnomen Kotamus.

Nomano ſucceſſit Ayhamus Djabalæ filius, Harethi nepos, qui Palmyram obtinuit. Huic præfectus fuit Alkainus nomine filius Khaſri, qui exſtruxit ei in deſerto caſtellum magnum, et ædificia. Caſtellum illud hunc

Digitized by Google

locum esse conjicio, qui castellum Barka dicitur. Huic successit frater ejus Mondarus Djabalæ filius, mox amborum frater Sarahilus Djabalæ filius, tum Amrus ipse quoque Djabalæ filius, et regum supradictorum frater.

Amro successit fratris filius Djabala, filius Harethi, filii Djabalæ; et huic Djabala alius, filius Ayhami, filii Djabalæ, qui regum Gassanitarum ultimus fuit. Hic est qui Islamismum, regnante Omaro, amplexus est, postea vero ad Græcos rursus defecit, Christoque nomen dedit. Hanc rem narrabimus, quando de rebus gestis Omari agemus, si Deo visum fuerit.

P. 442. Quamdiu steterit Gassanitarum regnum inter scriptores haud convenit, aliis quadringentos, aliis sexcentos, annos huic Dynastiæ tribuentibus. Sunt etiam qui sententiam inter utramque mediam tuentur.

De Djorhamitarum regibus.

Djorhamitæ duplicis sunt generis: Djorhamitæ priores, qui tempore Aditarum fuerunt, et interierunt, quorumque res gestæ ignorantur: hi inter Arabas, quorum progenies non exstat, numerantur. Djorhamitæ posteriores autorem sui generis habent Djorhamum Kahtani filium. Djorhamus ille frater fuit Yarebi Kahtani filii. Yemanam Yarebus obtinuit, ejus vero frater Djorhamus Hidjazum.

Djorhamo successit filius ejus Abd-yalilus, qui regnum reliquit Djorschamo filio suo. Post hunc regnave-

Digitized by Google

runt Abdal-modanus Djorſchami filius, Naghila[a] filius Abdal-modani, Naghilæ filius Abdal-meſihus, Modhadhus filius Abdal-meſihi, Amrus filius Modhadhi, tum Amri frater Harethus, ipſe quoque Modhadhi filius: hunc excepit Amrus filius Harethi, tum frater hujus Baſcharus Harethi filius, cui ſucceſſit Modhadhus Amri filius, Modhadhi nepos. Hi Djorhamitæ illi ſunt, quibuſcum ſocietatem iniit Iſmael, et apud quos uxorem accepit. De his rurſus loquendi erit locus, quando de filiis Iſmaelis verba faciemus.

De regibus[b] *Kenditarum, ex libro qui* Kamil *dicitur.* P. 443.

Dicit [Ebn-alathir libri *Kamil* autor]: Primus regum Kenditarum Hodjrus fuit, *Akel-almarar* dictus, filius Amri, e poſteris Kendæ. Kenda vero nomine Thaurus dicebatur, patremque habuit Ofairum Harethi filium, e poſteris Zeidi, filii Cahlani, filii Sabæ. Kenditæ autem regi non parebant priuſquam in eos regnum acciperet Hodjrus, potentiorque debiliorem devorabat: Hodjrus, rex factus, res eorum bene conſtituit, imperium optime

[a] Nomen hoc in autographo utraque vice punctis caret diacriticis, addita inter lineas voce تعلبة, ut cognoſcatur veram eſſe ipſius ſcriptionem, nec eam emendare aliquis præſumat, et ثعلبة ſubſtituat. In codice 615 legitur نغبلة. Vid. Specim. Hiſt. Arab. p. 79.

[b] Quæ ſequuntur in autographo leguntur, ſed manu illius qui codicem reparavit ſcripta in fragmento chartæ, quod glutine applicatum eſt parti infimæ hujus paginæ.

Digitized by Google

adminiſtravit, a Lakhmitiſque eripuit quodcunque vi invaſerant de terris, quæ ad Becrum filium Wayeli pertinebant. Sicque agere perſtitit Hodjrus, *Akel-almarar* dictus, uſque dum obiit. Hoc autem cognomen inde habuit, quia uxor ejus, ob odium quo eum proſequebatur, de eo loquens dixerat: " * Similis videtur camelo, " qui fruticem, *Marar* dictum, depaſtus eſt." Inde adhæſit ei hoc cognomen.

* Vid. Specim. Hiſt. Arab. p. 80.

Hodjro ſucceſſit Amrus Hodjri filius, qui *Makſourus* dicitur, quia regno quod a patre acceperat contentus fuit, nihil ultra appetens. Poſt hunc regnavit Harethus filius Amri†, cujus poteſtas novis aucta eſt viribus. Harethus enim Coſroem Cobadum Firouzi filium imitatus, Zendicorum dogmata, Mazdacique religionem ſecutus eſt. Cobadus igitur, pulſo ab Hiræ regno Mondaro filio Ma-alſemaæ Lakhmita, Harethum in ejus locum regem conſtituit. Harethus itaque ad ſummum faſtigium evectus eſt. De qua re jam diximus in ſecunda Sectione, cum de Anouſchirwano Cobadi filio ageremus. Anouſchirwanus poſtea rex factus Mondarum reſtituit, Harethum vero expulit: fugientem inſecuti Taglebitæ una cum aliis Arabum familiis, opes ejus univerſas ceperunt, ſimulque quadraginta perſonas de poſteris Hodjri *Akel-almarari*, e quorum numero fuerunt filii duo maſculi Harethi ipſius. Hos captivos ad unum omnes interfecit Mondarus, in regione quam incolebant Merinitæ. Cujus rei mentionem facit his verſibus Amrial-kaiſus filius Hodjri, Harethi vero ſupradicti nepos.

† Hucuſque codex autographus: paginæ ſequentes deſunt. Quæ ſequuntur e codice 615 exſcripſi.

P. 444.

Digitized by Google

Itaque reverſi ſunt cum ſpoliis, captivis, regumque liberis vinculis onuſtis:

Reges e ſanguine Hodjri filii Amri prognati ducebantur captivi, et ad veſperam occidebantur.

Si die belli mortem oppetiſſent [utique ferri poſſet]: ſed occiſi ſunt in regione filiorum Merini.

Nec lota ſunt crania eorum aqua ſuaveolenti[a], ſed ſanguine illita fædataque.

Et ipſis incumbunt aſſidue feræ volucres, ſupercilia oculoſque eruentes.

Harethus igitur cum in regionem Calbitarum fuga ſe contuliſſet, ibi manſit, uſque ad mortem: quomodo vero vitam finierit, variæ ſunt de eo opiniones. Filium ſuum Hodjrum Harethus regem dederat filiis Aſadi, filii Khozaimæ, filii Modrecæ; aliis etiam Arabum familiis cæteros filios ſuos reges impoſuerat. Scharahilo Harethi filio Becri filii Wayeli poſteros regendos dederat. Maadi-carbum Kais-gailani* poſteris præfecerat, qui *Galik* dictus eſt, eo quod caput ſuum unguentis[b] inficeret. Taglebitis denique et Namritis[c] Salmam regem impoſuerat. Hodjrus filius Harethi ſupradictus pater fuit

P. 445.

* Lege *Kais-ailani*. Vide Text. Arab. p. 484. l. 7. et *Specim. Hiſt. Arab.* p. 48. l. 6.

[a] الغسلة بالكسر الطيب وما تجعله المراة في شعرها عند الامتشاط Kamous. وما يُغسَل به الراس من خطمي ونحوه كالغِسل بالكسر

[b] De ſenſu vocis تغليث nonnihil dubito. Deſumpta videtur a غلقة arbuſculo quodam amaro, quo utuntur coriarii ad pelles concinnandas, et Abyſſini ad tela toxico imbuenda.

[c] In codice 615 legitur تمر ſed cum Pocockio lego نمر–*Specim. Hiſt. Arab.* p. 81.

Digitized by Google

administravit, a Lakhmitisque eripuit quodcunque vi invaserant de terris, quæ ad Becrum filium Wayeli pertinebant. Sicque agere perstitit Hodjrus, *Akel-almarar* dictus, usque dum obiit. Hoc autem cognomen inde habuit, quia uxor ejus, ob odium quo eum prosequebatur, de eo loquens dixerat: " * Similis videtur camelo, " qui fruticem, *Marar* dictum, depastus est." Inde adhæsit ei hoc cognomen.

* Vid. Specim. Hist. Arab. p. 80.

Hodjro successit Amrus Hodjri filius, qui *Maksourus* dicitur, quia regno quod a patre acceperat contentus fuit, nihil ultra appetens. Post hunc regnavit Harethus filius Amri †, cujus potestas novis aucta est viribus. Harethus enim Cosroem Cobadum Firouzi filium imitatus, Zendicorum dogmata, Mazdacique religionem secutus est. Cobadus igitur, pulso ab Hiræ regno Mondaro filio Ma-alsemaæ Lakhmita, Harethum in ejus locum regem constituit. Harethus itaque ad summum fastigium evectus est. De qua re jam diximus in secunda Sectione, cum de Anouschirwano Cobadi filio ageremus. Anouschirwanus postea rex factus Mondarum restituit, Harethum vero expulit: fugientem insecuti Taglebitæ una cum aliis Arabum familiis, opes ejus universas ceperunt, simulque quadraginta personas de posteris Hodjri *Akel-almarari*, e quorum numero fuerunt filii duo masculi Harethi ipsius. Hos captivos ad unum omnes interfecit Mondarus, in regione quam incolebant Merinitæ. Cujus rei mentionem facit his versibus Amrial-kaisus filius Hodjri, Harethi vero supradicti nepos.

† Hucusque codex autographus: paginæ sequentes desunt. Quæ sequuntur e codice 615 exscripsi.

P. 444.

Digitized by Google

Itaque reverſi ſunt cum ſpoliis, captivis, regumque liberis vinculis onuſtis:

Reges e ſanguine Hodjri filii Amri prognati ducebantur captivi, et ad veſperam occidebantur.

Si die belli mortem oppetiſſent [utique ferri poſſet]: ſed occiſi ſunt in regione filiorum Merini.

Nec lota ſunt crania eorum aqua ſuaveolenti[a], ſed ſanguine illita fædataque.

Et ipſis incumbunt aſſidue feræ volucres, ſupercilia oculoſque eruentes.

Harethus igitur cum in regionem Calbitarum fuga ſe contuliſſet, ibi manſit, uſque ad mortem: quomodo vero vitam finierit, variæ ſunt de eo opiniones. Filium ſuum Hodjrum Harethus regem dederat filiis Aſadi, filii Khozaimæ, filii Modrecæ; aliis etiam Arabum familiis cæteros filios ſuos reges impoſuerat. Scharahilo Harethi filio Becri filii Wayeli poſteros regendos dederat. Maadi-carbum Kais-gailani* poſteris præfecerat, qui *Galik* dictus eſt, eo quod caput ſuum unguentis[b] inficeret. Taglebitis denique et Namritis[c] Salmam regem impoſuerat. Hodjrus filius Harethi ſupradictus pater fuit

P. 445.

* Lege *Kais-ailani*. Vide Text. Arab. p. 484. l. 7. et *Specim. Hiſt. Arab.* p. 48. l. 6.

[a] الغسلة بالكسر الطيب وما تجعله المراة في شعرها عند الامتشاط وما يُغسل به الراس من خطمي ونحوه كالغِسل بالكسر Kamous.

[b] De ſenſu vocis تغلبيت nonnihil dubito. Deſumpta videtur a غلقة arbuſculo quodam amaro, quo utuntur coriarii ad pelles concinnandas, et Abyſſini ad tela toxico imbuenda.

[c] In codice 615 legitur تمر ſed cum Pocockio lego نمر–*Specim. Hiſt. Arab.* p. 81.

Digitized by Google

Amrial-kaiſi poetæ; aliquandiu Aſaditis præfuit; poſtea vero inviſus ipſis factus eſt, imperiumque ſuum illos detractantes armis aggreſſus eſt, et devicit, magniſque malis affecit. Itaque autoritati ejus ſeſe ſubmiſerunt: ſed mox de improviſo eum adorti interfecerunt. Exſtant hac de re verſus Amrial-kaiſi filii Hodjri, e quibus ille eſt:

Filii Aſadi herum ſuum occiderunt. Nonne omnis res præter illud parva eſt *?

* Senſus hujus hemiſtichii incertus mihi videtur.

Amrial-kaiſus cum audiret patris ſui necem, in loco degebat Yemanæ, cui nomen erat *Dammoun*: inde eſt quod ait:

Noctes tranſigebas apud Dammounum: O Dammoune, nos ſumus cætus Yemanenſium[a].

Amrial-kaiſus igitur, auxilio impetrato a Becritis et Taglebitis adverſus Aſaditas, hos fugientes inſecutus eſt. Tunc vero ab eo defecerunt Becritæ et Taglebitæ cum eo rixati, Mondaroque filio Ma-alſemaæ ipſum acrius perſequente, ab Amrial-kaiſo diſceſſerunt omnes quas ſecum habebat copiæ Mondarum veritæ. Ipſe quoque Amrial-kaiſus Mondari metu ad Arabum tribus ſe con-

[a] Codex 615 habet يمانون, ſed legendum يمانون pro certo habeo. Forte pro تطاوي legendum نطاوي *tranſigebamus*. Senſum hujus verſus me aſſecutum eſſe affirmare non audeo. Djewharius in *Sibabo* partem hujus verſus adducit: hæc habet:

دمون مشدد موضع وقال
دمون انا معشر يمانون ،
واننا لاهلنا محبون ،

Digitized by Google

tulit, atque ab aliis ad alios tranſiit. Devenit tandem ad Samuelem Adiæ filium, Judæum, qui eum honorifice excepit, domiciliumque ei præbuit. Quum apud Samuelem manſiſſet quamdiu Deo ita viſum eſt, Cæſarem Græcorum regem adiit, auxilium ab eo petiturus, loricis quas habebat apud Samuelem Adiæ filium relictis, iterque per Hamatam, et Schaizarum habuit. De quo itinere poema illud cecinit decantatum quod ita incipit: P. 446.

Deſiderium quod prius erat levius &c.

Hujus carminis ſunt hi verſus:

Valediximus amori vitæque jucunditatibus *, veſperaque præterivimus Hamatam et Schaizarum.

Flevit amicus meus cum videret viam quæ ipſi erat obeunda: utique nos ambo Cæſarem adituri ſumus.

Eique dixi: ne fleat oculus tuus: quippe aut rex revertar †, aut moriar, ſicque excuſatus ero.

Ulcere vexabatur jam a longo tempore Amrial-kaiſus, qua occaſione verſus quoſdam dixit, e quibus ille eſt:

Ulcere ſanguinolento poſtquam ſanitate gauderem, ſum affectus: forte fata noſtra vertentur in malum.

Mortuus eſt autem Amrial-kaiſus quum a Cæſare rediret, in regione Græcorum apud montem cui nomen Aſiba‡; et ut vidit ſe ibi moriturum, dixit: P. 447.

Illud nos conſociat, quod ſimilia infortunia invicem paſſi ſumus, quodque ibi manebo quamdiu manebit Aſiba.

Ferunt quidam Amrial-kaiſum a rege Græcorum veſte venenata miſſa ſublatum fuiſſe: verum id mihi videtur inter fabulas habendum. Mortuo Amrial-kaiſo, Samue-

* لبابة hic mihi videtur idem eſſe quod لبب apud Caſtellum in Lexico Heptaglotto.

† Videſis poemation Ebn Doreidi, edente Aggæo Haitſma, p. 191.

‡ Aſiba nomen eſt filiæ cujuſdam regis ad pedem hujus montis ſepultæ. Ib. p. 22.

Digitized by Google

lem adiit Harethus filius Abou-ſamari Gaſſanita, atque ab eo petiit loricas Amrial-kaiſi, omniaque quæ apud eum reliquerat. Erant autem loricæ centum numero. Harethus captivum fecerat Samuelis filium, Samueleque renuente res Amrial-kaiſi petenti Haretho tradere: " Aut quæ peto mihi trades, inquit Harethus, aut filium " tuum interficiam." Samuele nihilominus loricas ſe traditurum negante, occiſus eſt coram eo filius ejus: hac occaſione Samuel carmen dixit, cujus ſunt hi verſus:

Fideliter ſervavi loricas Kenditæ: utique ego timui vituperia, quæ in me contuliſſent homines.

Quodam die hoc præceptum dedit mihi Adia: " O Samuel, " noli deſtruere illud quod ego ædificavi."

Hujus eventus mentionem facit Aſcha, his verbis:

Eſto ſicut Samuel, quando eum invaſit rex potentiſſimus exercitu ſtipatus denſo, ſicut nigredo noctis:

Paululum hæſit dubius: mox dixit: " Occide captivum " tuum, ego clientem meum tuebor*."

Finis hiſtoriæ regum Kenditarum.

* Plures verſus Aſchæ qui huc pertinent, vide apud jam laudatum Aggæum Haitſma, p. 192. P. 448.

De diverſis Arabum regibus.

Amrus filius Lohayyi, filii Harethæ, filii Amri Mozaikiæ, filii Ameri, filii Harethæ, filii Amrial-kaiſi, filii Thalebæ, filii Mazeni, filii Azdi e poſteris Cahlani, filii Sabæ. Amrus hic Lohayyi filius rex fuit Hidjazi, magnumque nomen habuit ignorantiæ ſæculis. Ad eum genus ſuum referunt Khozaitæ, dicuntque ſe originem

Digitized by Google

ducere a Caabo, hujuſce Amri filio. Schareſtanio referente, Amrus Lohayyi filius primus idola ſuper Caabam poſuit, eiſque cultum præſtitit: ipſi obſecuti Arabes ea quoque coluerunt; et idolorum cultui addicti remanſerunt, donec ſupervenit Iſlamica religio.

Hujus rei cauſa hæc fuit, quod Amrus iſte, itinere ſuſcepto in Balkaam, Syriæ tractum, homines vidit qui ſimulacris cultum præſtabant; cumque ab eis quæſiviſſet quidnam rei hoc eſſet, reſponſum tulit hujuſmodi: " Hæc ſimulacra ſunt Dii, quos ad ſimilitudinem corpo- " rum cœleſtium et formarum humanarum fecimus: ab " eis auxilium expetimus, et impetramus; pluviam roga- " mus, et eam obtinemus." Id miratus Amrus ſimulacrum ab eis petiit, dederuntque ei Hobalum; quod cum Meccam ſecum detuliſſet, ſuper Caabam impoſuit: alia quoque duo ſimulacra ſecum advexit, quæ dicebantur *Aſan** et *Naila;* homineſque hortatus eſt ut colerent idola, et ad ea religionis cauſa accederent, dictiſque ejus paruerunt. Refert Schareſtanius id factum fuiſſe tempore Saporis, i. e. quadringentis ante Iſlamiſmum annis, ſi Saporem filium Ardeſchiri, filii Babeci innuere voluit: ſi, contra, Saporem Dhoul-actafum, a vero nimis aberrat, quum Sapor iſte longe poſt priorem Saporem vixerit.

Ex regibus Arabum etiam eſt Zohairus filius Hababi, filii Hobali, filii Abdallahi, filii Kenanæ, filii Nekiri, filii Auni, filii Odhræ, Calbita, cui cognomen fuit *Vates*, ob judicii ejus acumen et præſtantiam. Diutiſſime vixit,

* Sic codex Reg. ſed omnino legendum اساف *Aſaf*, prout eſt in cod. Vat. P. 449.

Digitized by Google

multaque bella geſſit, et ſibi faventem fortunam habuit. Congregatis ad eum Kodhaitis, bellum cum ipſis intulit Gatfanitis: cujus cauſa hæc fuit, quod filii Nokaiſi, filii Reithi, filii Gatfani, ædem ſacram ædificaverant delubro Meccano ſimilem, ejuſque curam ſuis contribulibus, filiis Morræ filii Auni, demandaverant. Quibus auditis Zohairus: " * Per Deum, inquit, illud neutiquam fiet, " nec patiar ut Gatfanitæ ædem ſacram ſibi habeant." Eis igitur bello illato, ex utraque parte acriter pugnatum eſt: victor tandem Zohairus Gatfanitarum delubrum deſtruxit, opes eorum cepit, uxores tamen reſtituit: qua occaſione verſus quoſdam dixit, quorum e numero is eſt:

Niſi in vos indulgentia uſi fuiſſemus, neutiquam reverſi fuiſſetis ad virginem, quæ pudore quaſi nota diſtinguitur†.

Zohairus ille aliquando convenit Abraham Aſchramum Æthiopem, *Dominum Elephanti* dictum, a quo honorifice acceptus eſt, et præ aliis Arabibus bene habitus. Abraha imperium ei detulit ſuper Becritas et Taglebitas a Wayelo oriundos: eiſque præfuit Zohairus, donec ab eo deficerent. Ipſis igitur bellum intulit, et eorum cædem fecit. Kainitas quoque bello aggreſſus eſt, fuerùntque ipſi cum utriſque plura prælia, quorum ſeriem enarrare longius foret. Zohairus tamen victor diſceſſit. Senex quum eſſet factus, vino largiter nimis potato, extinctus eſt. Ex eis, inquit Ebn alathir, qui nimio vino extincti ſunt, fuit Amrus Kelthoumi filius Taglebita, et Abouamerus, cognomine *Molaib-alaſinna* dictus Amerita.

* De hac re vide Kamouſum ad vocem بس.

† In codice legitur سمتها ſed legendum puto سمتها et hanc lectionem expreſſi. In cod. Vat. legitur شمتها mutato س in ش. P. 450.

Inter Arabum reges fuit quoque Colaibus filius Rebiæ, filii Harethi, filii Zohairi, filii Djoſchami, filii Becri, filii Hobaibi, filii Amri, filii Ganemi, filii Taglebi, filii Wayeli, qui Wayel patrem habuerat Kaſetum filium Henbi, filii Akſæ, filii Domæ, filii Djodailæ, filii Aſadi, filii Rebiat-alfaraſi, filii Nezari, filii Maadi, filii Adnani. Colaibus iſte vero nomine Wayelus dicebatur, ſed cognomen habuit Colaibum, et hoc cognomine vulgo appellatus fuit. In Maaditas regnavit Colaibus, et contra collectaneas Yemanenſium tribus pugnavit[a], eaſque fugavit. Hoc facto magnam famam adeptus eſt: cumque per aliquod tempus res eo ſtatu manſiſſent, feroci ſuperbia elatus Colaibus ſubditos ſibi male habere cœpit: a locis quæ aquis cœli irrigabantur eos arcebat, eaque ſibi reſervabat, nec cuiquam licebat greges ſuos paſcere in his locis quæ Colaibus ſibi propria eſſe voluerat: ſi quando dicebat: "Feras hujus vel illius tractus in meam clien-" telam recepi," nemo eas venari poterat; camelos cum camelis ejus adaquare, ignem ex foco ejus accendere nulli licebat: porro ita agere non deſtitit, donec occiſus eſt a Djaſſaſo filio Morræ, filii Dohli, filii Schaibani. Erat autem Schaibanus e poſteris Becri, filii Wayeli, de quo dictum eſt.

[a] Pro eo quod in utroque codice, Reg. et Vat. legitur, وقبايل جموع اليمن legendum cenſeo وقاتل جموع اليمن. Nowairius, rem ipſam narrans, his verbis utitur—قاد معدا كلهم يوم حراز نفّض جموع اليمن وهزمهم.

Digitized by Google

P. 451.

Colaibi cædi anſam præbuit, quod homo quidam ex Djarmitis, apud amitam Djaſſafi domicilium habuit: hujus mulieris nomen fuit Baſouſa filia Monkadi, Temimitis. Djarmitæ illi camela erat quæ *Scharaba* dicebatur: hanc cum vidiſſet Colaibus in quodam paſcuo quod ſibi reſervaverat paſcentem, ſagittis eam petiit, et ubera ejus rupit: camela ad herum ſuum Djarmitam rediit, quam vulneratam conſpiciens, injuriam ſibi illatam magnis clamoribus queſtus eſt: Baſouſa, ubi eum audivit, manum ſuper caput ſuum imponens, exclamavit, O rem nefandam; cauſam[a] hoſpitis ſui Djarmitæ nempe ſuſcipiens: Djaſſafus itaque, compellatus ut amitæ ſuæ auxilium ferret, ad Colaibum progreſſus eſt; cumque illum ſolum, in loco quem ſibi reſervaverat, inveniſſet, ictu haſtæ eum confodit.

Occiſo Colaibo, ſurrexit frater ejus Mohalhelus filius Rebiæ, filii Harethi, collectiſque Taglebitarum familiis, cum Becritis congreſſus eſt, multaque inter eos fuere prælia.

Primum omnium dicitur *Dies Anbaræ:* die hujus prælii greges ſuos ſecum habebant: ſibi invicem occurrerunt prope aquam quæ *Nahy* dicitur. Taglebitis præerat Mohalhelus, Becritis Schaibani poſteris Harethus filius Morræ, frater Djaſſafi. Taglebitæ victores prælio exceſſerunt, occiſis Becritis complurimis. Poſtea rurſus

[a] In codice legitur نسيب نزيلها الحجرمي—Forte legendum لسبب vel aliud quid: certe نسيب vix ferri poſſe videtur. Cod. Vat. habet بسبب.

Digitized by Google

arma contulerunt in Danaiba: hæc pugna e præcipuis hujus belli præliis fuit. Mohalhelus cum Taglebitis rem bene geſſit, et magnam Becritarum ſtragem edidit. Ex filiis Schaibani multi occiſi: ex his Scharahilus filius Heſchami, filii Morræ, qui patrem habuit fratrem Djaſſaſi: iſte Scharahilus avus[a] fuit Maani, filii Zaidæ Schaibanitæ: occiſus eſt quoque Harethus filius Morræ, frater Djaſſaſi, pluresque alii ex principibus Becritarum. P. 452.

Congreſſis rurſus utrimque copiis Die *Waridhat* dicto, Taglebitæ bona etiam fortuna uſi ſunt: e Becritis vero multi occiſi, inter quos fuit Hamamus frater Djaſſaſi, eodem patre eademque matre genitus. Cumque Taglebitæ Djaſſaſum acriter perſequerentur, juſſit eum pater ſuus Morra ad cognatos matris ſuæ, qui in Syria degebant, ſeſe conferre, eumque cum paucis viris ſecreto dimiſit. Id ubi reſcivit Mohalhelus, miſit poſt eum triginta viros, qui eum aſſecuti ſunt: utrimque certatum eſt, et ex viris a Mohalhelo miſſis duo tantum incolumes evaſerunt, nec plures ex Becritis, qui cum Djaſſaſo erant, vivi ex prælio exceſſerunt. Gravi quoque vulnere affectus eſt Djaſſaſus, ex quo mortuus eſt. Tunc reverſi ſunt duo viri, qui e prælio ſalvi evaſerant, remque ſociis ſuis renuntiaverunt[b]. Sic quoque interfecit Mohalhelus

[a] Forte *proavus*. Vid. Abulfed. Annal. Moſl. tom. ii. p. 29. & 627. Schultenſ. Excerpt. ex Hamaſ. p. 555.

[b] Codex habet فحبزوا اصحابهم moxque لذلك قتل ايضا: legendum credo فخبروا اصحابهم كذلك قتل ايضا ſed aliquid omiſſum eſſe ſuſpicor. Hæc non habet Cod. Vatic.

Digitized by Google

Bohairum filium Harethi Becritæ, eoque occiſo, dixit: " Morere, et eſto piaculum pro corrigia calcei Colaibi." Quum occiſus fuiſſet Bohairus filius Harethi, verſus illos notiſſimos dixit pater ejus Harethus:

Ex quo habenas Noamæ manus mea tenet, cani facti ſunt capilli mei, meique me jam non agnoſcunt.

Non fui (teſtis Deus) e numero eorum qui in eos [Taglebitas] crimen commisêre, et nihilominus incendio eorum hodie comburor.

Noama nomen fuit equæ, qua Harethus vehebatur. Bellum inter ſupradictos Wayeli filios per quadraginta circiter annos furere non deſiit. Poſtquam occiſus fuiſſet Djaſſaſus, pater ejus Morra ad Mohalhelum miſit, qui dicerent: " Jam ultus es ſanguinem fratris tui, P. 453. " Djaſſaſumque occidiſti: itaque a bello deſine, rixiſque " et ſanguinis effuſioni finem impone:" ſed Mohalhelus arma deponere noluit. Cum vero bellum diu protractum fuiſſet, Taglebitæque quantum volebant vindictam e Becritis ſumpſiſſent, permiſit ipſis * [Mohalhelus] ut bello finem facerent. Poſtea periit Mohalhelus; de cujus obitu varia referuntur: ſed ea non attingemus, brevitatis ſtudio.

* اجازهم de Mohalhelo dictum eſſe opinor.

De regibus Arabum eſt quoque Zohairus filius Djodhaimæ, filii Rawahæ, filii Rebiæ, filii Mazeni, filii Harethi, filii Katiæ, filii Abſi: Zohairus ille pater fuit regis Kaiſi filii Zohairi Abſitæ. Zohairo vectigal debebatur ab Hawazenitis, quod ſingulis annis Occadhi ipſi pendebatur: (Occadhum nomen eſt nundinarum quæ agebant-

Digitized by Google

tur unoquoque anno, tempore feſtorum ſacrorum in Hidjazo.) Cum Zohairus moleſtum ſe et acerbum præberet Hawazenitis, male erga eum affecti erant: orto igitur bello inter Zohairum et Ameritas, Hawazenitæ cum Khaledo filio Djafari, filii Kelabi, et Ameritis ſe conjunxerunt contra Zohairum. Prælio commiſſo, Zohairus et Khaledus, collo invicem prehenſo, colluctati ſunt: quo certamine interfectus eſt Zohairus, Khaledus vero ſalvus evaſit. Prælium haud procul a regione quam incolebant Hawazenitæ commiſſum eſt. Zohairum mortuum abſtulerunt filii ejus, et in ſuam regionem aſportaverunt, Warakaque Zohairi filius hac occaſione verſus dixit, ex quibus is eſt quo Khaledum compellat:

Avola, O Khalede, ſi avolare potes: nec etiam cum requieſcas, deſinat cor tuum ſibi cavere.

Si remanſeris, ictum infliget tibi fatum, cujus vi diſcedet vita, mors aderit. P. 454.

Quum igitur Khaledus filius Djafari, filii Kelabi interfeciſſet Zohairum, ſibi timere cœpit, atque ad Nomanum Amrial-kaiſi filium, Lakhmitam, regem Hiræ ſe recepit, præſidium ab illo petiturus. Gatfanitarum princeps fuerat Zohairus: miſerunt itaque Harethum Dhalemi filium Morritam ad Nomanum, quaſi de re aliqua cum rege acturum. Tentorium Khaledo erigi curaverat Nomanus, quod ingreſſus Harethus noctu, Khaledum in ipſo tentorio interfecit, ſtatimque aufugit, et ſalvus evaſit. Hac cæde peracta, Ameritas congregavit Akhwaſus filius Djafari, Khaledique frater, cœpitque perſequi Ha-

Digitized by Google

rethum Morritam; quem Nomanus quoque perſequi inſtituit, ultionem ex illo ſumpturus, quippe qui clientem ſuum occidiſſet: inde confecuta ſunt prælia, reſque geſtæ plurimæ, quas enarrare longius foret. Horum præliorum ultimum illud eſt quod *Dies vallis Djabalæ* dicitur, de quo poſtea agemus, ſi Deus annuerit.

Ex regibus quoque Arabum eſt rex Kaiſus filius Zohairi Abſitæ, de quo ſupra dictum fuit. Kaiſus copias collegerat, ut bello perſequeretur Ameritas, ſanguinemque patris ſui ulciſceretur. In Hidjazum poſtea venit Kaiſus, et de gloria et nobilitate cum Koreiſchitis contendit. Koreiſchitis deinde relictis, apud filios Bedri Fazaritæ, Dhobyanitæ, ſedem fixit, et domicilium cepit apud Hodhaifam Bedri filium. Kaiſus autem in Hidjazo emerat equum ſuum Daheſum et equam ſuam Gabraam. Alii
P. 455. referunt Gabraam Daheſo patre natam eſſe, eamque ex Daheſo ſibi gigni curaſſe Kaiſum, non emiſſe. Hodhaifæ Bedri filio equæ duæ erant, Khattara et Hanfaa dictæ: hæ ut curſu contenderent cum equis Kaiſi Daheſo et Gabraa expetivit Hodhaifa: recuſavit primo Kaiſus; hujuſmodi nempe certamina exoſus, et nihil boni inde proventurum gnarus. At Hodhaifa nihil remittente, quatuor equos ſupradictos commiſerunt ut curſu contenderent in loco, cui nomen *Dhat-alaſadus:* hippodromus in centum *Galwas* protendebatur: eſt autem *Galwa* maximum ſpatium quod ſummis viribus excuſſa ſagitta percurrere poteſt. Cameli centum in præmium victoris deſtinati. Curſu commiſſo, cætera jumenta antecedebat

Digitized by Google

Daheſus ſatis longo intervallo, omnium oculis in eum defixis: at Hodhaifa in via equorum quoſdam homines in inſidiis diſpoſuerat, qui Daheſo occurrerent, eumque repellerent, ſi forte cæteros prævertiſſet. Daheſo igitur adverſi occurrerunt iſti homines, eumque in faciem percuſſerunt: quo retro repulſo, Gabraa Khattaram et Hanfaam præceſſit. Hodhaifa tamen hæc ita ſe habere denegans, jumenta ſua curſu viciſſe contendebat: unde orta eſt lis inter filios Bedri et Kaiſi filios. Diſſidebant jam antea Rebia Ziadi filius et Kaiſus, ob quaſdam loricas, quas vi abſtulerat a Kaiſo Rebia; hacque de cauſa Rebiæ gravis erat concordia, quæ Kaiſum et filios Bedri jungebat: itaque ubi incidit inter eos diſcordia ob equorum curſum, magnum inde gaudium percepit Rebia.

His inimicitiis ingraveſcentibus, occidit Kaiſus Nadbam Hodhaifæ filium: Kaiſo autem frater erat Malecus filius Zohairi, qui apud filios Dhobyani habitabat. Hi certiores facti Nadbam a Kaiſo interfectum fuiſſe, Malecum quoque de improviſo adoriuntur et occidunt. Hujus necem cum audiviſſet Rebia filius Ziadi, Malecum, quem ſummo amore proſequebatur, percuſſum fuiſſe ægerrime ferens, in partes Kaiſi tranſiit, et auxilium ei detulit. In mortem Maleci verſus fecit Rebia, e quorum numero ſunt iſti: P. 456.

Qui nece Maleci lætatur, ad uxores noſtras recedat vel uno die:

Mulieres videbit velo nudatas illum plangere, et ut illum defleant, ſurgere prius quam niteant auroræ.

Digitized by Google

Convenerunt igitur Kaiſus et Rebia, pacemque fecerunt, et mutuos ſibi dederunt amplexus: tunc Rebiam ita allocutus eſt Kaiſus: "Nunquam a te fugiat qui "apud te refugium quæſierit: nunquam te carere ſuſti- "neat, qui a te auxilium petierit." Kaiſo et Rebiæ arma junxerunt Abſitæ: Bedritis vero adhæſerunt Fazaritæ et Dhobyanitæ: invaluitque inter eos bellum, quod *Bellum Daheſi* dicitur. Primo conflictu occiſus eſt Aufus Bedri filius, fugatique Fazaritæ, quorum magnam ſtragem ediderunt Abſitæ. Utriſque rurſus congreſſis, penes Abſitas hac etiam vice manſit victoria, et in Fazaritas maxime ſævitum eſt: Harethus Bedri filius in hoc prælio occiſus. Cum illud bellum diu jam eos exercuiſſet, hunc tandem finem habuit: fugatis quodam prælio Fazaritis, ſoli remanſerant Hodhaifa et Hamalus frater ejus, cum ſuorum parva manu, et ad foſſam Hebatæ ſe contulerant. Eos aſſecuti Kaiſus et Rebia Ziadi filius, Antaraque, inter Bedritas eorumque equos loco occupato, Hodhaifam et Hamalum ejus fratrem occiderunt, Bedri utrumque filium. Decantatiſſima eſt apud poetas *Hebatæ foſſa*, et cædes filiorum Bedri, quæ apud hunc
P. 457. locum accidit. In his prælis enituit virtus bellica Antaræ filii Schaddadi.

Poſt cædem filiorum Bedri, Fazaritis auxilium tulerunt multæ Arabum familiæ, ægre ferentes Bedri filios occiſos fuiſſe. Fazaritis itaque novis viribus auctis, Abſitæ ad plurimas Arabum tribus ſe contulerunt, nec apud ullam earum diu morati ſunt. Tandem Abſitæ de pace

Digitized by Google

cum Fazaritis concilianda agere cœperunt, quæ, annuentibus Fazaritarum principibus, compoſita eſt.

Kaiſum regem ferunt, tunc cum Abſitæ ad Fazaritas acceſſerant et pacem cum eis compoſuerant, non cum Abſitis iviſſe; dicuntque illum, Abſitis relictis, pœnitentiam egiſſe, religioni Chriſtianæ nomen dediſſe, et terram peragraſſe donec in Omanum delatus, monachi vitam per aliquod tempus ibi viveret. Volunt alii Kaiſum, poſt ſuum ab Abſitis diſceſſum, uxorem duxiſſe e poſteris Namri filii Kaſeti, et ex ea filium ſuſcepiſſe Fadhalam nomine: hunc Fadhalam autem tamdiu vixiſſe, donec ad prophetam acceſſit, a quo dux datus eſt eis qui ſimul cum eo venerant: erant autem novem numero, et, Fadhala connumerato, decem omnino.

Fuerunt vero inter Arabum regulos plura prælia diebus quibuſdam fama illuſtribus, quorum quædam hic recenſebimus.

Dies Khazzari: hoc die congreſſi ſunt filii Rebiæ, Rebiat-alfaras dicti, filii Nezari cum tribubus Yemanenſium. Male rem geſſerunt Yemanenſes victique ſunt a filiis Rebiæ, qui et Yemanenſium magnam cædem fecerunt. Hoc die fertur filiis Rebiæ præfuiſſe Colaibus Wayelus, de quo ſuperius diximus. Eſt autem Khazzarum mons inter Baſram et Meccam.

Dies filiorum Wayeli; quibus pugnatum eſt inter Taglebitas, quorum dux fuit Mohalhelus frater Colaibi, et Becritas, quibus præerat Morra pater Djaſſaſi, ob occiſum Colaibum. Horum dierum primus fuit *Dies* P. 458.

Digitized by Google

Onaizæ, quo æquis armis utrimque pugnatum eſt : hunc ſecutus eſt *Dies Waridhati*, in quo victores receſſerunt Taglebitæ, Becritæ vero tam gravem caſum paſſi ſunt, ut deletos ſe eſſe fere putarent. Mox *Dies Akdlæ ;* qui dies *comarum reciſarum* dicitur, in quo utrimque multi ceciderunt. Pluribus aliis præliis congreſſi ſunt, ſed minori violentia.

Dies fontis Abaghæ : hoc die prælium commiſerunt Gaſſanitæ et Lakhmitæ : Gaſſanitarum dux fuit Harethus ille qui loricas Amrial-kaiſi [a Samuele filio Adiæ, ut ſupra dictum eſt] expetivit : at alii Harethum alium fuiſſe dicunt : Lakhmitis vero præerat, ut omnes unanimi conſenſu referunt, Mondarus filius Ma-alſemaæ. Hoc die occiſus eſt Mondarus, et Lakhmitæ fugati : quos Hiram uſque inſecuti Gaſſanitæ multos occiderunt. Eſt autem *fons Abaghæ* in loco qui dicitur *Dhatalkhabar*.

Dies pratorum Holaimæ ; Gaſſanitas inter et Lakhmitas : inter maxima prælia numeratur ; exercitus utrimque numeroſi fuere ; tantuſque pulvis exortus eſt, ut ſolis lumine ſublato, apparuerint ſidera quæ in his partibus cœli erant quas pulvis non abſcondebat : acriter pugnatum eſt ; quis victor receſſerit, inter ſcriptores haud convenit,

Dies Kelabitarum prior. Hoc die conflixerunt duo fratres Scharahilus et Salma filii Harethi, nepotes Amri
P. 459. Kenditæ. A parte Scharahili qui natu major fuit, ſtabant filii Becri a Wayelo oriundi, aliique ; a parte vero

Digitized by Google

Salmæ fratris ejus, Taglebitæ a Wayelo quoque originem ducentes, ſimul et alii nonnulli. Loco *Kelab* dicto congreſſi ſunt, qui eſt Cufam inter et Baſram; cum ad manus magna vi ventum eſſet, Scharahilus per præconem nuntiavit ſe centum camelos ei daturum, qui caput fratris ſui Salmæ ad ſe deferret, idemque ex parte Salmæ factum eſt. De Becritis et Scharahilo victoriam reportavit Salma cum Taglebitis. Scharahilus in fugam ſe conjecit, ſed ab equitatu fratris ſui, qui eum ſecutus eſt atque aſſecutus, interfectus eſt, et caput ejus ad Salmam fratrem delatum.

Dies Awaræ; eſt autem Awara montis cujuſdam nomen. Ibi pugnatum eſt Mondarum inter Amrial-kaiſi filium, regem Hiræ, et Becritas Wayeli poſteros; cujus prælii cauſa hæc fuit, quod Becritæ bello contra Salmam filium Harethi interfuiſſent. Becritis ſuperior evaſit Mondarus: jurejurando autem ſe obſtrinxerat, ſe non ceſſaturum ab eis cædendis, donec ſanguis eorum a ſummo montis Awaræ jugo ad pedem ejus defluereț; nec promiſſis fides defuit.

Dies Rahrahani[a]. Ex libro *Akd* dicto. Harethus filius Dhalemi, Morrita et Dhobyanita, cum interfeciſſet Khaledum filium Djafari, filii Kelabi, a quo occiſus fuerat Zohairus, (ut antea dictum eſt, ubi de cæde Zohairi egimus,) fuga ſe eripuit, Nomanum regem Hiræ metuens,

[a] Hanc veram eſſe hujus vocis orthographiam docet Djewharius. "Eſt autem "*Rabraban* nomen montis prope Occadh:" رحوحان اسم جبل قريب من عكاظ.

Digitized by Google

quia Khaledum oppreſſerat Hiræ in ipſa Nomani ſede: nullus autem Arabum Haretho hoſpitium præbere voluit metu Nomani. Aſylum tandem nactus eſt apud Mabadum filium Zararæ: Mabado autem in hoc non
P. 460. aſſentiebant contribules ejus Tamimitæ, quæ inde eventura erant veriti; aſſentiebant tamen ex eis quidam, ſoli nempe filii Mawiæ et filii Adremi. Certior factus Akhwaſus Khaledi frater, Harethum Morritam apud Mabadum eſſe, ad eum perrexit: conſlixerunt in loco qui dicitur *Vallis Rahrahani*. Temimitæ in fugam conjecti, Mabaduſque filius Zararæ captus: frater ejus Lakitus profectus eſt, ut eum e vinculis liberaret; ſed irriti fuerunt ejus conatus, tormentiſque affectus eſt Mabadus, donec moreretur.

Dies Vallis Djabalæ, ex maximis eſt pugnis inter Arabas commiſſis: hujus diei hæc eſt hiſtoria. Poſt pugnam ad Rarahanum commiſſam, Lakitus filius Zararæ, Temimita, auxilium petiit a Dhobyanitis: qui petenti annuerunt. Congregatis igitur cum eo Temimitis, præter Saaditas, additiſque etiam filiis Aſadi, contra Ameritas et Abſitas progreſſus eſt Lakitus, cædem fratris ſui Mabadi ulturus. Ameritæ vero et Abſitæ pecora ſua in vallem Djabalam, quæ profunda eſt et ſterilis, et inter duas aquas, quæ Scharifus et Scharfus dicuntur, ſita, introduxerunt. Ubi ad eos acceſſit Lakitus, ex valle Djabala prodeuntes in eum impetum fecerunt, copias ejus fregerunt, ipſumque occiderunt; fratrem quoque ipſius Hadjibum Zararæ filium captivum dux-

Digitized by Google

erunt, magnaque victoria potiti sunt Ameritæ et Absitæ, de qua exstant hi versus Djorairi:

Die Vallis Lakitum reliquerunt, quasi veste purpurea indutum:

Unumque annum in Syria traxit Hadjibus compedibus vinctus: cumque ipse captivus esset, Dhoul-zinatum ducem constituit.

Plurimi quoque Temimitarum, Dhobyanitarum, et Asaditarum *Die vallis Djabalæ* occisi sunt: multisque carminibus defleverunt Arabes eos qui ex variis tribubus hoc die interfecti sunt. Prælium Rahrahani uno anno præcesserat *Diem vallis Djabalæ: Dies autem Djabalæ* eodem anno accidit quo natus est propheta. Desinunt quæ desumpta sunt ex libro *Akd* dicto, autore Ebn-Abdi-rabbihi. P. 461.

Dies Dhou-kar. Hoc prælium, quadragesimum annum jam agente propheta, commissum est; vel, ut aliis placet, eo anno quo pugnata est pugna Bedrensis prima. Cosroes nempe Parwizus Nomano Mondari filio infensus, eum in carcerem conjecerat: in quo mortuus est Nomanus. Nomanus vero *Halkam*[a] suam deposuerat apud Hanium Masoudi filium Becritam: erat autem *Halka* arma et loricæ. Misit igitur Parwizus eas res ab

[a] *Halka* proprie est *annulus:* nisi apud Nowairium quoque حلقة legeretur, خلقة i. e. *quæ ad hæreditatem ejus pertinebant,* emendavissem: sed videtur حلقة vox peculiaris Arabibus Hirensibus fuisse: temporibus recentioribus حلقة dicti sunt *milites prætoriani* qui apud Sultanos Ægyptiorum, corporis custodiæ inserviebant. خلقة legit cod. Vat.

Hanio repetens, qui reſpondit: "Depoſitum eſt: nec "vir ingenuus depoſitum prodit." Parwizus, capto Nomano, Hiræ regem in Nomani locum ſuffecerat Ayaſum filium Kobaiſæ, Tayyitam. Ayaſum igitur hac de re conſuluit Parwizus, qui reſpondit: "Optime facturum "regem, ſi ſimularet ſe omnem de Hanio filio Maſoudi "cogitationem abjeciſſe, donec ſecurus factus eſſet Ha- "nius: tunc vero, inquit, eum perſequemur atque aſſe- "quemur." Parwizus Ayaſo reſpondit: "Ex cognatis "tuis eſt Hanius a parte matris tuæ, et ipſi bene velle "non deſinis." Dixit itaque Ayaſus, "Regis conſilium "præſtantius eſt." Miſit igitur Parwizus Hardezanum, cum duobus millibus * Perſarum, additis etiam mille ex Bahra †. Quod cum comperiſſent Becritæ Wayeli poſteri, in locum quendam vallis, quæ *Dhou-kar* dicitur, venerunt, et caſtra ibi poſuerunt: et ubi illuc advenerunt Perſæ, cum illis manus aliquandiu conſeruerunt: mox turpiter fugati ſunt Perſæ: multaque exſtant Arabum de hujus diei rebus geſtis Carmina.

P. 462.
* Legendum forte *Marzebanum*, quæ vox apud Perſas ſummum Satrapam deſignaſſe videtur. Cod. Vat. habet هرمزان: non male.
† *Bahra* nomen eſt Tribus Arabum, quæ Chriſtianam Religionem profitebatur. Vid. *Specim. Hiſt. Arab.* p. 141. l. 19.

[*Ex capite quinto, quod eſt de variis gentibus.*]

De Berberis[a].

De Berberis plures ſunt et multum diſcrepantes ſententiæ. Quidam volunt eos e poſteris eſſe Fareki, qui

[a] Quæ ſequuntur ex codice autographo deſumpta ſunt, ſed non ab ipſo Abulfeda ſcripta. Manus eadem eſt quæ deperditas autographi lacinias ſupplevit.

Digitized by Google

patrem habuit Baiſarum Chami filium; Berberi vero aſſerunt ſe autorem habere Kais-ailanum. Sanhadjitæ contra, qui ipſi ſunt ex Berberis, autorem ſibi vindicant filium quendam Afrikiſi, filii Saifi, Himyaritam; Zenatitæ vero ſe e Lakhmitis ortos eſſe jactant. Sed ſi veriorem ſententiam ſequi volumus, e poſteris ſunt Canaanitarum, quemadmodum jam dictum eſt. Occiſo quippe Djalouto, quum diſperſi fuiſſent Canaanitæ, quidam ex ipſis regionem Africæ petierunt, ibique ſedem fixerunt; qui ſunt ipſi Berberi.

Multæ ſunt Berberorum tribus; Ketamitæ, qui montes Africæ intermediæ incolunt: hi ſunt qui imperio Fatemitarum ortum dederunt, ſimul cum Abou-Abdallaho Schiita; tum Sanhadjitæ, ex quibus orti Afrikiæ [i. e. *Africæ proprie ſic dictæ*] reges, filii Balkin, filii Zeirii: Zenatitæ, ad quos pertinebant reges Feſſi, Talmeſani, et Segelmeſſæ: ſunt autem Zenatitæ audacia et virtute bellica clari: Moſameditæ, qui in monte Deron (i. e. Atlante) ſedes habent; hi cauſam amplexi ſunt Mohdii Tomruti filii, horumque ope potitus eſt Abdalmoumenus, et poſt eum filii ejus, regionibus Magrebi. A Moſameditis ſeſe disjunxit Hentanitarum tribus: ex qua ortus Abou-Zacaria Yahya, filius Abdalwahedi, filius Abou-hafsi, in Africa provincia et Magrebo intermedio regnavit. Hujus filius Abou-Abdallahus Mohammedes Yahyæ filius, Khalifæ nomen ſibi vindicavit: reſque eo ſtatu remanſere uſque ad annum ſexcenteſimum quinquageſimum ſecundum, P. 463.

Digitized by Google

quemadmodum, Deo annuente, poſtea ſumus narraturi.

Ex illuſtribus Berberorum tribubus ſunt etiam Bargawatitæ, qui Temeſnam, parteſque Salæ occupant juxta littora Oceani. Berberis idem mos eſt ac Arabibus, ſolitudines incolendi: linguam habent ab Arabica diverſam. Referente Ebn-Saido, linguæ eorum ab eiſdem principiis ortæ, ita tamen in diverſa abierunt, ut ſeſe invicem, niſi adhibito interprete, non intelligant.

De Aditis.

Aditæ poſteri ſunt Adi filii Auſi, filii Arami, filii Semi, filii Noæ. Erant autem Aditæ viri proceræ admodum ſtaturæ, et giganteæ fortitudinis. Poſt linguarum confuſionem Aditæ Hadhramautum petierunt, ibique habitarunt. P. 464. Ad Aditas miſit Deus Houdum prophetam, prout jam dictum eſt hujus libri capite primo; cui tamen Aditæ non obedientes ſe exhibuerunt. Erant autem gens fortiſſima et prævalida, et in terra fortitudinis ſuæ monimenta reliquerant magna ædificia, unde factum eſt ut eos ita alloqueretur Houdus: "Numquid[a]

[a] Alcor. Sur. 26. v. 128. et ſeq. Hunc locum ita interpretatur Beidhawius: "*ſignum*: i. e. ut ſint in ſignum viatoribus: *ludentes*, dum ea ædificatis, quibus opus non habent viatores, qui ſe aſtrorum contemplatione in ſuis itineribus dirigunt: vel ſignificat *columbaria* vel *ædificia* in quæ conveniebant ad illudendum eis qui apud eos tranſibant: vel *palatia* quibus gloriabantur: et *ædificia conſtructis*, i. e. aquarum receptacula, vel, ut aliis placet, caſtella et arces munitiſſimas: *Forte vos eſtis perennaturi*, ideoque ex firma ædificatione

" ædificabitis in omni loco elatiori terræ ſignum, luden-
" tes? et ædificia conſtruetis? Forte putatis vos perénni-
" ter manſuros; et cum ſævitis, ſævitis ſuperbe et pro-
" terve." Regiones quas incolebant Aditæ dicuntur *Ahkaf* (i. e. arenoſi tumuli); ſunt autem hæ regiones Yemanenſi ditioni et Omano contiguæ. Apud Aditas fuit ſummum harum regionum imperium, primuſque ex eis regnavit Schaddadus Adi filius: cui ſucceſſerunt plures ex ejus poſteris: hiſtoria eorum diverſe omnino traditur, et ſingulæ narrationes confuſæ ſunt admodum et a veritate prorſus alienæ; qua de cauſa de eis plura dicere ſuperſedebimus.

De Amalecitis.

Amalecitæ poſteri ſunt Amaliki filii Laoudhi, filii Semi. Poſt linguarum confuſionem in Sanaa habitaverunt, quæ Yemanenſis eſt ditionis. Inde ad Meccam

" conſtruitis: *et cum ſævitis*, flagello vel gladio *ſævitis, ſuperborum et protervo-*
" *rum more*; tyrannice agentes et inique, ſine ulla miſericordia, nec ea inten-
" tione ut ſubditos erudiatis et caſtigetis, nec quæ vobis in fine ſint eventura
" recogitantes. [اتبنون بكل ريع أية] علما للمارة [تعبثون] ببنيانها اذ كانوا يهتدون بالنجوم في اسفارهم فلا يحتاجون اليها او بروج الحمام او بنيانا يجتمعون اليها للعبث بمن يمر عليهم او قصورا يفتخرون بها [وتتخذون مصانع] ماخذ الماء وقيل قصورا مشيدة وحصونا [لعلكم تخلدون] فتحكمون بنيانها [واذا بطشتم] بسوط او سيف [بطشتم جبارين] متسلطين غاشمين بلا رأفة ولا قصد تاديب ونظر في العاقبة

ſedes tranſtulerunt, genteſque internecione deleverunt, quæ bello eos provocaverant. Amalecitarum pars quædam in Syria inſederat: hi ſunt adverſus quos pugnavit Moyſes, et poſt eum Joſua, quoſque exterminaverunt. Ex his oriundi erant Pharaones Ægypti: ex his quoque Yatribam et Khaibarum quidam poſſederunt, vicinaſque hujus tractus regiones. De his autor libri *Agani* dicit:

P. 465. Hæc cauſa fuit quare Judæi Khaibarum, alioſque Hidjazi tractus incoluerunt, quod Moyſes [a] exercitum miſerat ad Amalecitas impugnandos, qui Khaibari, Yatribæ, atque in aliis Hidjazi locis ſedes habebant: præceperatque ipſis Moyſes, ut Amalecitas internecione delerent, nullumque ex eis ſuperſtitem eſſe paterentur. Profectus hic exercitus Amalecitas debellavit et interfecit: ſed filio regis pepercerunt, illumque in Syriam ſecum reduxerunt. Morte tunc defunctus erat Moyſes: ipſis igitur dixerunt cæteri Iſraelitæ: "Rebelles fuiſtis, et con-"tra mandatum vobis datum egiſtis; itaque vos non "recipiemus." Quo audito, illi hoc conſilium ceperunt: "Revertamur in regionem quam armis ſubegimus, cu-"juſque incolas delevimus." Reverſi ſunt igitur Khaibarum, Yatribam, atque in alias Hidjazi regiones: et in iſtis regionibus domicilium tamdiu habuerunt, donec Auſitæ et Khazredjitæ ex Yemana concedere coacti ob diluvium Arimi, inter eos ſedem fixerunt. Alii vero dicunt, Judæos in Hidjazo domicilium cepiſſe, quando

[a] In margine codicis 615 aliquis adſcripſit, لا موسي بل سامويل *non Moyſes, imo vero Samuel.*

Digitized by Google

diſperſi ſunt, tunc cum bellum eis intulit Bokht-naſarus, atque Hieroſolymam expugnavit, vaſtavitque. Deus veritatem novit.

De Arabum gentibus, eorumque ante Iſlamiſmum rebus geſtis.

Schareſtanius, in Libro de variis Sectis et Religionibus, de Arabibus ita loquitur: Varia fuere Arabum ethnicorum genera. Erant inter eos qui Creatorem negarent et Reſurrectionem, omneſque res a natura vitam accipere, et tempore deſtrui affererent, quemadmodum de eis loquitur Alcoranus: "Non eſt id aliud, niſi vita "noſtra mundana; morimur et vivimus;" et alio loco; "Non perire nos faciet, niſi tempus." Genus eorum aliud fuit, quod Creatorem quidem agnoſcebat, ſed Reſurrectionem negabat: hi ſunt quos his verbis indigitat Deus: "Numquid nos defeſſi ſumus prima creatione? "at illi de nova creatione ſunt in dubio*." Alii idola colebant, erantque idola ſingulis tribubus peculiaria. Calbitæ qui Doumat-aldjondali habitabant, Waddum colebant: Sowaum Hodheilitæ; Yagouthum Modhhadjitæ, et quædam Yemanenſium familiæ: Naſro cultum præſtabant Dhou-colaitæ in ditionibus Himyaritarum; Yaouko Hamdanitæ; Allato Thakifitæ Tayefum incolentes; Ozzæ Koreiſchitæ et Kenanitæ; Menatæ Auſitæ et Khazradjitæ. Simulacrorum autem eorum maximum erat Hobalus. Hobalus Caabæ tecto impoſitus erat:

P. 466.

* Sur. 50. v. 14.

Digitized by Google

Aſafus et Naila Safam et Merwam occupabant. Erant etiam inter Arabas qui ad Judaiſmum propendebant; alii vero Chriſtianæ religioni addicti erant; Sabæorum doctrinæ alii: hi poſtremi occaſibus ſiderum, quæ manſiones varias Lunæ conficiunt, vim eandem ineſſe credebant, quam errantibus aſtris addicunt aſtrorum periti; ita ut nullius rei niſi occaſus illorum ſiderum rationem haberent, nec quovis alio moverentur cœlefti phænomeno, dicerentque: "Hujus vel illius ſideris occaſu im-" ber accidit." Arabum alii angelos, genios alii colebant. Scientiæ quibus ſtudebant, hæ fuerunt: genealogiæ, occaſus ſiderum notitia, hiſtoria, ſomniorum interpretatio. Harum ſcientiarum peritiſſimus fuit Aboubecrus, fidelis Mohammedis comes. Arabes ethnici res quaſdam obſer-
P. 467. vabant, quæ a religione Iſlamitica ſancitæ ſunt: nec matres nec filias conjugio habebant; res erat apud eos vetita et maxime odioſa, duas ſorores ſimul in matrimonium accipere: qui uxori patris ſui nupſerat, eum deteſtabantur, *Dhaizanumque* appellabant: ad delubrum Meccanum peregrinationes inſtituebant tum *Haddj* tum *Omra* dictas, *Ihram* ſic dictas veſtes induebant: ſacros circa Caabam obitus, curſum inter Safam et Merwam, omneſque ſtationes obſervabant; jactum quoque lapillorum: ſingulo tertio anno menſem intercalabant; ob pollutiones totum corpus lavabant; os gargariſmo, nares attracta aqua aſſidue purgabant. Comam pectere, dentes purgare, poſt egeſtam urinam, ſtercuſve loca corporis ſecreta mundare, ungues reſecare, axillarum pilos vel-

Digitized by Google

lere non intermittebant: pubis tum mares, tum feminæ pilos radebant: a furibus, exſecata manu dextra, pœnas ſumebant.

De tribubus Arabum, et minoribus familiis.

Arabas in tres claſſes diſcreverunt hiſtoriæ ſcriptores, *Baida*, i. e. Extinctos; *Ariba*, ſeu Indigenas; et *Moſtariba*, ſeu Inſititios. Arabes Extincti, priores ſunt illi Arabes, quorum res geſtæ ad nos non pervenerunt ob ſummam ipſorum antiquitatem: ad hunc ordinem referuntur Aditæ, Thamuditæ, et Djorhamitæ priores. Hi nempe ultimi Aditarum coævi fuerunt, atque extincti ſunt, rerumque ab eis geſtarum abolita eſt memoria. Quod ad Djorhamitas poſteriores attinet, e filiis ſunt Kahtani: eiſque adhæſit Iſmael filius Abrahami Deo dilecti. De Arabibus Extinctis pauca tantum memoriæ prodita ad hunc uſque diem pervenerunt, quæ mox ſumus enarraturi. Arabes Indigenæ, hi ſunt qui ad Yemanam pertinent, Kahtano oriundi. Arabes Inſititii dicuntur Iſmaelis poſteri. P. 468.

De iis quæ memoriæ ſunt prodita ad Arabum Extinctorum hiſtoriam pertinentia.

Arabes Extincti ſunt Taſmitæ et Djadiſitæ. Duæ illæ tribus partem peninſulæ Arabum incolebant cui Yemama nomen eſt. Apud Taſmitas regium fuit impe-

Digitized by Google

rium; cumque res eo ſtatu per ſat longum temporis ſpatium perduraſſet, ſolium conſcendit e Taſmitis vir quidam iniquus et violentus, qui hunc morem inſtituit, ut ex Djadiſitis nulla virgo ad ſponſum ſibi deſtinatum deduceretur, quin prius eam rex ipſe violaret. Quod cum aliquandiu toleraſſent Djadiſitæ, tale tandem facinus indignati, in hoc conſilium communi conſenſu convenerunt, ut, gladiis ſub arena conditis, regem convivio exciperent: qui ad convivium vocatus ubi advenit, præcipuis Taſmitarum eum comitantibus, Djadiſitæ, arreptis gladiis, regem majoremque Taſmitarum partem necaverunt. Horum quidam cum fuga ſe eripuiſſet, ad Tobbaum Yemanæ regem ſe contulit, qui tunc, ut quibuſdam placet, Haſanus filius Aſadi fuit, et de eo quod in regem Taſmitarum a Djadiſitis factum fuerat apud eum conqueſtus, auxilium ab ipſo expetivit. Itaque ad Djadiſitas profectus eſt Yemanæ rex, eoſque adortus internecione delevit: ita ut poſt hæc nulla remanſerit Taſmitarum et Djadiſitarum memoria.

P. 469.

De Arabibus indigenis.

Hi poſteri ſunt Kahtani filii Eberi, filii Salehi, filii Arphaxadi, filii Semi, filii Noæ: omneſque ſui generis autorem habent Djorhamum Kahtani filium: Hidjazum incolebant, cumque Abrahamus filium ſuum Iſmaelem Meccæ collocaret, ut eam incoleret, in hujus urbis viciniis ſedes habebant Djorhamitæ. Itaque cum Iſmaele

Digitized by Google

ſocietatem junxerunt, et apud eos uxorem ſibi abſumpſit, atque ex poſteris Iſmaelis ortum habuerunt Arabes Inſititii. Familia enim Iſmaelis, et ejus lingua Hebræa erat, et hæc eſt cauſa cur tum ipſe, tum poſteri ejus, *Arabum Inſititiorum* nomen ſortiti ſunt. Regum Djorhamitarum mentio jam facta eſt a nobis inter Arabum reges, in quarto hujus libri capite.

Ad Arabas Indigenas pertinent poſteri Sabæ. Saba quidem proprio nomine Abd-ſchemſus vocabatur, ſed quum multis expeditionibus bellicis ſuſceptis, captivorum magnum quoque feciſſet numerum, *Saba* dictus eſt. Patrem habuit Yaſchhabum filium Yarebi, Kahtani nepotem. Plures filios habuit Saba, e quorum numero fuere Himyarus, Cahlanus, Amrus, Aſcharus, et Amila. Omnes familiæ Arabum Yemanenſium, regeſque Tobbai dicti, e poſteris ſunt Sabæ: omnes Tobbai Yemanenſes e ſtirpe ſunt Himyari filii Sabæ, ſi Amranum * et ejus fratrem Mozaikiam exceperis: uterque enim filii fuere Ameri, filii Harethæ, filii Amrial-kaiſi, filii Thalebæ, filii Mazeni, filii Azdi. Azdus autem e filiis fuit Cahlani filii Sabæ. De ea re tamen controverſia eſt. De Tobbais in quarto capite jam actum eſt, quum de regibus Arabum verba faceremus; quæ iterare ſuperſedebo: hic autem de tribubus Arabum Yemanenſium nobis agendum eſt, eorumque familiis quæ Sabam autorem agnoſcunt; ordiemurque a filiis Himyari Sabæ filii; mox ad filios Cahlani progrediemur, ſicque ex ordine, donec compleverimus†, Deo annuente, hiſtoriam filiorum Sabæ.

* Codex Sangermanenſis legit *Amrum*, ſed perperam; atque ex codice regio 615 repoſui *Amranum*. P. 470.

† Hoc ſignificat إلى ſequente علي.

Digitized by Google

De filiis Himyari filii Sabæ.

E posteris Sabæ sunt Tobbai Yemanæ reges, de quibus in capite quarto diximus.

Sunt etiam e filiis Sabæ Kodhaitæ, qui autorem agnoscunt Kodhaam filium Maleci, filii Sabæ, vel, ut aliis placet, Kodhaam filium Maleci, filii Amri, filii Morræ, filii Zeidi, filii Maleci, filii Himyari, filii Sabæ. Kodhaa iste tractum Schihri possidebat, et sepulcrum ejus est in monte Schihr.

Ad Kodhaitas quoque pertinent Calbitæ, filii Calbi, qui patre natus est Wabra filio Thalebæ, filio Holwani, filii Amrani, filii Alhafi, filii Kodhaæ. Temporibus ethnicismi incolebant Calbitæ urbem Doumat-aldjondalum, et Taboukum, et limites Syriæ. Inter Calbitas illustris
P. 471. est Zohairus filius Khababi Calbita, cujus meminit autor libri *Agani*, et versus adducit. Ad hos quoque pertinet Zohairus filius Schariki Calbita, cujus sunt hi versus:

Primo mane statim Asmaa vinum conviciis insectatur, dicitque me dementiæ tutorem datum:

At ego ipsi dixi: "Ab exprobrationibus tuis te abstineas: atque "potui nos indulgere sine: alioquin a me recede, satius "est enim me cælibem vivere."

Ad eos quoque pertinet Haretha Calbita, qui pater fuit Zeidi, filii Harethæ, liberti prophetæ. Captivus quippe factus fuerat ille Zeidus tempore ethnicismi, et in possessionem devenerat Khadidjæ uxoris prophetæ, cum datus ipsi fuisset a propheta. Ebn-Abdalbarr in Libro suo qui

Digitized by Google

de Mohammedis ſociis agit, verſus refert Harethæ hujus de quo nobis ſermo eſt, filium ſuum Zeidum amiſſum deflentis:

Zeidum defleo ignorans quid de illo ſit factum, num vivat adhucque ſperare mihi liceat, an illum mors abſtulerit.

Memoriam ejus nobis revocat ſol, tunc cum ſurgit; memoriam ejus nobis refricat, quando appropinquat occaſus.

Venti ſi flaverint, memoriam ejus in nobis commovent: proh! quamdiu jam duravit dolor meus ex illo, qualiſque metus!

Poſtea Zeidum convenit pater ejus Haretha apud apoſtolum Dei, Mohammedeſque Zeido permiſit, ut quem ſequi mallet, eligeret: maluitque Zeidus apud Mohammedem manere, quam patri et genti ſuæ reddi.

Kodhaitarum ſunt etiam Belawitæ[a]: itemque Tenoukhitæ; inter hos et Lakhmitas reges Hiræ bella interceſſerunt. Ad Kodhaitas pertinuit quoque Bahra, et Djohaina, familia magna quæ in multos ramos ſcinditur. Hi partes Hidjazi ſeptentrionales incolebant, circa littus Djiddæ. Kodhaitarum fuere etiam Salihitæ, qui deſerta Syriæ tenebant, quoſque ab illorum dominio deturbarunt Gaſſanitæ, Salihitis etiam deletis. E Kodhaitarum numero ſunt quoque Nahditæ, inter quos inclaruit Sakabus Amri filius Nahdita, qui fuit pater Khaledi filii Sakabi: hic tempore Iſlamiſmi princeps fuit. Odhritæ ad Kodhaitas quoque referuntur, e quibus fuit

P. 472.

[a] بلّي قبيلة من قضاعة والنسبة اليهم بلوي Djewhari.

Orwa filius Hazami, et Djomailus, qui dominus fuit Bathaneæ.

Ex ramis Himyaritarum ſunt filii Schabani: quorum fuit juriſconſultus Schabita dictus, qui nomen habuit Amerus.

Tantum de poſteris Himyari filii Sabæ.

De filiis Cahlani filii Sabæ.

E poſteris Cahlani ortæ ſunt tribus plurimæ, inter quas ſeptem maxime inclaruerunt, *Azditæ, Tayyitæ, Modhhadjitæ, Hamdanitæ, Kenditæ, Moraditæ, et Anmaritæ.*

Azditæ autorem habuere Azdum filium Gauthi, filii Nabeti, filii Maleci, filii Ododi, filii Zeidi, filii Cahlani, filii Sabæ. Primum igitur familias Azditarum recenſebimus, quas ubi abſolverimus, familias Tayyitarum commemorabimus, mox familias Modhhadjitarum, et ita
P. 473. porro uſque ad extremos poſterorum Cahlani.

E familiis Azditarum ſunt Gaſſanitæ reges Syriæ, qui genus ſuum referunt ad Amrum filium Mazeni, Azdi nepotem. Azditarum quoque ſunt Auſitæ et Khazredjitæ, qui Yatribam incolebant, et qui ex eis Iſlamiſmum amplexi ſunt, *Anſar* (i. e. adjutores) dicti ſunt. Ad Azditas etiam referendi Khozaitæ, Barekitæ, Dauſitæ, Atikitæ, et Gafekitæ. Hi omnes Azditarum rami ſunt. Khozaitæ quidem, cum ſe ſeparaſſent a reliquis Yeman-

Digitized by Google

enſium familiis, qui diſperſi fuerant ob diluvium Arimi, et conſediſſent in Batn-Morro prope Meccam, ob hanc cauſam Khozaæ nomen ſortiti ſunt, contigitque eis delubri Meccani cura et ſummum imperium. Quum pacem feciſſet cum Koreiſchitis Mohammedes anno *Hodaibia* dicto, fœdus cum apoſtolo Dei ſanxerunt Khozaitæ, autoritatemque ejus agnoverunt. De origine Khozaitarum non convenit an ad Maaditas, an vero ad Yemanenſes pertineant. Plerique tamen eos pro Yemanenſibus habent; et generis Khozaitarum origo ad Caabum refertur filium Amri, filii Lohayyi, filii Harethæ, filii Amri Mozaikiæ. Supra jam mentio facta eſt Amri Mozaikiæ, filii Ameri, filii Harethæ, filii Amrial-kaiſi, filii Thalebæ, filii Mazeni, filii Azdi, in capite quarto inter reges Tobbaos Yemanæ.

Nec ceſſavit delubri Meccani cura, ædituique ejus munus in manu eſſe Khozaitarum, donec ad virum quendam Khozaitam devenit, Abou-Gabſchanum dictum, qui Koſayyi, filii Kelabi, coævus fuit. Cum ſimul cum Koſayyo Tayeſi vino indulgeret, ipſum inebriavit Koſayyus, doloque uſus, emit ab eo claves ædis ſacræ pro utre vini: teſtes pacto huic ſunt adhibiti, claveſque Koſayyo traditæ, qui filium ſuum ſtatim cum clavibus Meccam ablegavit. Abdaldarus, ubi ad hanc urbem pervenit, alta voce clamavit: "O Koreiſchitæ, hæ ſunt "claves ædis avi veſtri Iſmaelis: eas vobis reſtituit "Deus, abſque dedecore et injuſtitia." Ubi mentis compos factus eſt Abou-Gabſchanus, eum tunc pœni- P. 474.

tuit, cum pœnitentia jam ad nihil valeret: unde dictum eſt in proverbio: *Jactura infelicior Abou-Gabſchano:* et hic eventus a poetis ſæpius eſt decantatus.

Vendebant Khozaitæ ebrietate victi domum Dei, pro vini utre; vah! infauſtam manuum complosionem illius, qui in tali pacto primus manus complosit.

Vili pretio venundabant ædituorum ſacræ ædis munus, locumque deſerere cogebantur: manebat vero ædes ſacra, et ille qui alta voce clamabat.

Tunc collegit Kosayyus Koreiſchitas, qui prius diſperſi erant, victiſque Khozaitis, Mecca expulit, et in Batn-Morrum recedere coegit. Ad Khozaitas pertinebant Moſtalekitæ, contra quos arma movit propheta Dei. Barekitæ e filiis ſunt Amri Mozaikiæ Azditæ, qui ſedem habuerunt montem quendam ad oram Yemanæ, *Barak* dictum, et ab eo nomen acceperunt. Nobilis eſt inter eos Makarus, filius Himari, Barekita, cujus meminit
P. 475. autor libri *Agani,* quique poema illud ſcripſit, in quo legitur hic verſus:

Projecit illa baculum ſuum, ſtetitque, ſicut lætatur reditu viator.

Dauſus vero patrem habuit Odthanum filium Abdallahi, filii Wahzani, filii Caabi, filii Harethi, filii Caabi, filii Maleci, filii Naſri, filii Azdi: incolebantque Dauſitæ unum e montibus *Scherat* dictis, qui Tehamæ imminet. Ditionem habuerunt in finibus Iraki, primuſque ex eis regnavit Malecus filius Fahmi, filii Dauſi, de quo locuti ſumus in capite quarto, quo regum Arabum hiſtoriam

Digitized by Google

profecuti ſumus; ibique etiam de eis qui Maleco ſucceſſerunt dictum eſt. E Dauſitis fuit Abou-Horeira. De vero hujus viri nomine non convenit, pleriſque tamen affirmantibus, illum nomen habuiſſe Omairum filium Ameri.

Atikitæ et Gafekitæ duæ ſunt familiæ in Iſlamiſmo illuſtres: ſunt e poſteris Azdi.

Ad Azditas quoque pertinent filii Djolandæ reges Omani: Djolanda cognomen fuit omnibus hujus generis regibus commune, qui Omano ſunt potiti. Omani regnum, quum Iſlamiſmus ſupervenit, delatum fuerat ad Habkarum et Abdum, utrumque filium Djolandæ; qui una cum Omani incolis Iſlamiſmum amplexi ſunt, Amri filii Aſi miniſterio.

De Azditis dictum eſto.

Secunda tribus filiorum Cahlani nunc nobis dicenda eſt: nempe familiæ TAYYITARUM. Cum diſperſæ fuiſſent Yemanenſium familiæ ob diluvium Arimi, ſedem ſibi elegerunt Tayyitæ in Nadjo Hidjazi (i. e. in ea parte ſuperioris Arabiæ quæ ad Hidjazum pertinet) inter montes Adjam et Solmam, qui inde dicti ſunt montes Tayyitarum, et adhuc noſtris diebus hoc nomen retinent. Tayyus autem idem eſt ac Ododus filius Zeidi, filii Cahlani, filii Sabæ. Ad ramos Tayyitarum referendi ſunt Djodaila, Nebhanus, et Boulanus, et Selamanus, et Hanus, et Sodouſus, prima litera per Dhammam mota; Sadouſus enim, prima litera per Fatham prolata, ad fa- P. 476.

Digitized by Google

milias Rebiæ filii Nezari pertinet. E numero Selamanitarum ſunt filii Bahtari: ad Hanyitas vero pertinet Ayaſus filius Kobaiſæ, qui poſt Nomanum [Hiræ] regnavit. E Tayyitis eſt etiam Amrus filius Meſchihi, et quidem ex poſteris Thaali Tayyitæ: fuitque dum viveret, inſigni peritia in arte ſagittandi, illuſtris et nulli ſecundus: de eo dixit Amrial-kaiſus poeta:

Sæpe jaculatorem ex filiis Thaalæ, qui manus exerebat ex cortinis ſui tentorii.

[Ad Thaalitas pertinet quoque Zeid Alkhail, quem nomine immutato, *Zeid Al Khair* appellavit apoſtolus Dei.]

E Tayyitis quoque fuit Hatemus Tayyita ille, quem ſua liberalitas illuſtrem fecit.

Modhhadjitæ tertiam tribum conſtituunt filiorum Cahlani. Hi ſunt poſteri Modhhadji, qui vero nomine dictus eſt Malecus filius Ododi, filii Zeidi, filii Cahlani, filii Sabæ. Modhhadjitæ plurimos in ramos dividuntur, quorum ea ſunt nomina, Khaulanitæ, Djonbitæ, e quibus fuit Moawia Alkhairus Djonbita, qui copias Modhhadjitarum ducebat in bello filiorum Wayeli, et in partibus Taglebitarum erat; Ouditæ, unde ortus poeta Afwahus Oudita; Filii quoque Saad-alaſchiræ, cui hoc nomen [quod ſignificat, *comitum turba felix*] ideo inditum, quia priuſquam moreretur ter centum habuit filios et nepotes, qui eum equitantes comitabantur: [Cumque interrogaretur quinam hi eſſent; "Sunt, aiebat, comitum "meorum turba;" ut hoc reſpondendi modo oculum

P. 477.

Digitized by Google

malignum ab eis averteret[a]. Ob id igitur dictus eſt *Saad-alaſchira.*] Rami ſunt e filiis Saad-alaſchiræ, Djofus et Zobeidus, unde originem habuit Amrus filius Maadi-carbi. E ramis Modhhadjitarum ſunt etiam Nokhaitæ, e quibus ortus eſt Aſchtarus, comes apoſtoli Dei, et mox Alii filii Aboutalebi: Aſchtarus nomen habuit Malecum filium Harethi. E Nokhaitis fuit etiam Sonanus filius Anaſi, a quo interfectus eſt Hoſainus, et Judex Schoraikus. Ad Modhhadjitas quoque pertinent Anſitæ (cujus nominis ſecunda litera eſt *Noun*) familia impoſtoris Aſwadi, qui in Yemana pro propheta ſe venditavit; et Ammari filii Yaſeri*, qui apoſtolo Dei e comitibus fuit.

* P. 477. l. 10. pro ياس lege ياسر.

Quarta tribus Cahlanitarum, HAMDANITÆ, autore orti ſunt Rebia, filio Hayyani, filii Maleci, filii Zeidi, filii Cahlani, magnaque fama tum ante, tum poſt Iſlamiſmum inclaruerunt.

Quintum locum inter Cahlanitarum tribus occupant KENDITÆ, poſteri Thauri, cujus nomen fuit Kenda filius Ofairi, filii Harethi e poſteris Zeidi filii Cahlani. *Kenda* ideo dictus fuit, quia patris ſui beneficia erga ſe non agnovit: Kenditæ regionem Yemanæ incolebant quæ vicina eſt Hadhramauto. De regibus Kenditarum dic-

[a] Nolebat ſcilicet dicere, *Sunt filii mei et nepotes*, ne ita invidiam moveret, oculique maligni faſcinationes in eos provocaret. Hæc quæ uncinis diſtinxi, a codice Sangermanenſi abſunt.

Digitized by Google

P. 478.

tum eſt in capite quarto inter Arabum reges. E Kenditis oriundus erat Hodjrus filius Adii, comes Alii filii Aboutalebi: Hodjrum illum violenter necavit Moawia: ad eandem tribum pertinuit judex Schoraihus. Kenditarum rami ſunt Sakaſikitæ et Saconnitæ filii Sharſi, filii Kendæ: e Saconnitis fuit Moawia filius Khadidji, a quo interfectus eſt Mohammedes Aboubecri filius; itemque Hoſainus filius Nomairi Saconnita, qui exercitibus Yazidi, Moawiæ filii, præfuit poſt Moſlemum filium Akabæ, quando pugnatum eſt ad Harram extra Medinam*.

* Vid. Abulfedæ Annal. Moſl. tom. i. p. 394. et 396.

Sexta tribus Cahlanitarum filii ſunt MORADI, qui regionem incolebant e montibus Yemanæ quæ Zebidum attingit. Quicunque ex Arabibus Yemanenſibus Moraditæ cognomine gaudet, ad hanc Moraditarum tribum eſt referendus.

Cahlanitarum tribus ſeptima ANMARUM Cahlani filium autorem ſuum agnoſcit. Horum duo ſunt rami Bodjaila et Khotham. Ad Bodjailitas originem ſuam referebat Djorairus filius Abdallahi Bodjailita, comes Mohammedis, quem ſuæ gentis Joſephum ob inſignem corporis pulchritudinem dicebant. De eo dictum eſt:

Ni eſſet Djorairus, utique interiiſſent Bodjailitæ: O ſuavem puerum! O inviſam familiam!

Hæc erant dicenda de poſteris Cahlani filii Sabæ.

Digitized by Google

De filiis Amri filii Sabæ. P. 479.

Quod vero ad familias attinet, quæ originem ducunt ab Amro Sabæ filio, ex hoc numero ſunt Lakhmitæ Lakhmo oriundi, filio Adii, filii Amri, filii Sabæ. Lakhmitis accenſentur Daritæ, e quibus fuit Tamimus Darita, ſocius apoſtoli Dei. E Lakhmitis quoque ſunt Mondari reges Hiræ, qui autorem habebant Amrum filium Adii, filii Naſri, Lakhmitam. Hæc dynaſtia inter Arabum dynaſtias maxima et præcipua fuit, et de eis verba fecimus in capite quarto, uti et de cæteris Arabum regibus, nec eadem iterare opus eſt. Djodhamitæ quoque numerantur inter familias quibus ortum dedit Amrus filius Sabæ. Djodhamus frater fuit Lakhmi: omneſque Djodhamitæ ad Hazamum et Djoſchamum, filios Djodhami referuntur: ſed Hazamitæ numero et fama prævaluerunt. E ramis Djoſchami, filii Djodhami, eſt Otaibus filius Aſlami.

De filiis Aſchari filii Sabæ.

Aſchari filii Aſcharitæ dicuntur: ad eos pertinet Abou-Mouſa Aſcharita Abdallahus filius Kaiſi.

De filiis Amelæ. P. 480.

Filii Amelæ inter familias quoque connumerantur, quæ, Yemana ob Arimi diluvium relicta, Syriam petierunt, et prope Damaſcum conſederunt in monte hu-

Digitized by Google

juſce tractus, qui mons Amelæ dicitur. [Amelita fuit poeta Adius filius Rikai*.]

Tantum de filiis Sabæ, ſeu Arabibus Yemanenſibus.

* Hæc verba abſunt a codice Sangermanenſi. In codice regio, ut et in Vatic. leguntur.

De Arabibus Inſititiis.

Arabes Inſititii poſteri ſunt Iſmaelis, filii Abrahami, Deo dilecti. Dicuntur autem *Arabes Inſititii*, quia Iſmael non utebatur lingua Arabica, imo vero lingua loquebatur Hebraica: deinde inter eos qui Arabice loquebantur conſedit, unde filii ejus *Arabes Inſititii* dicti fuere. Jam cauſas attulimus quæ Iſmaelem et matrem ejus Agaram, ut Meccæ habitarent, coegerunt, dum Abrahami res enarraremus; diximuſque id factum eo quod Sara invidia moveretur in Agaram et filium ejus Iſmaelem, Deumque Abrahamo præcepiſſe ut Saræ obtemperaret, Iſmaelemque ab ea removeret; et ſe ejus curam habiturum pollicitum eſſe. Syria igitur egreſſus Abrahamus cum Iſmaele et matre ejus Agara, cum eis Meccam venit, eoſque ibi conſtituit in ea parte ædis Meccanæ quæ *Hidjr* dicitur; dixitque: "Domine, ego partem ſobolis meæ in valle collocavi quæ non ſeritur," et quæ in Alcorano ſequuntur: cumque ipſos in hoc loco conſtituiſſet Abrahamus, Syriam repetiit. Annum tunc agebat Iſmael quartum et decimum, Abrahamuſque centum annos natus erat. Ab hoc tempore quo Meccæ conſedit Iſmael ad fugam uſque Mohammedis, numerantur anni 2793. Hanc regionem tunc incolebant

P. 481.

Digitized by Google

Djorhamitæ, e quibus uxorem duxit Iſmael. Ex hac nati ſunt ei duodecim filii, inter quos Kaidarus. Mortua eſt deinde Agara, et in Hidjro ſepulta eſt: et eodem loco apud eam ſepultus eſt Iſmael, poſtquam vita functus eſt. Inter hiſtoriæ ſcriptores res eſt multis agitata controverſiis, utrum Djorhamitæ an Iſmaelis filii Hidjazi regnum tenuerint. Alii dicunt regnum Hidjazi penes Djorhamitas fuiſſe, clavem vero ædis ſacræ, templique præfecturam apud Iſmaelitas remanſiſſe. Alii aſſerunt Kaidaro diadema impoſitum fuiſſe ab avunculis ejus, eoſque illum regem Hidjazi, cui obedirent, conſtituiſſe. P. 482. Cæterum inter omnes convenit claves delubri, ædituique munus penes filios Iſmaelis fuiſſe, donec munus illud deveniret ad Nabetum ex Iſmaelis poſteris. Poſt eum ad Djorhamitas tranſlatum fuit; hoc evincit verſus ille e carmine deſumptus Ameri, filii Harethi, Djorhamitæ:

Fuimus præfecti domus ſacræ poſt Nabetum, hancque ædem circumibamus; res eſt manifeſta.

In eodem carmine hi quoque verſus habentur:

Diceres neminem jam eſſe Hadjounum inter et Safam, nec eſſe in Mecca quenquam qui noctu colloquia agitet.

Nos utique fuimus incolæ ejus, ſed nos deleverunt noctium viciſſitudines, fortunæque cæſpitantis incerti paſſus.

Kaidaro deinde natus eſt filius Hamalus: Hamalus filium habuit Nabtum, vel, ut alii, Nabetum: hunc volunt quidam ipſius Kaidari fuiſſe filium, alii Iſmaelis filium eum fuiſſe aſſerunt, multaque eſt hac de re controverſia.

Nabetus filium habuit Salamanum: huic natus eſt

Digitized by Google

filius Homaiſaus : ex Homaiſao natus Eliſaus filium habuit Ododum : Ododus ortum dedit Oddo, Oddus vero Adnano. Aliis placet, Adnanum patre Ododo natum fuiſſe. Adnanus filium habuit Maadum : Maado natus
P. 483. eſt Nezarus, et huic quatuor nati ſunt filii, Modharus ad quem deducitur genealogia Mohammedis, treſque alii huic genealogiæ alieni : nempe Iyadus, qui Modharo major natu fuit : ad ejus poſteros pertinent omnes Arabes e genere Maadi, qui Iyaditæ appellantur. Iyadus, relicto Hidjazo, cum omni familia Iraki regiones petiit. E poſteris Iyadi ſunt Caabus filius Mamæ Iyadita, cujus liberalitas in proverbium abiit, et Koſſus filius Saadæ Iyadita, cujus facundia proverbio ortum dedit. Secundus e tribus illis filiis Nezari, quos modo dicebamus, eſt Rebia, qui vulgo *Rebiat-alfaras* dictus eſt, quia e bonis patris ſui equos jure hæreditario nactus eſt. Duos filios habuit Rebia, Aſadum et Dhobaiam. Aſado nati ſunt Djodaila et Anza. Djodaila ortum dedit Wayelo, unde orti Becritæ et Taglebitæ, prout jam dictum eſt in capite quarto. E Taglebitis fuit Colaibus rex Wayelitarum quem occidit Djaſſaſus, cujuſque necati mors violenta bellum concitavit inter poſteros Wayeli, Becritas nempe et Taglebitas, de quo etiam diximus in capite quarto. Ad Becritas pertinent Schaibanitæ, e quibus fuit Morra et filius ejus Djaſſaſus, a quo interfectus Colaibus ; item Tarafa Abdi filius, poeta ; duo quoque *Morakkeſchi* dicti, major et minor ; nec non filii Honaifæ, e quibus fuit Moſailama impoſtor.

Digitized by Google

Anza vero filius Aſadi, Rebiæ nepos, Anzitis ortum dedit, qui Khaibarum incolebant. Ad Anzitas referendi duo viri *Coriarii* dicti.

E Dhobaya Rebiæ altero filio originem habuit poeta Motalammaſus. Ad familias Rebiitarum pertinent quoque Nimritæ, Lodjaimitæ, Adjalitæ, filii Abdal-kaiſi qui fuit e poſteris Aſadi filii Rebiæ. Rebiitis quoque accenſentur Sadouſitæ et Lahazamitæ. P. 484.

Tertius Nezari filius Anmarus, Yemanam profectus eſt; cumque poſteri ejus in hac regione ſobolem habuerint, Arabibus Yemanenſibus accenſentur.

Modharus filios habuit Elyaſum*, per quem prophetæ genealogia ducitur, et extra hanc genealogiam, Kais-Ailanum: alii volunt Kaiſum patrem habuiſſe Ailanum filium Modhari. Ailanus per *ain*, non per *gain* literam ſcribi debet. Fuit Ailanus equus Kaiſi, vel, ut alii, canis ejus: ſunt tamen qui volunt Ailanum fratrem fuiſſe Elyaſi, nomenque habuiſſe Al-Naſum Modhari filium; eique Ailano filium natum Kaiſum, Ailani filium. Huic Ailano ſobolem multo numeroſiorem dedit Deus. Ex ejus poſteris ſunt Hawazenitarum familiæ.

* Vel, *Al Yaſum*. Vid. *Specim. Hiſt. Arab.* p. 48. l. 5. et p. 49. l. 17.

Ex Hawazenitis ſunt filii Saadi, filii Becri, filii Hawazeni, inter quos allactatus eſt apoſtolus Dei. E familiis vero Kaiſitarum ſunt Kelabitæ, e quibus orti ſunt reges Halebi, inter quos primus fuit Salehus filius Merdaſi. Kaiſitis quoque adnumerantur Okailitæ, quorum fuere Moſuli reges Mokalledus et Kirwaſchus, aliique. Ameritæ, Saaſaitæ et Khaſadjitæ ad Kaiſitas quoque perti-

nent : Khafadjitæ in Irako imperium obtinuerunt temporibus antiquis, et hodie etiam non interrupta ſerie obtinent.

* P. 484. l. 19. lege بنوا ربيعة بن عامر بن صعصعة. P. 485.

Ad Hawazenitas etiam referendi filii Rebiæ, filii Ameri*, filii Saaſaæ, filii Moawiæ, filii Becri, filii Hawazeni, filii Manſouri, filii Acramæ, filii Khasfæ, filii Kais-Ailani : referendus quoque Djoſchamus filius Moawiæ, filii Becri, filii Hawazeni, Djoſchamoque ortus Doraidus filius Sammæ. Ad Kaiſitas pertinent Becritæ, Helalitæ, et Thakefitæ, quorum autor Thakifus nomen habuit Amrum filium Monabbehi, filii Becri, filii Hawazeni. Alii volunt Thakefitas ex Iyado oriundos eſſe ; alii aſſerunt eos reliquias eſſe Thamuditarum : Tayefum incolebant.

Kaiſitis præterea accenſendi Nomairitæ, Bahelitæ, Mazenitæ, Gatfanitæ poſteri Gatfani filii Saadi, filii Kais-Ailani ; Abſitæ quoque autore Abſo filio Baghidi, filii Raithi, filii Gatfani, filii Saadi, filii Kais-Ailani. Inter hos Abſitas et Dhobyanitas fuit bellum quod a Daheſo nomen habet, et de quo in capite quarto dictum eſt. Ex Abſitis fuit Antara Abſita, quem ſibi natum eſſe cum jam ſenex eſſet, gloriatus eſt pater ipſius. Ad Kaiſi poſteros referuntur etiam Aſchdjaitæ, qui Gatfanitis accenſentur, Solaimitæ, et Dhobyanitæ, qui autorem ſui nominis habuere Dhobyanum filium Baghidi, filii Raithi, filii Gatfani, filii Saadi, filii Kais-Ailani. E Dhobyanitis ſunt Fazaritæ, genus Haſni filii Hodaifæ, filii Bedri, quem hoc verſu celebrat Zohairus :

Digitized by Google

Cum ad eum accedis, illum vides gaudio exultantem, quaſi ipſe a te acciperet illud quod ab eo petis.

Poſtea Iſlamicam religionem amplexus eſt Haſnus, ſed deinde ab ea defecit.

Inter Abſitas et Dhobyanitas geſtum eſt bellum quod *Daheſi bellum* dicitur. Daheſus nomen eſt equi, quo uſi ſunt ut de curſus velocitate inter ſe contenderent: curſu vero peracto, inter eos non convenit utris victoria obtigiſſet: unde ortum eſt bellum quod per quadraginta annos inter has familias geſtum eſt. E Dhobyanitis fuit illuſtris poeta Nabega, Dhobyanita. P. 486.

E familiis Kaiſitarum ſunt filii Odwani, filii Amri, filii Kais-Ailani, qui Tayeſi ſedem habebant ante Thakefitas; ad hanc Odwani familiam pertinet Dhoulaſbaus Odwanita, poeta.

De filiis Kaiſi filii Modhari, qui ad prophetæ genealogiam non pertinent, hæc erant dicenda: nunc ad Elyaſum Modhari filium redimus.

Elyaſo filii fuerunt Modreca, qui locum obtinet in genealogia prophetæ, et extra hanc genealogiam, Tabekha. Sunt qui utrumque Modrecam et Tabekham de nomine matris eorum *Khindifa* vocitant. Hujus nomen fuit Leila, filia Holwani, filii Amrani, filii Alhafi, filii Kodhaæ. Omnes filii Elyaſi matre nati ſunt Khindifa; ad eamque referuntur, patris nomine præterito, ita ut filii Khindifæ dicantur, non vero filii Elyaſi, filii Modhari.

A Tabekha qui, ut diximus, in genealogia prophetæ

Digitized by Google

locum non habet, multæ ortæ ſunt familiæ : ex harum numero ſunt Temimitæ, Rebabitæ, Dhobbitæ, Mozainitæ : Mozainitæ filii ſunt Amri, filii Oddi, filii Tabekhæ, qui nomen ſortiti ſunt a matre ſua Mozaina filia Calbi, filii Wabræ.

Modreca filius Elyaſi ortum dedit Khozaimæ, qui in genealogia Mohammedis locum habet, et Hodhailo extra ejuſdem genealogiæ ſeriem. Hodhailus ille pater eſt omnium Hodhailitarum familiarum, e quorum numero
P. 487. fuit Abdallahus Maſoudi filius, ſocius apoſtoli Dei, Abou-Dhowaibus, Hodhailita, poeta, aliique.

Khozaima filium habuit Kenanam, qui inter Mohammedis majores recenſetur, prætereaque Hounum et Aſadum, quibus locus non eſt in ſerie majorum ejuſdem Mohammedis. Ab Houno procreati ſunt Adhalitæ, qui autorem habuere Adhalum Houni filium ; et Daiſchitæ, autore Daiſcho filio Houni, Adhali fratre. Duæ illæ familiæ, Adhalitæ ſcilicet et Daiſchitæ, *Alkara* dicuntur. Ad Aſadum filium Khozaimæ referendi Cahelitæ et Douadanitæ, aliique, et ad hujus Aſadi ſobolem pertinent quicunque Aſaditæ dicuntur.

Kenanæ Khozaimæ filio natus eſt Nadhrus, qui inter avos prophetæ locum habet: huic Nadhro plures fratres fuere extra ſeriem avorum Mohammedis, nempe Malcanus, Abdmenatus, Amrus, Amerus, et Malecus, omnes Kenana geniti. Malcanitæ Malcano orti ſunt; filii Abdmenati in plures ramos diviſi: ſcilicet, Gaffaridas, genus Aboudhorri, Becritas, ad quos pertinet Doualus, e cujus

Digitized by Google

posteris fuit Aboulaswadus, Doualita; Laithitas, Madladjitas, et Dhimritas. Amrus Kenanæ filius ortum dedit Amritis, Amerus frater ejus Ameritis, Malecus vero Farasitis. Ad ramos Kenanitarum pertinent quoque Ahabischitæ. Holaisus filius Amri dux erat Ahabischitarum, in prælio Ohodi: qui vero horum veram originem ignorabant, cum viderent Ahabischitarum mentionem fieri in historia hujus prælii, crediderunt hos Æthiopas esse: quod falsum est: Ahabischitæ enim Arabes P. 488.
sunt e Kenanæ posteris: ita ex libro *Akd* dicto discimus.

Hi sunt fratres Nadhi filii Kenanæ, atque eorum posteri. Hunc Nadhrum *Koreischum* dictum fuisse quidam dicunt. Sed revera *Koreischitæ* sunt filii Fahri, quem mox recensebimus.

Nadhrus filium habuit Malecum, unum ex majoribus prophetæ, nec alium Nadhro natum fuisse memoriæ proditum est.

Malecus ortum dedit Fahro, cui in serie avorum prophetæ locus est; hic Koreischus dictus est: omnesque qui ad eum genus suum deducunt, Koreischitæ; nec Koreischitæ nomen cuiquam competit, qui Fahro non est progenitus. Ferunt illum Koreischum ob fortitudinem eximiam dictum fuisse, nomine a quadam bellua maris mutuato, quæ cæteros maris incolas devorat, et debellat, quæque nomen *Karsch* habet. Alii dicunt posteros Fahri tunc Koreischitas dici cœpisse, cum Kosayyus Kelabi filius, æde Meccana occupata, dispersos

Digitized by Google

prius Fahri posteros congregavisset; quia eos circa ædem sacram *karrascha*, id est, congregavit: ideoque illos Koreischitas dictos. Hæc habet Ebn Saidus Africanus; quod si tenemus, Koreischus non est agnomen ipsius Fahri, sed Fahri posterorum.

Malecus nullum alium filium habuit præter hunc Fahrum, qui inter majores prophetæ recensetur.

Huic Fahro natus est Galebus, qui in serie genealogiæ prophetæ locum occupat: duos præterea filios, qui avis prophetæ haud accensentur, habuit, Moharebum et Harethum. A Moharebo orti Moharebitæ, et ab Haretho Khaldjitæ, e quibus fuit Abou-Obeida filius Djarrahi, unus e decem illis [quibus paradisus a propheta promissus fuit] *.

* Vid. Annal. Mosl. tom. i. p. 245.

Galebus filium habuit Lowayyum, quo continuatur prophetæ genealogia, et præterea extra hanc genealogiam Taimum, *Adram* dictum, id est, mentum imberbe habentem, cujus posteri Adramitæ dicti sunt.

P. 489.

Sex filios habuit Lowayyus, scilicet Caabum inter majores Mohammedis recensendum, et extra seriem majorum ejus, Saadum, Khozaimam, Harethum, Amerum et Asamam: horum quisque posteros reliquit a suo nomine appellatos, præter Harethum. E posteris Ameri filii Lowayyi fuit Amrus filius Abdwaddi, *eques Arabum* dictus, quem occidit Alius Aboutalebi filius.

Caabo natus Morra, qui in serie avorum Mohammedis locum obtinet, et extra hanc seriem, Hosaisus et Adius. Hosaisum autorem agnoscunt Djamahitæ, inter

Digitized by Google

quos fama inclaruit Ommia filius Khalfi inimicus Mohammedis, fraterque ejus Obbayus filius Khalfi, fimiliterque prophetæ inimicus. Ex Hofaifo quoque oriundi Sahmitæ, qui ortum dederunt Amro Afi filio. Ad Adium Caabi filium referendi Aditæ, e quibus fuere Omarus Khattabi filius, et Saidus filius Zeidi, qui ex decem illis fuit [quibus paradifus a propheta promiffus].

Morræ natus eft, inter avos Mohammedis recenfendus, Kelabus, et extra feriem avorum prophetæ, Taimus et Yakdha. A Taimo genus ducunt Taimitæ, e quorum numero fuit Aboubecrus amicus Mohammedis, et Talha, qui inter illos decem [fupradictos] locum habet. Yakdham autorem agnofcunt Makhzoumitæ, qui ortum dederunt Khaledo filio Walidi, et Aboudjahlo Hefchami filio, cui verum nomen fuit Amrus filius Hefchami Makhzoumita.

Kelabo natus eft Kofayyus, qui in genealogia prophetæ locum obtinet, et extra hanc genealogiam, Zohra, a quo orti Zohritæ, e quibus fuit Saadus filius Abou-Wakkafi, unus e decem [illis fupra memoratis], Amina quoque mater apoftoli Dei, et Abdarrahmanus Aufi filius. Kofayyus ille inter Koreifchitas magnum nomen adeptus eft; ipfe Khozaitis claves delubri Meccani eripuit, prout jam diximus: ab ipfo congregati funt Koreifchitæ, gloriaque eorum fundata eft. P. 490.

Kofayyus filios habuit Abdmenafum, a quo continuatur feries majorum prophetæ, et extra hanc feriem Abdaldarum et Abdalozzam. Ex Abdaldaro orti filii

Digitized by Google

* Vid. Djewharium voce شيبة.

Schaibæ Oſtiarii *, [ſic dicti, quia claves Caabæ ipſorum cuſtodiæ concreditæ erant] et Nadhrus filius Harethi, inimicus infeſtiſſimus apoſtoli Dei, quique ab ipſo Mohammede interfectus eſt in prælio Bedrenſi. Ad Abdalozzam genus referebant Zobairus Auwami filius, unus e numero decem [ſupradictorum], Khadidja Khowailedi filia, uxor prophetæ, Waraka filius Aſadi, filii Abdalozzæ, filii Koſayyi.

Abdmenaſo natus eſt Haſchemus, inter avos prophetæ recenſendus, nati quoque Abdſchemſus, Motallebus, et Naufalus extra hanc ſeriem genealogicam. Ab Abdſchemſo ortus eſt Ommia, autor Ommiadarum: e quibus fuit Othmanus filius Affani, filii Aboulaſi, filii Ommiæ, filii Abdſchemſi, Moawia filius Abouſofyani, filii Harbi, filii Ommiæ, Saidus filius Aſi, filii Ommiæ, Akaba filius Aboumoiti, filii Abouamri, filii Ommiæ, et Otba filius Rebiæ, filii Abdſchemſi: Hinda Moawiæ mater hujus Otbæ filia fuit. Akbam interfecit nece violenta propheta die prælii Bedrenſis. Ex Motallebo Abdmenafi filio, orti Motallebitæ, e quibus fuit Antiſtes Schafeita. Naufalum autorem agnoſcunt Naufalitæ.

P. 491.

Haſchemo natus eſt Abdalmotallebus, a quo ſeries avorum Mohammedis continuatur, nec præter hunc Haſchemo ullum filium natum fuiſſe memoriæ eſt proditum.

Abdalmotallebus filios habuit, Abdallahum in genealogia Mohammedis recenſendum, et extra hanc ſeriem omnes patruos prophetæ, Hamzam nempe, Abbaſum,

Digitized by Google

Aboutalebum, Aboulahebum, Gaidakum*, quem contendunt quidam eundem esse cum Djahlo, quem mox sumus nominaturi, Harethum, Djahlum, Mokawwemum, Dharrarum, Zobeirum, Kothamum, qui sine prole puer decessit, et Abdal-caabum: hunc ultimum cum Mokawwemo confundunt nonnulli.

* Sic Pocockius, *Specim. Hist. Arab.* p. 52. l. 13. Codex MS. legit الفيداق *Faidâkum*.

Abdallaho natus est apostolus Dei anno elephantis. Narrabimus primum elephantis historiam, et deinde nativitatem apostoli Dei, prout hæ res ab Ebn-alathiro referuntur in libro *Camel* dicto, in hunc modum.

Post Himyaritas Yemanæ regno potiti sunt Æthiopes. Cumque regnum deveniisset ad Æthiopem nomine Abraham, magnam ædificavit ecclesiam, hoc consilio, ut, derelicta ad ædem Meccanam peregrinatione, Arabas ad hanc ecclesiam peregrinationem instituere cogeret. Veniens autem Arabs quidam sordibus polluit hanc ecclesiam, unde vehementi ira accensus Abraha profectus est cum exercitu, habens secum elephantem, vel, ut alii referunt, tredecim elephantes, ea mente ut Caabam destrueret. Ubi Tayefum advenit, Meccam misit Aswadum Maksoudi filium: hic pecora eorum qui urbem incolebant populatus, ad Abraham ea deduxit. Misit itaque Abraha ad Koreischitas, dicens: "Non veni ideo "ut bellum vobis inferam, sed ut Caabam diruam." Tunc ait Abdalmotallebus: "Per Deum, nolumus adversus illum bellum gerere. Hæc domus Dei domus "est. Si eam Deus defendet, vere domus ejus est et "sanctuarium ejus: si vero eam vastandam Abrahæ

P. 492.

" permiſerit, non noſtrum eſt eum repellere." Profectus eſt itaque Abdalmotallebus verſus Abraham cum legato quem rex miſerat. Eum bene excepit Abraha, atque de ſolio deſcendens conſedit cum Abdalmotallebo, ab eoque quæſivit quænam eſſet adventus ſui cauſa. Tunc Abdalmotallebus, camelos ſuos qui fuerant abacti repetere. Miratus rex: " Certe putavi, inquit, te mecum " acturum eſſe ne Caabam evertam, quæ eſt religionis " tuæ caput." " Mei ſunt, inquit Abdalmotallebus, ca- " meli, illos repeto: templo Dominus eſt qui illud de- " fendet." Juſſit itaque rex camelos reddi Abdalmotallebo, qui, eis receptis, ad Koreiſchitas reverſus eſt.

Ubi rex a Mecca haud procul aberat, jamque urbem intrare parabat, evenit ut quoties elephantem ſuum, cui Mahmoudus nomen erat, verſus Meccam agebat, ille dormiret, et ſe in terram projiceret: contra ſe erigeret, et incitato gradu pergeret, quoties verſus alium locum ageretur. Interea immiſit Deus in eos avium catervas veſpertilionibus ſimilium, quarum ſingulæ tres lapillos portabant, roſtro et ſingulis pedibus ſingulos lapillos gerentes, quos in milites Abrahæ projiciebant: erant autem lapilli ciceris vel lentis magnitudine, et in quen-
P. 493. quam non incidebant, quin periret. Non tamen omnes eos hi lapilli attigerant: miſit itaque Deus in eos torrentem, a quo in mare ſunt projecti: qui vero evaſerunt, fugerunt, et in Yemanam cum Abraha reverſi ſunt, celeri fuga ſe proripientes: et præ nimia feſtinatione ſeſe invicem in aquam conjiciebant, quoties ad aquarum

Digitized by Google

receptacula acceſſerant. Morbo quoque correptus eſt Abraha, decidebantque membra ejus, et hoc ſtatu ingreſſus Sanaam, ibi mortuus eſt. Hæc cum ita facta eſſent, egreſſi Koreiſchitæ in caſtra hoſtium, præda multa potiti ſunt.

Mortuo Abraha, in locum ejus ſucceſſit filius ejus Yacſoumus : et poſt Yacſoumum regnavit Maſroukus frater ejus, filius vero Abrahæ. Ab eo Yemanam ceperunt Perſæ.

Explicit caput quintum, quod hiſtoriæ antiquæ ultimum eſt : nunc res Iſlamicas exponere ordiemur.

FINIS.

DEC 23 1921

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google